This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

4° P. gr. c. 18 (70

[redacted]

Nb 10
(70

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

4° P. gr. c. 18

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

[Patrologia]

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

HGb II 2/70

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM, UNA CUM VERSIONE LATINA, LATERALIS AMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

---

grace. 70

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXX.

S. CYRILLUS ALEXANDRINUS.

Cyrillus Alexandrinus

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM SEU PETIT-MONTROUGE.

1859

3

227

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

SÆCULUM V.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. CYRILLI

ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA;

CURA ET STUDIO

JOANNIS AUBERTI

LAUDUNENSIS ECCLESIÆ PRESBYTERI CANONICI ET IN SCHOLA PARISIENSI LAUDUNENSIS COLLEGII MAGISTRI, AC INTERPRETIS REGII.

EDITIO PARISIENSIS ALTERA DUOBUS TOMIS AUCTIOR ET EMENDATIOR.

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS TERTIUS.

VENEUNT 10 VOLUMINA 100 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

—

1859

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LXX CONTINENTUR.

Quæ stellula prænotantur, nunc primum inter opera Cyrilli comparent.

S. CYRILLUS ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS.

Commentarium in Isaiam prophetam. *Col.* 9-1450
* Fragmenta in Jeremiam, Baruch et Danielem prophetas. 1451

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΚΗ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΗΣΑΙΑΝ.

ΒΙΒΛΙΟΝ Α'. ΛΟΓΟΙ ΕΞ (1).

S. P. N. CYRILLI

ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI

COMMENTARIUS IN ISAIAM PROPHETAM.

LIBER I. ORATIONES VI.

[ΠΡΟΟΙΜΙΩΝ.]

Ἀσυμφανὴς μὲν ἀεὶ τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος, μεμέστωται δὲ τῶν κεκρυμμένων ἐννοιῶν, καὶ μυστηρίων ἡμῖν τῶν θείων ὠδίνει προαγόρευσιν. Τέλος γὰρ νόμου, καὶ προφητῶν ὁ Χριστὸς, καθὼς γέγραπται. Χρῆναι δὲ φημὶ, τοὺς ἐθέλοντας διατρανοῦν τὰ οὕτως ἰσχνὰ, καὶ αἰνιγματώδη τῶν θεωρημάτων πλάτη διανοίας ὄμματι περιαθρεῖν ἐπείγεσθαι, καὶ μάλα εὐφρόνως τοῦτο μὲν, τῆς ἱστορίας τὸ ἀκριβὲς, τοῦτο δὲ, τῆς πνευματικῆς θεωρίας τὴν ἀπόδοσιν, ἵνα πανταχόθεν τοῖς ἐντευξομένοις ἐκβαίη τὸ ὠφελοῦν, καὶ ἡ τῆς τῶν προκειμένων ἐννοίας διασάφησις οὐδὲν ἔχουσα τὸ ἐνδεὲς διαφαίνοιτο. Οἶδα μὲν οὖν ὅτι φθάσαντές τινες προγεγράφασιν εἰς ταῦτα, καὶ μακροὺς ἡμῖν περὶ αὐτῶν ἐποιήσαντο λόγους· ἀπόχρη δὲ οἶμαι τοῦτὶ, καὶ πρός γε τὸ δεῖν ἑτέρας ὄκνου πρόφασιν οὐκ ἀγεννῆ παρασχεῖν, ἀναπεῖσαί τε σωπῆσαι ἐλέσθαι μᾶλλον, οἷς ἕτεροι προειρήκασιν ἐπιπεῖν καινὸν μὲν οὐδὲν, ταυτοεπεῖν δὲ μᾶλλον, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἰέναι θεωρημάτων. Ἐπειδὴ δὲ κἂν τοῦτο συμβαίνῃ παθεῖν, τὸ λυποῦν ἂν εἴη παντελῶς οὐδὲν, καὶ διὰ τῆς τῶν πλειόνων συμφωνίας ἐμπεδοῦσθαι πρὸς ἀλήθειαν τοὺς ἀκροωμένους, ὄκνου κρεῖττονα γενέσθαι καὶ νῦν ἐμαυτὸν ἀναπείθω, τὸν ἐπ' ἀγαθοῖς

[PROŒMIUM.]

1 Obscura semper est sanctorum prophetarum oratio, et reconditis sententiis referta, ac divinorum mysteriorum prædictionem continet. Finis enim legis et prophetarum est Christus, quemadmodum scriptum est. Qui vero hanc tam subtilem et ænigmaticam horum theorematum vim et amplitudinem explicaturi sunt, eos ego cum historiæ accuratam rationem, tum spiritualis sensus accommodationem oculo mentis, idque valde prudenter intueri oportere statuo, ut et his qui ea lecturi sunt, undecunque occurrat utilitas, et sententiæ eorum de quibus agitur explanatio plena sit ut nihil desiderare videatur. Equidem scio esse, qui superioribus temporibus in hæc scripserunt, et prolixos de his sermones instituerunt. Et hæc quidem sufficere arbitror, ut occasionem otii non injustam præbeat aliis, persuadeatque ut tacere maliut, et ad ea quæ prius dixerunt alii, nihil addant novi, sed idem dicant potius, iisdemque observationibus insistant. Cum autem etiamsi usu quidem id veniat, nihil incommodi sit per consensum plurimorum, auditores in veritate confirmari : etiam nunc otium mihi excutiendum putavi, ratus su-

(1) Libri duo priores ex codice Regio sunt editi ; posteriores tres ex Vaticano cod. In cod. Regio totum proœmium deerat et nonnulli versus capitis I usque ad verba φάλαγγας καταδηούσας. Interpretationem Laurentii Hunfredi aliquot in locis emendatam atque recensitam e regione Græci textus posuimus. AUBERTUS.

Bayerische Staatsbibliothek München Digitized by Google

dorem et industriam in bonis studiis locatam ignavia præstabiliorem esse, ac laborare melius esse, quam stertere : nec plane diffisus, quin aliquando possem aliquid novum et varium invenire : quandoquidem Deus hanc commentationum viam rationemque dilatat. Scriptum est enim : « Latum mandatum tuum vehementer [1]. »

Prophetavit igitur beatus Isaias temporibus regni Ochoziæ, et Joathami, Achazi et Exechiæ. Age vero, tempora uniuscujusque memoria repetamus et quo pacto quisque vixerit, cursim et strictim dicamus. Perspiciemus enim hinc propheticum sermonem rebus gestis et temporibus ipsis accommodatum esse, et peropportunum. Ozias itaque, qui et Ochozias dictus est, vir pius fuit, eoque amplitudinis et potentiæ provectus, ut gentes Judææ finitimas subegerit, multis tributa imposuerit ac sceptris suis subjecerit, urbes instaurarit, alias acceperit, finibusque Judaicæ terræ adjunxerit. Ad extremum vero humanum quiddam passus est. Immoderata enim hac affluentia et gloriæ amplitudine victus, altum quodammodo sapuit, morboque superbiæ correptus, ipsi adeo divinæ legi se opposuit, quippe qui sacerdotii divini prærogativa ornandum se ac coronandum existimarit. In templum enim Dei irrumpere, ac Deo suffitus ipsemet adolere, et quæ in lege erant præscripta, præter legem exsequi molitus est. Eamque ob causam lepra continuo percussus, evasit contemptissimus : exsecrabilis enim secundum legem est, qui morbo lepræ tenetur. Post succedit in regnum Oziæ ejus gnatus Joathamus, homo quidem pius, verumtamen excelsa non diruit, sed Israelitæ etiamnum sacrificarunt operibus suarum manuum, montes et colles occupantes, sub quercu et populo, et arbore umbrosa, quia bonum umbraculum, sicut ait Oseas. [2] Defuncto autem Joathamo, capessit sceptrum Achazus, vir exsecratissimus a divina religione abhorrens, omnique flagitiorum genere coopertus. Is templum ipsum Dei clausit, sacrificiis ex legis præscripto universitatis Deum colere vetuit, festa Judæorum pro more celebrata prohibuit, aris in omni loco Hierusalem erectis, manu condita adorare jussit, et cœlorum militiam venerari : quin et liberos suos per ignem traduxit, id est, cremavit in sacrificium impuris dæmonibus, atque, ut summatim et semel dicam, in omni impietatis genere volutatus est. Deinde secundum hunc regnavit Ezechias, vir pius et religiosus, æqui et boni administer, omnis boni sectator, et divinæ voluntatis effector. Is omnia mandavit fieri et valere, quæcunque fuerant Achazi prævaricationibus contraria, ut qui templi fores aperuit, dein sacrificia et libationes constituit Deo offerendas, ut legalibus ministeriis honoraretur : etiam Paschæ legem, longo tempore intermissam, revocandam curavit et renovandam : aras et manu condita excidit : hariolos et falsos

A σπουδάσμασιν ἱδρῶτα καὶ πόνον τῆς ἐν τῷ ῥέγχειν ἀργείας ἀμείνω τε εἶναι πεπιστευκὼς, καὶ οὐκ εἰσάπαν ἀπειρηκὼς τὴν ἐλπίδα, τοῦ καὶ ἔσθ' ὅτε καινὸν καὶ ἐξηλλαγμένον προσευρεῖν τι δύνασθαι, κατευρύνοντος Θεοῦ τὴν ἔν γε τοῖς θεωρήμασι τρίβον. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Πλατεία ἡ ἐντολή σου σφόδρα. »

Προφητεύει τοίνυν ὁ μακάριος Ἡσαΐας ἐν καιροῖς βασιλείας Ὀχοζίου, καὶ Ἰωάθαμ, καὶ Ἄχαζ, καὶ Ἐζεχίου. Καὶ φέρε τῶν ἑκάστου καιρῶν διαμνημονεύσωμεν, διεβίω τε ὅπως ἐπιδρομάδην λέγωμεν. Εἰσόμεθα γὰρ ἐντεῦθεν, ὅτι τοῖς δρωμένοις κατὰ καιροὺς πρέπων τέ ἐστι καὶ ἁρμοδιώτατος τῆς προφητείας ὁ λόγος. Γέγονε τοίνυν εὐσεβὴς ἀνὴρ ὁ Ὀζίας, ὁ καὶ Ὀχοζίας, προδέδηκε δὴ ὁμοῦ δόξης τε καὶ B ἰσχύος εἰς τοῦτο, ὡς κατακρατῆσαι τῶν ἐθνῶν τῶν προσηκόντων τὴν Ἰουδαίαν, καὶ μὴν καὶ δασμοὺς ἐπιθεῖναι πολλοῖς, καὶ σκήπτροις ἰδίοις ὡς ἐξ ἀνάγκης ὑπενεγκεῖν, ἀναδείμασθαί τε πόλεις, καὶ προσλαβεῖν ἑτέρας, καὶ συνάψαι τοῖς ὁρίοις τῆς Ἰουδαίων γῆς. Εἶτά τι πέπονθε τῶν ἀνθρωπίνων. Ἀπὸ γάρ τοι τῆς ἄγαν τρυφῆς, καὶ τῇ τῆς εὐκλείας ὑπεροχῇ νενικημένος, τρόπον τινὰ πεφρόνηκεν ὑψηλὰ, καὶ τῇ τῆς ὑπεροψίας νόσῳ κεκρατημένος, καὶ αὐτοῦ τοῦ θείου κατεξανέστη νόμου. Ἠξίωθη γὰρ δεῖν καὶ τοῖς τῆς θείας ἱερωσύνης αὐχήμασιν ἑαυτὸν στεφανοῦν. Ἐπεχείρησε γὰρ εἰς τὸν θεῖον εἰσελάσαι ναὸν, αὐτὸς δὲ δι' ἑαυτοῦ θυμιᾶν τῷ Θεῷ καὶ πληροῦν ἐκνόμως τὰ νενομισμένα. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας λελέπρωται παραχρῆμα, καὶ ἦν ἀτιμότατος· μιαρὸς γὰρ κατὰ C νόμον ὁ τῷ τῆς λέπρας πάθει κατισχυμένος. Εἶτα διαδέχεται τὴν τοῦ Ὀζίου βασιλείαν ὁ ἐξ αὐτοῦ γεγονὼς Ἰωάθαμ, φιλόθεος μὲν ἀνὴρ, πλὴν οὐκ ἐξῆρε, φησὶ, τὰ ὑψηλὰ, ἀλλ' ἔθυον ἔτι τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ὄρη τε καὶ βουνοὺς καταλαμβάνοντες, ὑποκάτω δρυὸς, καὶ λεύκης, καὶ δένδρου σκιάζοντος, καθά φησιν Ὡσηὲ, ὅτι καλὸν σκέπη. Τελευτήσαντος δὲ Ἰωάθαμ διαδέχεται τὸ σκῆπτρον ὁ Ἄχαζ ἀνὴρ βδελυρώτατος, καὶ θεομισής, καὶ τῆς εἰς ἄκρον φαυλότητος ἠκούσης ἔμπλεως. Οὗτος καὶ αὐτὸν τὸν θεῖον ἔκλεισε ναὸν, καὶ ταῖς κατὰ νόμον θυσίαις οὐκ ἠφίει καταγεραίρεσθαι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, κεκώλυκε δὲ καὶ τὰς ἐξ ἔθους τῶν Ἰουδαίων ἑορτὰς, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ τῆς Ἱερουσαλὴμ βωμοὺς ἀναστήσας προσκυνεῖν ἐκέλευε τὰ χειρόκμητα, καὶ λατρεύειν D τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ· καὶ μὴν καὶ τὰ ἴδια τέκνα διήγαγεν ἐν πυρὶ, τουτέστι, κατέκαυσεν εἰς θυσίαν τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι, καὶ ἁπαξαπλῶς εἰπεῖν, τρόπος αὐτῷ δυσσεβείας ἀνεπιτήδευτος ἦν φύδεις. Εἶτα μετὰ τοῦτον βεβασίλευκεν Ἐζεχίας ἀνὴρ εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος, καὶ δικαιοσύνης πρύτανις, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ ζηλωτὴς, καὶ τῶν θείων θελημάτων ἐργάτης. Οὗτος τοῦ Ἄχαζ παρανομήμασιν πᾶν πράττεσθαί τε καὶ ἰσχύειν ἐκέλευεν· ἀνῆκε μὲν γὰρ τὰς τοῦ ναοῦ θύρας, εἶτα θυσίας, καὶ σπονδὰς διετύπου προσάγεσθαι τῷ Θεῷ, καὶ ταῖς κατὰ νόμον ἱερουργίαις χεραίρεσθαι· καὶ μὴν καὶ δίχα χρόνων μακρῶν

[1] Psal. cxviii, 96. [2] Osee. iv, 13.

Digitized by Google

τὸν ἐπὶ τῷ Πάσχα νόμον ἀνανεωσασθαι ὁρᾶται. Καθεῖλε τεμένη, καὶ βωμοὺς, καὶ χειρόκμητα, γνώστας τε καὶ ψευδομάντεις, καὶ τὰς τῶν ἐπῳδῶν ἀγέλας ἠρεμεῖν ἐκέλευσε, καὶ ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ Θεοῦ. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἐν καιροῖς βασιλείας τῶν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένων, ποτὲ μὲν ὠξύνετο πρὸς ὀργὰς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, εἰδωλολατροῦντος τοῦ Ἰσραήλ· ποτὲ δὲ καὶ ἐμαλάσσετο πρὸς τὸ ἥμερον, μεταπλαττομένου πρὸς εὐσέβειαν διὰ τῆς τοῦ κρατοῦντος ἐπιεικείας· ταύτῃ τοι μέμικται τῆς προφητείας ὁ λόγος, καὶ πλείστην μὲν ὅσην ἔσθ' ὅτε ποιεῖται τὴν ἀπειλὴν, ὡς δυσσεβοῦντος τοῦ Ἰσραὴλ, ὑποσχέσεως δὲ τῆς ἐπ' ἀγαθοῖς εἰσκομίζει λόγον. Διαμέμνηται δὲ παντχοῦ τῆς διὰ τοῦ Χριστοῦ λυτρώσεως, καὶ φησὶν ὅτι κατὰ καιροὺς μὲν ἔσται τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος ἀπόπεμπτος ὁ Ἰσραὴλ, εἰσδεχθήσεται δὲ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς δικαιουμένη διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ. Ὥστε μοι δοκεῖ στεφανοῦν εὖ μάλα τὸν μακάριον προφήτην Ἡσαΐαν, οὐχὶ τῇ τῆς προφητείας χάριτι μόνῃ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς αὐχήμασιν. Ἐν ταὐτῷ γὰρ ἔστιν προφήτης τε ἅμα, καὶ ἀπόστολος, καὶ τῆς τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων φαιδρότητος οὐκ ἠμοιρηκότας τοὺς τῆς ἑαυτοῦ συγγραφῆς ποιήσεται λόγους.

vates, et incantamentorum turbam quasique greges sustulit : et vir bonus erat in conspectu Dei. Itaque cum universitatis Deus, temporibus horum, quos jam diximus, nunc ad iram exacueretur, idololatriæ deditu : nunc, eo converso ad religionem propter virtutem et probitatem principis, ad placabilitatem emolleseeret : hinc oratio hujus prophetiæ mista est et velut Israele impie agente, minas interdum graves intendit : aliis autem promissionis bonorum mentionem facit : ubique vero redemptionis per Christum mentionem injicit, aitque subsequentibus temporibus a societate et contubernio Dei exterminandum Israelem, successuram vero gentium multitudinem, per fidem in Christo justificatam. Quare mihi videtur beatus propheta Isaias non sola prophetiæ gratia plurimum exornatus, sed et decoribus apostoli. Est enim hic propheta simul et apostolus : et in hac scriptione sua habebit sermones evangelicæ prædicationis splendore non carentes.

ΛΟΓΟΣ Α'.

Ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς, ἣν εἶδε κατὰ τῆς Ἰουδαίας, καὶ κατὰ Ἱερουσαλὴμ ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου, καὶ Ἰωάθαμ, καὶ Ἄχαζ, καὶ Ἐζεκίου οἱ ἐβασίλευσαν τῆς Ἰουδαίας.

Οὐκ ἂν οἶμαι διαψεύσαιτό τις ἐκεῖνο εἰπὼν περὶ τῶν ἁγίων προφητῶν, ὡς οὐ μόνην ἐδέχοντο τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν, καταλαμπρύνοντος τὸ χρῆμα αὐτοῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἐνηχοῦντος εἰς νοῦν, ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐτῶν ἔσθ' ὅτε τῶν πραγμάτων εἰπὼν ὅτι ἐγίνοντο θεωροί. Ἔοικε τοίνυν ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι τὰ κατὰ καιροὺς ἐσόμενα κατὰ τῆς Ἰουδαίας τεθεᾶσθαι πάθη, τοῦτο μὲν τὰς τῶν πολεμίων φάλαγγας καταδηούσας τὴν γῆν, τοῦτο δὲ τὰς πόλεις ἠρημωμένας, καὶ οἴκους ἐμπιπραμένους, καὶ ὅσα τοῖς τοῦ πολέμου νόμοις πράττεται παρ' ἐχθρῶν ταύτῃ τοι προγέγραπται τῆς προφητείας· « Ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς, κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλήμ. » Ἐπισημαίνεται δὲ χρησίμως τοὺς τῶν βασιλέων καιροὺς, ἵνα φαίνηται Θεὸς προσφόρως τοῖς ἑκάστου τρόποις τὰ ἐν τῷ προφήτῃ λαλῶν.

ORATIO I.

Cap. I, vers 1. *Visio, quam vidit Isaias filius Amos, quam vidit contra Judæam, et contra Hierusalem, in regno Oziæ et Joatham, et Achaz, et Ezechiæ, qui regnarunt in Judæa.*

Si quis dicat, sanctos prophetas non solam rerum futurarum cognitionem accepisse, prælucente hoc illis, et in animos insonante sancto Spiritu, verumetiam rerum ipsarum quandoque spectatores exstitisse, eum ego minime errare posse arbitror. Itaque beatus propheta Isaias, mala quæ contra Judæam temporibus insequentibus futura erant, 1° phalanges hostium terram vastantium, urbes desolatas, domos incensas, et quæcunque tandem jure belli fieri solent ab hostibus, mentis oculo contemplatus videtur : ideoque prophetiæ quasi proœmio scriptum est : « Visio quam vidit Isaias filius Amos, contra Judæam et contra Jerusalem. » Opportune sane regum tempora designat, ut appareat Deum hæc uniuscujusque moribus accommodate per prophetam dicere.

Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν, Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν.

Vers. 2. *Audi, cœlum, et auribus percipe, terra, quia Dominus locutus est : Filios genui et evexi, ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem, et asinus præsepe domini sui ; at Israel me non cognovit, et populus me non intellexit.*

Τί τὸ χρῆμα, τίς ὁ λόγος, καὶ τί ἂν βούλοιτο δηλοῦν περιαθρεῖν ἀναγκαῖον. Διαμαρτύρεται γὰρ ὥσπερ οὐρανόν τε καὶ γῆν ὁ μακάριος προφήτης, καὶ τοῦτο πράττων οὐκ ἀθεεὶ, πλὴν, οὐκ ἰδίους, Θεοῦ δὲ μᾶλλον εἶναι τοὺς λόγους φησίν. Ὅτι πάντη τε καὶ πάντως πρὸς πέρας ἐκβήσονται διὰ τούτου σημαίνων, καὶ τοῖς τοῦ πσθεῖν δείμασι καταπτοῶν τοὺς ἀκροωμένους. Ἀμήχανον γὰρ ψευδοεπῆσαι Θεόν· ὁμοῦ δὲ κἀκεῖνο, καθάπερ ἐγῷμαι, κατασκευάζων. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν τὰς κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ

Quid hoc rei sit, quæ oratio, et quid significare velit, operæ pretium erit considerare. Obtestatur enim veluti cœlum et terram beatus propheta : quod dum facit, non sine divino consilio facit; imo non suos esse dicit sermones, sed Dei. Quo innuit omnino ea ad exitum perventura, et horum malorum metu auditores percellit : nec enim fieri potest, ut Deus falsum dicat : simulque illud, ut ego quidem sentio, præmunit. Quoniam enim contra Judæam et Jerusalem vaticinaturus erat, et mala omni ora-

Digitized by Google

tione majora, calamitatesque non sanandas præmonstraturus, eos, ad quos hic sermo habetur, ira mirum in modum flagraturos non ignoravit. Ideo Dominum hæc locutum ait, impiorum furorem artificiosissime reprimens, injustasque iras quasi retundens. Si enim quasi sequester adhibetur, et minister, et sermones e supernis et a Deo quasi legatus annuntiat, quis ei merito succensere poterit? imo potius audax hoc facinus ex ira ebulliens, quidlai implum contra Deum qui locutus est haberi debeat? Proinde et merito sane cœlum et terram contestatur. Nam de Israele conquesturus cum esset, cum angelos cœlestes, tum ipsam terram universam scire vult mores ejus impios; ne quis eum esse commotum sine causa putet, vel populum dilectum et in sortem sibi deputatum, in leviculis, et vulgaribus criminibus deprehensum, propterea fuisse rejectum : maxime quem olim summa vi ex Ægyptiorum tyrannide vindicavit. Nam misertus est illius, 2 ut et injuria affecti præter æquum et bonum, et ut præter nobilitatem et dignitatem tum patriam, et avitam, tum suam, violenta servitute oppressi. Cumque hi qui oppresserant restituissent, graviter puniti sunt, Deo illos omni genere supplicii multante. Itaque ut Israelitarum assumptio insignis et illustris fuit, ita rejectionis modum non vult ignorari. Quod si cui videatur, ipsa elementa vocari hac prophetæ voce : qui hoc ita considerat, nec ab eo quod est rationi et probabilitati consentaneum, nec a sensu verborum aberrabit. Redimebatur enim per Mosem, uti dixi, ab Ægyptiaca impietate Israel. Cum autem Pharao Dei nutui et voluntati impie resisteret ac diceret, « Dominum non novi, et Israelem non dimittam [3], » creatura a Domino suo contra inobedientes et rebelles est armata. E supernis enim et e cœlo plurima, et conspicua signa facta sunt : plurima item et in ipsa terra mirabilia. Cœlum enim demisit grandinem, terra produxit ranas, sicuti scriptum est : et aqua in sanguinem conversa est : cinere vero camini discurrente et dissipato, aeremque corrumpente, ulcera et pustulæ effervescentes omnium corporibus insederunt. Itaque perinde quasi ipsamet elementa tantum non frustra pro his qui liberati fuerunt laborassent: « Audi, inquit, cœlum, et ausculta, terra, quia Dominus locutus est. » Aliter etiam hæc explicari possunt. Israelitæ siquidem legis doctrina contempta, et salutaribus disciplinis neglectis, uno natura Deo derelicto, impuris dæmoniis cultum tribuerunt in montibus atque collibus et in silvosis vallibus incenderunt suffitum, et opera manuum suarum adoraverunt. Indignatus vero propterea universitatis Deus, et quidem justissime, dixit cuidam e sanctis prophetis : « Surge et judicare apud montes, et audiant colles vocem tuam : Audite, colles, judicium Domini, et valles fundamenta terræ, quia judicium Domino adversus populum suum, et cum Israele judicabitur [3a]. » Neque tamen

[3] Exod. v, 2. [3a] Mich. vi, 1, 2.

A Ἱερουσαλὴμ προαγορεύσεις ποιεῖσθαι, καὶ τὰ λόγου παντὸς ἐπέκεινα προκαταμηνύσειν πάθη, καὶ τὰς ἀνηκέστους συμφορὰς, οὐκ ἠγνόησεν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἀκονηθήσονται πρὸς ὀργὰς οἱ πρὸς οὓς ὁ λόγος. Κύριον τοίνυν τὰ τοιάδε πρὸς αὐτοὺς λαλῆσαί φησιν, τὸν τῶν ἀνοσίων θυμὸν εὐτεχνέστατα διωθούμενος, καὶ οἷον ἐκδυσωπῶν τὰς ἀδίκους ὀργάς. Εἰ γὰρ παρελήφθη μεσίτης καὶ διάκονος, καὶ τοὺς ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ διαπορθμεύοι λόγους, πῶς ἂν ἐπ' αὐτῷ δικαίως ὀργίζοιτό τις; μᾶλλον δὲ, πῶς οὐχὶ κατὰ Θεοῦ τοῦ λαλαληκότος τὰ ἐξ ὀργῆς γένοιτ' ἂν δυσσεβῆ τολμήματα. Διαμαρτύρεται τοίνυν σφόδρα εἰκότως οὐρανόν τε καὶ γῆν; Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τὰς κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ ποιεῖσθαι μομφὰς, καὶ ἀγγέλους εἰδέναι βούλεται τοὺς κατ' οὐρανὸν, καὶ αὐτὴν B δὲ τὴν σύμπασαν γῆν, τῆς ἐκείνου δυσσεβείας τοὺς τρόπους, ἵνα μή τις οἴηται κεκινῆσθαι μάτην ἢ καὶ προαλῶσι ἐπὶ μικροῖς τε καὶ εὐτελεστάτοις πταίσμασιν, ἀπόβλητον ποιεῖσθαι τὸν ἠγαπημένον, καὶ εἰς κλῆρον αὐτῷ τεθέντα λαὸν, καὶ τὸ πάλαι διὰ πολλῆς ἄγαν ἰσχύος, τῆς τῶν Αἰγυπτίων πλεονεξίας ἐξῃρημένον. Ἠλέησε μὲν γὰρ ὡς ἀδικούμενον παρά τε τὸ εἰκὸς, καὶ τὴν τοῖς πατράσι πρέπουσάν τε καὶ ἐνοῦσαν εὐγένειαν, ἀδουλήτῳ θητείᾳ κατηχθισμένους. Ἐπειδὴ δὲ ἀντέπραττον οἱ πλεονεκτήσαντες, ἐκολάζοντο πικρῶς, πάντα τρόπον αὐτοῖς αἰκίας ἐπιρριπτοῦντος Θεοῦ. Ὥσπερ τοίνυν ἐπισημοτάτη γέγονεν ἡ πρόσληψις τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, οὕτω βούλεται καὶ τὸν τῆς ἀποβολῆς μὴ ἀγνοεῖσθαι τρόπον. Εἰ δὲ δή βούλοιντό τινες καὶ αὐτὰ καλεῖσθαι τὰ στοιχεῖα διὰ τῆς C τοῦ προφήτου φωνῆς, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος λόγου τῶν ἐννοιῶν ἡ δύναμις, ἐκεῖνο διεσκεμμένοις. Ἐλυτροῦτο μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, τῆς Αἰγυπτίων ἀνοσιότητος διὰ Μωσέως ὁ Ἰσραὴλ. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς τοῦ Θεοῦ νεύμασιν ἀνοσίως ἀνταντιστάμενος ἔφασκεν ὁ Φαραὼ, Οὐκ οἶδα τὸν Κύριον, καὶ τὸν Ἰσραὴλ οὐκ ἀποστελῶ, συνωπλίζετο τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ κατὰ τῶν ἀπιχθούντων ἡ κτίσις. Ἄνωθεν μὲν γὰρ καὶ ἐξ οὐρανοῦ πλεῖστά τε ὅσα καὶ περιφανῆ γεγόνασι σημεῖα, πλεῖστα δὲ ὁμοίως καὶ οὐκ ἀθαύμαστα ἐν αὐτῇ τῇ γῇ. Ὁ μὲν γὰρ οὐρανὸς καθεῖτε τὴν χάλαζαν, ἡ δὲ γῆ βατράχους ἐξέῤῥιψε, καθὰ γέγραπται· καὶ τὸ μὲν ὕδωρ εἰς αἷμα μετεσκευάζετο, αἰθάλης δὲ καμιναίας κατασκιδναμένης, καὶ τὸν ἀέρα θολούσης, ἕλκη καὶ D φλυκτίδες ἀναζέουσαι τοῖς ἐν πάντων συνέβαινε σώμασιν. Ὡς οὖν καὶ αὐτῶν τῶν στοιχείων μονονουχὶ μάτην ἐπὶ τοῖς λελυτρωμένοις πεπονηκότων, « Ἄκουε, οὐρανὲ, φησὶν, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. » Προσβαλοῦμεν δὲ καὶ ἑτέρως ταῖς τῶν προκειμένων ἐννοίαις. Ἀτιμήσαντες μὲν γὰρ τὴν διὰ νόμου παίδευσιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τῶν σωτηρίων μαθημάτων ὀλιγωρήσαντες τὸν ἕνα τε καὶ φύσει καταλελοιπότες Θεὸν τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν τὰς θεραπείας προσῆγον ἐν ὄρεσι καὶ βουνοῖς, καὶ ἐν ταῖς εὐδενδροτάταις φάραγξιν τεθυμιάκασί τε καὶ προσκεκυνήκασι τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν. Καὶ ἠγανάκτει μὲν ἐπὶ τούτοις, καὶ μάλα εἰκότως, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἔφη δὲ πρὸς ἕνα τῶν ἁγίων προφητῶν·

Digitized by Google

« Ἀνάστηθι καὶ κρίθητι πρὸς τὰ ὄρη, καὶ ἀκουσάτωσαν οἱ βουνοὶ τὴν φωνήν σου. Ἀκούσατε, βουνοὶ, τὴν κρίσιν τοῦ Κυρίου, καὶ αἱ φάραγγες, θεμέλια τῆς γῆς, ὅτι κρίσις τῷ Κυρίῳ πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦ Ἰσραὴλ διελεγχθήσεται. » Καὶ οὔτι που φαμὲν ὅτι πρός γε τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς γέγονεν ἡ κρίσις τῷ Κυρίῳ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς, ἐδικάζετο δὲ μᾶλλον τῷ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀσέβειαν τοῦ Ἰσραὴλ τοῖς ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ βουνοῖς καὶ νάπαις. Ἠλέγχετο γὰρ ἀμετρίως δεδυσσεβηκὼς, καὶ βωμοὺς καὶ τεμένη κατασκευάσας ἐκεῖ τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τῆς εἰς Θεὸν αἰδοῦς ἀλογήσαντες προσεκύνησαν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, ἡλίῳ τε φημὶ καὶ σελήνῃ, δεχόμενοι δὲ καὶ τὴν ἐκ γῆς ὕλην, ξύλα τέ φημι καὶ λίθους, ἐποίησαν ἑαυτοῖς εἴδωλα κατὰ τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν, οἰκονομώτατα λίαν τὴν ἐν τούτοις αὐτῶν ἀσέβειαν ὑπαινίττεται, καὶ οἷον εἰς ἔλεγχον καὶ ἀπόδειξιν οὐρανόν τε καὶ γῆν εἰς μέσον ὥσπερ παρακομίζει λέγων. « Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. » Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, πολλοὺς εἶναι φαμὲν τοὺς πατέρας ἐν οὐρανῷ, τοὺς πνευματικοὺς δῆλον ὅτι· πολλοὺς δὲ ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦτο μὲν σαρκικοὺς, τοῦτο δὲ πνευματικούς. Ἀλλὰ τούτοις μὲν ἅπασι τοῖς πατράσι τοῖς ἄνω τε καὶ κάτω παρὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα τέκνων προσάγονται τιμαί. Χαίρουσι δὲ λίαν οἱ τετιμημένοι, καὶ οὐδεὶς ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ὃς οὐ πάντῃ τε καὶ πάντως ποιεῖται δυσφόρητον τὸ ἀχαριστεῖσθαι παρὰ τῶν τέκνων. Ὁ δὴ πεπονθὼς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τούς τε ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς πατέρας διαμαρτύρεται λέγων· Ἄκουε, *οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν· Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν.* Εἰσδεχθεὶς γὰρ ὁ Ἰσραὴλ διὰ τῆς χάριτος, καὶ τῆς τοῖς τέκνοις πρεπούσης ἀξιωμένος φειδοῦς, γεγεννῆσθαι λέγεται παρὰ Θεοῦ, τῆς ἀληθοῦς καὶ πνευματικῆς ἀναγεννήσεως ἐφ' ἡμῖν ἐκπεπερασμένης. Διὰ πίστεως δὲ δῆλον ὅτι τῆς ἐν Χριστῷ· γεγεννήμεθα γὰρ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, καὶ δέδοται μὲν τοῖς ἀρχαιοτέροις πνεῦμα δουλείας, εἰ καὶ πρωτότοκος ἦν καὶ ὠνόμασται λαός. Ἡμῖν δὲ, τῆς υἱοθεσίας ὄνομά τε καὶ πνεῦμα, κεχάρισται ὁ Θεός. « Ὅτι γάρ ἐστε, » φησὶν, « υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κράζον Ἀββὰ ὁ πατήρ. » Γεγέννηκα γὰρ, φησὶν, υἱοὺς, καὶ οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὕψωσα, τοῦτ' ἔστιν, ἀνέθρεψα. Τοῦτο γὰρ ἡ τῶν ἑτέρων μηνυτῶν ἐπίδοσις ἔχει. Λελυτρωμένος γὰρ ὁ Ἰσραὴλ, οὐκ ἀνεπικούρητος ἦν μετὰ τοῦτο, καὶ ἀγάπης ἔρημος τῆς παρὰ Θεοῦ. Τέθραπτο γὰρ καθάπερ τις υἱὸς ἐκ φιλοπαίδος ἀληθῶς καὶ φιλοστοργωτάτου πατρός. « Ἄρτον γὰρ οὐρανοῦ, » φησὶν, « ἔδωκεν αὐτοῖς, ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος. » Ἐτρέφετο δὲ ἑτέρως καὶ εἰς εὐεξίαν πνευματικὴν διὰ τῆς ἐννόμως σοφίας καὶ προφητικῶν παιδευμάτων, ἀποκομιζόντων ἀστείως εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, τοῦτ' ἔστι Χριστοῦ. Γράφει γοῦν ὁ Παῦλος, ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστόν.

A per hanc prophetæ vocem propterea dicimus » adversus montes et colles judicium Domino fuisse : at potius contra ipsam impietatem Israelis, quæ erat in montibus et collibus, et lucis B judicio conflictabantur. Etenim reprehensus est, quod haud mediocri se impietate fœdarit, illicque immundis dæmonibus aras atque delubra exstruxerit. Cum ergo Israelitæ, observantia et reverentia erga Deum posthabita, militiam cœli, solem dico et lunam adorarent, et sumpta ex terra materia, lignis, inquam, et lapidibus, idola sibi quisque pro abitratu facerent : appositissime eorum in istis impietatem subinnuit, et velut in argumentum et demonstrationem cœlum ac terram producit in medium, inquiens : « Audi, cœlum, et ausculta, terra, quia Dominus locutus est. » Jam et alio modo dicimus esse multos in cœlo patres, spirituales videlicet : multos item in terra tam carnales, quam spirituales. Omnibus autem his tum superis, tum inferioribus honores exhibentur a liberis, potestati ipsorum subditis : et impendio gaudent, honore affecti : nec est eorum quisquam qui non omnino intolerabile ducat, ingratis modis tractari a liberis. Hoc jam passus et sentiens universitatis Deus, patres tam in cœlo, quam in terra contestatur, dicens : *Audi, cœlum, et ausculta, terra, quia Dominus locutus est : Filios genui et evexi, ipsi autem spreverunt me.* Receptus enim per gratiam Israel, et misericordia filiorum dignatus, a Deo genitus C esse dicitur : dum vera ac spiritualis regeneratio in nobis per fidem, nempe in Christo consummatur. Geniti enim sumus ex aqua et spiritu. Majoribus quidem datus est spiritus servitutis, quantumvis fuerit primogenitus, et dictus etiam populus : nobis autem Deus spiritum adoptionis et nomen tribuit. « Quoniam enim, » inquit « filii estis, emisit Deus spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem Abba, pater [a]. » Idcirco dicit : Genui filios, nec id modo, sed Evexi, id est, enutrivi : nam hoc aliorum interpretum expositio habet. Liberatus quippe Israel, non desertus ac destitutus auxilio deinceps fuit, non amoris divini expers : utpote qui tanquam filius a patre vere filiorum amante et indulgentissimo nutriebatur, « Panem namque cœli » inquit, « dedit illis, panem angelorum D comedit homo [b]. » Quin et alio modo enutritus est, vegetatione ac robore spirituali, per sapientiam legis et præcepta institutaque prophetarum, quæ ad agnitionem veritatis, nimirum Christi, placide ac molliter provehunt. Scribit siquidem Paulus : « Itaque lex pædagogus noster factus in Christum [c]. » At enim eum qui genuerat repudiavit. Et quis tandem hujus repudii modus? Aversus est enim ut etiam coluerit eos qui natura dii non sunt, laboravitque morbo alio magnæ cujusdam effrenationis, ac quod his longe absurdius est, ne brutorum quidem animantium bene-

[a] Rom. VIII, 15. [b] Psal. LXXV, 24, 25. [c] Galat. III, 24.

Digitized by Google

volentiam quam illa erga dominos habent, est imitatus. Hinc non sine causa ait : « Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui; Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit. » Nam si emat quis bovem, illum utique habebit ad rei rusticæ munera utilissimum, sive terram arare velit, sive in area triturare, et frumenti paleam excutere. Si vero quis asinum coemat, naturæ etiam motu et impulsu vocatur ad obsequium et pro his quæ jacent in præsepibus subjectionem quasi rependit et obedientiam. Onus enim hajulat volens, et herilis laboris fit socius ac particeps. At hæc quidem ita se habent in his. Israel autem sapiens, in legis pædagogia initiatus, quo id quod e re est, intelligere posset, majestatem Dei multis et admirabilibus signis edoctus, asino et bove inferiorem se præstat, et a brutis mansuetudine et probitate superatus, Dominum ignoravit. Bene sane illud dixit : Non novit, non intellexit. Tametsi enim, ut dixi, gloriam et majestatem Dei didicerat, tamen quod in effrenatam quamdam perversitatem prolapsus est, propterea ei qui non noverat, non dissimilis fuit. Quod ni ita vere esset, neutiquam dixisset ligno : « Deus meus es tu, » et lapidi : « Tu genuisti me. » Unde et « obstupuit, » inquit, « cœlum super hoc, et vehementer supra modum inhorruit, dicit Dominus. Quia duo mala patravit populus meus : me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas contritas, quæ non poterunt aquam continere [6]. » Posset autem hoc Christo accommodari ut dicat de illis : Israel vero me non novit, et populus me non intellexit. Siquidem per illum facta est illa etiam antiqua redemptio. Et posita est lex ad tempus usque correctionis, sicuti scriptum est. Cum autem umbra nullo modo nos justificare posset, illuxit nobis in carne unigenitum Dei Verbum, ut fide ad ipsum accedentes justificaret, et a morte atque peccato liberaret [7]. 5. Verumtamen eum non novit Israel quantumvis aperte dicentem : « Amen, amen dico vobis, qui sermonem meum audit, et credit ei qui misit me, habet vitam æternam, et in judicium non venit, sed transiit ex morte ad vitam [8], »

A Ἀλλ' ἠθέτησε τὸν γεννήσαντα. Καὶ τίς ὁ τῆς ἀθετήσεως τρόπος εἴη ἄν; ἐτράπετο γὰρ εἴς γε τὸ θέλειν τοῖς μὴ φύσει λατρεύειν θεοῖς, νενόηκε δὲ καὶ ἑτέρως, πολὺ τὸ ἐξήνιον, καὶ τὸ ἔτι τούτων εἰς ἀτοπίαν ἐπέκεινα, οὔτε αὐτὴν μεμίμηται τῶν ἀλόγων ζώων τὴν εὔνοιαν, ἣν ἂν ἔχοιεν ἐκεῖνα πρὸς τοὺς δεσπότας. Ταύτῃ τοι φησίν· « Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ, Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν. » Ἄνθρωπος μὲν γὰρ εἰ ἐκπρίαιτο βοῦν, ἕξει δὴ πάντως αὐτὸν εἰς τὰ τῆς γεωπονίας ἔργα χρησιμώτατον, τοῦτο μὲν ἀροῦν, εἰ ἕλοιτο, τὴν γῆν, τοῦτο δὲ εἰς τὴν ἅλω καταλεπτύνειν, καὶ ἀποκρίνειν τοῦ σίτου τὸ ἄχυρον. Εἰ δὲ δή τις πρίαιτο καὶ ὄνον, φυσικοῖς καὶ αὐτὸς κινήμασιν καλεῖται πρὸς εὐπείθειαν, B καὶ οἷόν τινα τῶν ἐν φάτναις αὐτῷ κειμένων ἀντίδοσιν ποιεῖται τὴν ὑπόταξιν. Ἀχθοφορεῖ γὰρ ἑκών, καὶ τὸν τοῦ δεσπότου μερίζεται πόνον. Ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ἐν τούτοις. Ὁ δὲ σοφὸς Ἰσραὴλ ἐν νόμῳ παιδαγωγούμενος, ἐπὶ τὸ δεῖν εἰδέναι τὸ ὠφελοῦν ὁ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν διὰ πολλῶν καὶ ἀξιαγάστων σημείων ἐκμεμαθηκὼς, ὄνου καὶ βοὸς κατόπιν ἔρχεται, καὶ τῆς τῶν ἀλόγων ἐπιεικείας ἡττώμενος ἠγνόηκε τὸν δεσπότην. Εὖ δὲ δὴ σφόδρα τὸ, οὐκ ἔγνω, φησὶν, οὐ συνῆκεν. Καίτοι γὰρ μεμαθηκὼς, ὡς ἔφην, τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, καὶ διὰ τὸ ἀπονεῦσαι λίαν εἰς ἀχάλινον ἐκτροπὴν, ἐν ἴσῳ γέγονεν τῷ ἠγνοηκότι. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτό ἐστιν ἀληθῶς, οὐκ ἂν ἔφη τῷ ξύλῳ, « Θεός μου εἶ σύ· » καὶ τῷ λίθῳ, « Σὺ ἐγέννησάς με. » Ὅθεν « ἐξέστη, » φησὶν, « ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον σφόδρα, λέγει Κύριος. Ὅτι δύο καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου, ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν αὐτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. » Πρέποι δ' ἂν καὶ αὐτῷ τῷ Χριστῷ τὸ φάναι περὶ αὐτῶν, τὸ, Ἰσραὴλ δὲ οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν. Γέγονε μὲν γὰρ καὶ ἡ πάλαι λύτρωσις δι' αὐτοῦ. Τέθειται δὲ καὶ ὁ νόμος μέχρι καιροῦ διορθώσεως, καθὰ γέγραπται. Ἐπειδὴ δὲ. . . ἀνέφικτον δικαιοῦν ἡμᾶς δύνασθαι τὴν σκιὰν, ἐπέφανεν ἡμῖν μετὰ σαρκὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἵνα δικαιώσῃ τῇ πίστει τοὺς προσιόντας αὐτῷ, καὶ ἀπαλλάξῃ θανάτου καὶ ἁμαρτίας. Ἀλλ' οὐ συνῆκεν αὐτὸν ὁ Ἰσραὴλ, καίτοι λέγοντος σαφῶς· « Ἀμὴν, ἀμὴν D λέγω ὑμῖν, ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται, ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν. »

C

Vers. 4. *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis, semini nequam, filiis sceleste, dereliquistis Dominum, et concitastis ad iracundiam Sanctum Israel.*

Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρμα πονηρὸν, υἱοὶ ἄνομοι· ἐγκατελείπετε τὸν Κύριον, καὶ παρωργίσατε τὸν Ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ.

Repudii modo optime jam exposito, et magnitudine brutæ eorum insulsitatis demonstrata, transfert statim orationem partim ad eorum miseriæ prædicationem, partim ad territationem. Decet enim, opinor, in primis personam prophetæ, tantum non eos deplorare, et ex immenso zelo pietatis insurgere ac dicere : Væ genti improbæ, populo vitiis onusto, se-

Τὸν τῆς ἀθετήσεως τρόπον εὖ μάλα διηγγελκὼς, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀλογίας παραδείξας τὸ μέγεθος, μεθίστησι παραχρῆμα τὸν λόγον, τοῦτο μὲν εἰς ταλανισμὸν ἐπ' αὐτοῖς δηλονότι, τοῦτο δ' αὖ πάλιν πρὸς ἐπίπληξιν. Πρέποι δ' ἂν, οἶμαι, τῷ προφητικῷ προσώπῳ μάλιστα τὸν μονονουχὶ κατοιμώζειν αὐτοὺς, καὶ ἐκ πολλῆς ἄγαν φιλοθείας κατ-

[6] Jerem. II, 12 seq. [7] Hebr. IX, 10. [8] Joan. V, 24

Digitized by Google

ἐξανίστασθαί τε καὶ λέγειν· Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλόν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρμα πονηρόν, υἱοὶ ἄνομοι. Ἕπεται γοῦν πάντως τοῖς ἀθετεῖν με θέλουσιν, τὸν ἁπάντων ἡμῖν ἀγαθῶν δωτῆρα Θεόν, τὸ ἀναπόνιπτον ἔχειν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ πεφορτίσθαι δειναῖς ἀφύκτοις ἐγκλήμασιν. Νοσεῖ γάρ πως ἀεὶ ἡ ἀθέτησις τὴν ἀπόστασιν, τῆς εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκ τόπων μεταβολήν. Ταύτῃ τοι καὶ ἐπήγαγεν εὐθύς, τὸ ἐγκατελείπετε τὸν Κύριον. Σπέρμα δὲ ὀνομάζει πονηρὸν, οὐχ ὡς ὄντας, ἢ πεποιημένους κατὰ φύσιν τοιούτους, ἀλλ' ὅτι γεγόνασιν ἐκ πονηρῶν πατέρων υἱοὶ πονηροί, κατά γε τὴν Ἰωάννου φωνήν· ἔφη γὰρ καὶ αὐτοῖς τοῖς γραμματεῦσι καὶ Φαρισαίοις ἐρχομένοις ἐπὶ τὸ τῆς μετανοίας βάπτισμα, « γεννήματα ἐχιδνῶν. » Ἅγιοι μὲν γὰρ ὁμολογουμένως οἱ πρῶτοί τε καὶ ἐξ ἀρχῆς πατέρες, βδελυροὶ δὲ λίαν οἱ μετ' ἐκείνους. Ἐντεθραμμένοις δὴ οὖν τοῖς τῶν πατέρων ἔθεσι, καὶ προγονικὴν ζηλοῦντας ἀνοσιότητα, σπέρμα πονηρὸν ὠνόμασεν εἰκότως. Ἐγκαταλελοίπασι γὰρ τὸν Κύριον, καὶ παροτρύνοντες οὐκ ἐπαύσαντο τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ, τουτέστι Χριστόν. Οὐ γὰρ συνῆκαν τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον. Τοιγάρτοι καὶ μεμενήκασιν ἐν πληρώματι τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν. Καὶ τοῦτο αὐτοῖς ἔφασκεν ὁ Χριστός· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ πιστεύσητε, ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. » Πλήρης τοίνυν ἁμαρτιῶν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀφιγμένος ἀνοσιότητος, ὡς πρέπειν αὐτῷ τὸ κολάζεσθαι δεῖν. Πεπληρώκασι γὰρ καὶ αὐτοὶ τὸ μέτρον τῶν ἰδίων πατέρων, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Μέχρι μὲν γάρ τινος καιροῦ καὶ μέτρου φορητὴν ποιεῖται ὁ Θεὸς, τῶν πλημμελούντων τὴν καταφρόνησιν· ἀφιγμένης δὲ ἤδη πρὸς πλήρωσιν τὴν ἐγνωσμένην αὐτῷ τῆς ἁμαρτίας, ἐπιφέρει τὰς δίκας, καὶ ἀναλόγως τοῖς πλημμελήμασι κολάζει τὸν ἀπειθῆ. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ζαχαρίας μέτρον τεθεαμένος, ἤρετο μὲν τὸν μακάριον ἄγγελον, ὅ τι δὴ τοῦτό ἐστι τὸ μέτρον τὸ ἐκπορευόμενον. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν, Αὕτη ἡ ἀδικία αὐτῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Μεμένηκε τοίνυν ἀναπότριπτον ἔχων τὴν ἁμαρτίαν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ τὴν διὰ Χριστοῦ κάθαρσιν οὐκ ἠθέλησε λαβεῖν, ἀλλὰ γὰρ πρὸς τούτῳ καταλελοιπὼς αὐτὸν, διὰ τοῦ μήτε τὴν εἰς αὐτὸν προσήκασθαι πίστιν, εἰπεῖν τε πρὸς τούτῳ τὸ Ἆρε, ἆρε, σταύρου αὐτὸν, καὶ, Οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα.

A mini maleficio, filiis perditis. Omnino autem qui omnium largitorem bonorum Deum repudiare volunt, hi ut vitiis contaminentur, nunquam eluendis, gravibusque atque inexpiabilibus flagitiis onerentur, necesse est. Trahit enim semper quodammodo hæc repudiatio morbum defectionis et apostasiæ, demigrationem in omne genus fœditatis. Hinc illud mox inducit, « Dereliquistis Dominum. » Semen porro maleficum dicit, non quia essent aut fierent ex natura tales, sed quod nati sunt ex patribus improbis filii quoque improbi, juxta vocem Joannis. Is enim Scribis et Pharisæis ad baptismum pœnitentiæ accedentibus : « Progenies, inquit, viperarum[9]. » Primi nimirum illi ab initio patres, plane sancti exstiterunt; qui vero illos secuti sunt, sceleratissimi fuerunt. B Innutritos ergo patriis moribus, et avitam sectantes impietatem, semen maleficum non immerito nominavit. Dereliquerunt namque Dominum, et Sanctum Israelis, scilicet Christum, concitare non destiterunt. Mysterium enim de illo non intellexerunt : itaque in cumulo ac plenitudine suorum peccatorum hæserunt. Quod etiam illis Christus dixit : « Amen, amen dico vobis, si non credideritis, quia ego sum, in peccatis vestris moriemini[10]. » Onustus itaque vitiis Israel eo demum pervenit nequitiæ, ut pœnas eum luere fuerit æquissimum. Etenim expleverunt et ipsi mensuram patrum suorum, juxta vocem Servatoris[10a]. 6 Ad aliquod enim tempus et mensuram fert Deus contemptum delinquentium : cum autem ad plenitudinem et maturitatem peccati notam sibi et perspectam jam pertigerint, supplicium irrogat, ac pro modo C et ratione delictorum inobedientes pœna afficit. Nimirum hanc mensuram conspicatus propheta Zacharias, interrogavit beatum angelum, quænam esset hæc mensura quæ egreditur : hic vero ad illum, Hæc est iniquitas eorum qui sunt in universa terra. Hæsit proinde Israel in peccato indelebili, nec emundari voluit per Christum : imo vero etiam dereliquit eum, cum fidem quæ in illum est non recipiendo, tum ad hæc dicendo : Tolle, tolle, crucifige eum, et : Non habemus regem nisi Cæsarem[11].

Τί ἔτι πληγῆτε προστιθέντες ἀνομίαν; πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην· Ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς, οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς ὁλοκληρία, οὔτε τραῦμα, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα; οὐκ ἔστιν μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους.

D Vers. 5. *Quid percutiamini ultra, addentes iniquitatem? Omne caput in labore et omne cor in mœrore : a pedibus ad caput usque non est in eo integritas, neque vulnus, neque livor, neque plaga tumens, non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas.*

Ὡς ἐφ' ἑνὸς σώματος τῶν Ἰουδαϊκῶν συστημάτων, μικρῶν τέ φημι καὶ μεγάλων, καὶ τῶν ἐν μεσότητι νοουμένων ποιεῖται τοὺς λόγους. Ἔοικε δὲ κεφαλὴν μὲν ὀνομάζειν, τὸν τοῖς βασιλείας αὐχήμασιν εὐπρεπῆ. Καρδίαν δὲ, τὴν ἱερὰν καὶ ἀπόλεκτον φυλὴν, τουτέστι τὴν Λευϊτικὴν, ὡς τῷ νόμῳ σεσοφισμένην, καὶ τοῦ παντὸς σώματος ἔχουσαν τὴν φροντίδα. « Χείλη γὰρ ἱερέως, » φησὶν, « φυλάξεται

De uno velut corpore Judaicæ societatis, de pravis, inquam, et magnis et mediocri sorte prædilis hominibus sermonem instituit. Caput videtur dicere eum, qui regni prærogativis ornatus est : Cor vero, sacrosanctam et selectam tribum, id est, Leviticam, veluti lege eruditam, et curam totius corporis gerentem. « Labia enim sacerdotis, » inquit, « custodient judicium, et legem requirent ex ore ejus[11a]. »

[9] Matth. III, 7. [10] Joan. VIII, 21. [10a] Matth. XXIII, 32. [11] Joan. XIX, 15. [11a] Malach. II, 7.

Digitized by Google

Pedes demum eos esse ait, qui in postremis sunt, et qui tanquam infimam in populo stationem obtinent. Proinde cum terra Judaica calamitates non ferendas sustinuisset, depopulantibus eam nunc Babyloniis, nunc finitimis gentibus, et propter impietatem in Christum, Romanorum manibus esset concremanda, cum eorum etiam regnum evertendum esset, (alienigenæ enim eos subegerunt) cumque sacerdotii munia apud eos cessarent, sacrificiis subversis, templo sublato non aris manentibus, non sacerdotio, non declarationibus, juxta prophetæ vocem, hinc dicit : Quid percutiamini ultra, addentes iniquitatem? Inflictum est, inquit, vobis omne genus iræ et supplicii a Deo, diras continuasque alias super alias pœnas deposcente : 7 nihilo tamen minus contemptores estis, et alumni iniquitatis. Ergo quid percutiemini ultra? quænam ultionis mensura vobis erit satis ad emendationem? In summa quæ acerbitas, quæ calamitas inferri possit, quæ jam non accidit? Omne caput dolet, omne cor mœret, a pedibus ad caput usque. Etenim qui regia dignitate pollebant, laboribus haud parum afflictabantur, cum ad resistendum impressionibus hostium pares non essent. Sacerdotes item dolore affecti afflictique sunt abolito, ut dixeram, sacrificio. Pedes quoque, hoc est, extremi et homines infimi percutiebantur, tam hostili gladio concisi, quam fame et sterilitate domiti, et in summæ miseriæ discrimen adducti. Dicit itaque vulnus, liver, plaga tumens, nec est malagma quod apponas, non oleum, non alligaturæ. Quando scilicet modicæ plagæ humanum corpus infestant, et unum tantummodo membrum pervasit læsio; tunc moderatæ curationes eorum qui rei medicæ gnari sunt, puta malagma, ligamenta, et olei inunctio contentas partes ac rigidas resolvens, esse poterunt usui. Cum autem corpus totum corruptum est, [quodnam curationis genus proderit? Superat enim omnem remediorum vim ac virtutem artis magnitudo morbi. Itaque populus Judaicus jam consauciatus sanari non potest : et inveteratis morbis cum laboret intolerabiliter, nec ullo modo ei succurri possit, omnino periit. Unde et divini prophetæ dixerunt : « Curavimus Babylonem, non est sanata, deseruimus eam [12]. » Babyloni siquidem gentium urbi; et hæc urbs licet sancta dicta sit, propter impietatem in Christum maxime, et quia eam manufactis oppleverunt, comparata est : utpote cum a consuetudine institutoque Babyloniorum neutiquam recederet : quæ dicta est etiam civitas sculptilium.

VERS. 7. *Terra vestra deserta, civitates vestræ igni crematæ sunt, regionem nostram in conspectu vestro alieni devorant. Et vastata est, eversa a populis alienis.*

Quod dictum videbatur quodammodo obscurius, quam dici oportuit, id planum et apertum facit. Quid enim hoc significat, non est malagma quod

[12] Jerem. LI, 9.

A κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. » Πόδας δὲ εἶναί φησι τοὺς ἐν ἐσχάτοις, καὶ οἷον κατωτάτω λαχόντας τάξιν ἐν τοῖς λαοῖς. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ δύσοιστον μὲν ἤδη ταλαιπωρίαν ἡ τῶν Ἰουδαίων ὑπομεμένηκε γῆ, καταδῃούντων αὐτὴν, ὅτε μὲν Βαβυλωνίων, ὅτε δὲ τῶν προσαίκων ἐθνῶν, ἔμελλε καταπίμπρασθαι ταῖς Ῥωμαίων χερσὶν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, καὶ ἀνατραπήσεσθαι μὲν ἡ παρ' αὐτοῖς βασιλεία, κεκρατήκασι γὰρ αὐτῶν ἀλλομενεῖς, ἀπρακτήσειν δὲ παρ' αὐτοῖς, καὶ τὰ τῆς ἱερωσύνης ἔργα, θυσιῶν ἀνατετραμμένων, καθηρημένου τοῦ ναοῦ, θυσιαστηρίων οὐκ ὄντων, οὔτε ἱερατείας, οὔτε δήλων, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, ταύτῃ τοί φησι, τί ἔτι πληγῆτε προστιθέντες ἀνομίαν; ἐπενήνεκται, φησὶν, ὑμῖν πᾶν εἶδος ὀργῆς, B καὶ αἰκία παρὰ Θεοῦ σκληρὰς καὶ ἀλλεπαλλήλους ἐξῄτησθε δίκας, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐστὲ καταφρονηταὶ καὶ ἀνομίας σύντροφοι. Τί οὖν ἔτι πληγῆτε; ποῖον ὑμῖν αἰκίας ἀρκέσει μέτρον εἰς ἐπανόρθωσιν; τί δὲ ὅλως ἐπενεχθήσεται τῶν δεινῶν, ὃ μή πως συμβέβηκεν; πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς. Οἱ μὲν γὰρ τὴν βασιλίδα τιμὴν λαχόντες πεπονήκασιν οὐ μετρίως, ἀντισχεῖν οὐκ ἔχοντες ταῖς τῶν πολεμίων ἐμβολαῖς. Λελύπηνται καὶ οἱ ἱερεῖς ἀργούσης ὡς ἔφην θυσίας. Ἐπλήττοντο δὲ καὶ οἱ πόδες, τουτέστιν οἱ τελευταῖοι καὶ κατώτατοι. Τοῦτο μὲν τοῖς τῶν πολεμίων ξίφεσι δαπανώμενοι, τοῦτο δὲ καὶ λιμοῖς τε καὶ ἀκαρπίαις κατατρυχόμενοι, καὶ τῆς ἀκράτου ταλαιπωρίας εἰς πεῖραν ἐνηνεγμένοι. Τοιγάρτοι φησὶν, οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτ' ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους. Ὅτ' ἂν μὲν γὰρ σύμμετροί τινες τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι συμβαίνωσι πληγαὶ, καὶ καθ' ἑνὸς ἴοι μέλους ἡ βλάβη. Τοτηνικάδε χρήσιμα τῆς τῶν θεραπεύειν εἰδότων ἐπιεικείας τὰ εὑρήματα, οἷον μάλαγμα, καὶ κατάδεσμοι, καὶ ἐλαίου χρίσις χολῶσα τὰ συντεινόμενα. Ὅταν δὲ ὅλον τὸ σῶμα νοσῇ, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ καταφθείρηται, ποῖος αὐτῷ θεραπείας ὀνίνησι τρόπος; νικᾷ γὰρ πάντως τῶν ἐκ τέχνης ἐπικουρημάτων τὴν δύναμιν, τῆς νόσου τὸ μέγεθος. Ἀνίατος τοιγαροῦν ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς περιπεσοῦσα τραύμασιν, καὶ ἀφορήτως νοσοῦσα τὰ ἐξ ὀργῆς, ἀπόλωλεν ὁλοτρόπως, μηδενὸς αὐτοῖς βοηθήσαντος τρόπου. Τοιγάρτοι ἔφασκον καὶ οἱ θεσπέσιοι προφῆται; « Ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ ἰάθη, ἐγκατελείπομεν αὐτήν. » Βαβυλῶνι γὰρ τῇ τῶν ἐθνῶν παρεικάζεται, καίτοι πόλις ἁγία κατωνομασμένη, διά τοι μάλιστα τὴν εἰς Χριστὸν ἀτέβειαν, ἣ καὶ ὅτι τῶν χειροποιήτων ἐνεπίμπλασαν αὐτὴν, ὡς κατ' οὐδένα τρόπον τῇ Βαβυλωνίων παραχωρήσειν, ἢ καὶ ὠνόμασται γῆ τῶν γλυπτῶν.

Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι, τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτήν. Καὶ ἠρήμωται κατεστραμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων.

Τὸ ἀσαφέστερόν πως ἢ χρὴν εἰρῆσθαι δοκοῦν καθίστησιν ἐναργές. Τί γὰρ ἂν βούλοιτο δηλοῦν τὸ, οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε κατα-

Digitized by Google

δέσμους· διερμηνεύει λευκῶς, ἠρημῶσθαι τὴν γῆν λέγων αὐτῶν, ἐμπρισθῆναι δὲ καὶ τὰς πόλεις καὶ ὑπόχειρα γενέσθαι τῶν ἐχθρῶν, καὶ τοῦτο ἀλλογενῶν, ὡς μονονουχὶ καὶ ἅπασαν ἐκ βάθρων αὐτῶν ἀνατετράφθαι. Πλειστάκις μὲν οὖν συμβέβηκεν ἁλῶναι τὴν Ἰουδαίαν, ὑπό τε Ἀσσυρίων καὶ Αἰγυπτίων, Σύρων τε καὶ Μωαβιτῶν, Ἰδουμαίων τε καὶ τῶν καλουμένων Φιλιστιείμ, ἤτοι Παλαιστινῶν. Ἀλλὰ ὀλίγα παθοῦσα, καὶ συμμέτροις ἐσθ' ὅτε περιπεσοῦσα συμφοραῖς πάλιν ἀνήνεγκεν ἐπαμύνοντος Θεοῦ, καὶ αὐτοῦ μοτοῦντος τοῦ πλήξαντος. Ἀπόλωλεν δὲ ὁλοτρόπως μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, καταδηούντων αὐτὴν Οὐεσπασιανοῦ τε καὶ Τίτου. Τότε γὰρ δὴ συμβέβηκεν κατεμπρισθῆναι μὲν πόλεις, ἅπασαν δὲ τῶν ἐνοικούντων κενὴν γενέσθαι τὴν χώραν, καὶ ὑπὸ χεῖρα πεσεῖν τῶν κεκρατηκότων, παμμοχθηρὸν δὲ τὸ ἐνώπιον αὐτῶν ἦγουν ὁρώντων καὶ ἀλγυνομένων, ὑφ' ἑτέροις εἶναι τὴν γῆν κατεσθιομένην τρόπον τινὰ καὶ δαπανωμένην. Τὸ μὲν γὰρ ἀπόντας ἀκοῦσαι μόνον τάχα που φορητὴν αὐτοῖς ἂν ἐνεποίησε τὴν λύπην. Τὸ δὲ καὶ παρόντας ὁρᾷν, εἶτα μηδὲν ἐπαμύνειν δύνασθαι κατηχθῆσθαι δὲ ὥσπερ ταῖς ἐξ ἀνάγκης συμφοραῖς δύσοιστον ἔχει καὶ παμπολὺ τὸ λυποῦν. Δεῖ δὴ οὖν ἡμᾶς μὴ παροργίζειν τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ, ἵνα μὴ ὁρατοῖς τε καὶ ἀοράτοις περιπίπτωμεν ἐχθροῖς εἰς τὰ τῆς ἀτιμίας καταβιβάζουσι πάθη, καὶ πᾶν ὀχύρωμα τοῦ ἐν ἡμῖν ὄντος νοῦ καταστρέφουσιν, ὡς κατανέμεσθαι τρόπον τινὰ τὴν ἀθλίαν ψυχὴν, καὶ πάντας αὐτῆς δαπανᾷν τοὺς καρπούς, ἵνα οἷον ξηρά τε καὶ ἄτιμος ᾖ, καὶ ἀκανθοτόκος εὑρίσκηται γῆ, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν.

Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὁπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ, ὡς πόλις πολιορκουμένη.

Ἐλεεινὸν τὸ χρῆμα· πῶς γὰρ οὐ θρήνου τε καὶ οἰμωγῆς ἄξιον; ἡ γὰρ πάλαι θυγάτηρ, καὶ τῇ κλήσει τοιᾷδε τετιμημένη, καὶ οἷον ὑπὸ πατρὶ φιλοστοργοτάτῳ πράττουσα τῷ Θεῷ, ἡ φειδοῖ καὶ ἀγάπῃ τῇ παρ' αὐτοῦ μεθύουσα, καὶ ταῖς εἰς λῆξιν εὐκλείαις παρ' αὐτοῦ στεφανουμένη, καὶ κατακρατοῦσα τῶν ἀνθεστηκότων, καὶ ἀμετρήτῳ πληθυῖ τῶν ἐνοικούντων αὐτὴν περιεχομένη, ἡ παμμακαρία καὶ διαβόητος Σιὼν, ἤγουν, Ἱερουσαλὴμ, ἐγκαταλειφθήσεται φησιν. Τοῦτ' ἔστιν, ἔρημος ἔσται. Γυμνή τε ἀπομενεῖ, καὶ τῆς τοῦ σώζοντος εὐσθενείας, καὶ τῶν ἐνοικούντων αὐτήν. Ἐγκαταλειφθήσεται δὲ οὕτως, ὡσεὶ σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὁπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ καὶ ὡς πόλις πολιορκουμένη. Οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀμπελώνων τεταγμένοι φύλακες, ἐντεθηλότων αὐτοῖς τῶν βοτρύων ἔτι, πλείστην τε ὅσην ποιοῦνται τὴν ἀσφάλειαν, καὶ τοὺς ἀποχείρειν ἐθέλοντας καταπτοοῦσι λῃστάς. Καὶ τὰ τῶν θηρίων ἐλαύνουσι γένη. Ἔθος δὲ τοῦτο δρᾷν, καὶ τοῖς τῶν σικυηλάτων ἐπιτηρηταῖς ἤτοι δεσπόταις. Συγκεκομισμένων δὲ τῶν βοτρύων, καὶ πεπατημένων, καὶ τῶν ἐν σικυηλάτοις ἐξῃρημένων, τὸ τῶν φυλαττόντων ἐπιεικὲς ἀνεῖται

Rursus expergefacit ad vigilantiam, et probatores rerum esse vult, non simpliciter blandis sermonibus ad pigritiam inhiare. Oberrabant etenim Pharisæi per Judæorum domos, blandaque verba ferebant, et benedictum populum nominabant, et sortem Dei; et fortassis etiam Baruch voce illis acclamabant: « Beati sumus, Israel, quod placita Domino cognita nobis sunt[48]. » Itaque quo donaria ipsis ex lege statuta, decimas et primitias offerrent, blandiuscule loqui affectabant; aditum ad se facilem ac frequentem dabant, et comitati imprimis studebant, quæstusque et lucri gratia, populum subditum docebant legem violare. Insimulavit igitur illos Dominus noster Jesus Christus, quod mandatum Dei propter suam traditionem irritum fecerint. Seducunt igitur vos, inquit, qui vos beatos prædicant, et semitam pedum vestrorum conturbant: nec enim sinunt recto pede incedere, sed velut a recta via abducunt transversim, ac in præcipitia atque foveas abripiunt. Via autem recta et plana erat, conjunctio et consociatio cum Christo per fidem. At quia norant Judæorum duces, præceptis quæ Moses tradidit abrogatis, se compendiis et aucupiis suis emungendos, turbarunt veluti callem pedum populi, dum Christi verbum adulteraverant, et legis umbris adhærescere jusserant. Audebant enim dicere miseri: « Nos scimus quod C Mosi locutus est Deus, hunc autem nescimus unde sit; » et rursus: « Si iste homo a Deo esset, minime solvisset Sabbatum[49]. » Et quod magis impium est, volentibus Christum audire, ejusque attendere sermonibus, impie dixerunt: « Dæmonium habet et insanit, quid illum auditis[50]? » Quin alio modo spirituali homini virtutisque cultori cogitandum est, ut ratiocinationes animi ac cordis quæ ipsum beatum prædicant, summopere fugiat. Est **65** enim ad malitiam vafritiamque instructus Satanas: cum viros ob vitam quam amplectuntur, et ob conversationem spectatos ad suam voluntatem non potest traducere, alia aggreditur via quo frangat, ac dissolutiores faciat. Nam quasi qui recte egissent laudat, quasi etiam sanctos suscipit, et quasi amicos jam Dei factos, et ad culmen omnium virtutum provectos, beatos prædicat. Demum, postquam affectum superbiæ in illis insevit, suggerit ut Deum offendant, et de cætero tanquam plantulam quampiam, radicitus et ab ipsa stirpe convellit et concutit. Non enim ignorat universitatis Deum submissis dare gratiam, superbis vero resistere. Proin, ita ut dixi, cogitationes quæ in mente et corde nos ut beatos efferunt, deprecari detestarique debemus: quippe ea rectam nos viam non

[48] Baruch. IV, 4. [49] Joan. IX, 16, 29. [50] Joan. X, 20.

Digitized by Google

sinunt inire, per quam facillime quis ad id quod Deo placet pertingeret.

VERS. 13-15. *Sed nunc stabit in judicio Dominus, et in judicio sistet populum suum. Ipse Dominus in judicium veniet cum senioribus populi sui, et cum principibus ejus. Vos autem quid incendistis vineam meam? Et rapina pauperis in domibus vestris? Quid injuria afficitis populum meum, et faciem pauperum confunditis?*

Non ope destitutum iri dicit propheta oppressorum multitudinem, non omni cura vacuam ac desertam, imo summam eorum curam omnium Dominum suscepturum, confirmat. Nam, inquit, causam eorum aget contra eos qui metunt, et quasi beatos suscipiunt: et semitam pedum ipsorum turbabit, et judicio prosequetur seniores populi, et principes vel præfectos. Redemit enim e domo servitutis populum suum, et a dominatorum importunitate liberavit, universam in eos excitans creaturam. Et sane aquas in sanguinem mutavit, grandine profundisque ac triduanis tenebris, aliisque omnibus, est enim longum singula commemorare, percussit: dein per medium mare traduxit, in deserto pavit, in terram promissionis induxit, gentes magnas et pugnacissimas tanquam spinas expulit. Divinus quoque David id declaravit, omnium servatorem et redemptorem alloquens: « Vitem ex Ægypto transtulisti, ejecisti gentes, et eam plantasti, viam præstruxisti ante illam: extendit palmites suos ad mare usque, et ad fluvios propagines suas [46]. » **66** Erat enim, inquit propheta Jeremias, vitis fecunda pampinis Israel, et felix fructus ejus. Sed cum demandata esset ejus colendæ cura principibus populi, adeo injustis modis oppresserunt herilem vineam, ut jam incensa penitus esse videatur. Hanc igitur causam impinget illis, hisce verbis: Vos cur incendistis vineam meam? Nam quos æquum erat illam vitem intelligibilem, nimirum Israelem, fertiliorem reddere, hi ad vastitatem omnino reduxerunt, aridamque et inutilem hero effecerunt. Ab illis itaque succensa est, a quibus turgida botris fieri, fructibusque gravida, et ab omni detrimento immunis conservari debuit. Jam quemadmodum hanc vineam intelligibilem incendisse dicantur, videre est operæ pretium. Oportebat enim eos qui docendi muneri præerant, et qui legem ad omnia quæ Deo placent ducentem tenebant, præ cæteris ad legis præscriptum vivere, et justitiæ gloria ornari, ita ut eorum vita, singularis cujusdam perfectissimæque vitæ exemplar quoddam et imago esset populo sibi subdito. Oportebat præterea eos legis institutione ad omnem probitatem subditos adducere, delinquentes coarguere, lapsos erigere, pietatis iter monstrare, et ad præstantiora informare, et persuadere ut in finem legis, Christum, inquam, respicerent. « Finis enim legis et prophetarum Christus [47]. » De eo vero

[46] Psal. LXXIX, 9-12. [47] Rom. X, 4.

τις ἴοι καὶ μάλα ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ ἀρέσκον Θεῷ.

Ἀλλὰ νῦν καταστήσεται εἰς κρισιν Κύριος, καὶ στήσει εἰς κρίσιν τὸν λαὸν αὐτοῦ. Αὐτὸς Κύριος εἰς κρίσιν ἥξει μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ. [Ὑμεῖς δὲ τί ἐνεπυρίσατε τὸν ἀμπελῶνά μου; Καὶ ἡ ἁρπαγὴ τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν; Τί ὑμεῖς ἀδικεῖτε τὸν λαόν μου, καὶ τὰ πρόσωπα τῶν πτωχῶν καταισχύνετε;

Οὐκ ἀνεπικούρητον ἔσεσθαί φησιν ὁ προφήτης τὴν ἀδικουμένων πληθύν, οὔτε μὴν ἀπάσης φροντίδος ἐρήμην, ὑπεραθλήσειν δὲ μᾶλλον αὐτῶν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὖ μάλα διϊσχυρίζεται. Δικάσεται γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν, φησὶ, τοῖς καλαμωμένοις καὶ μακαρίζουσιν αὐτούς. Ταράξει δὲ καὶ τὴν τρίβον τῶν ποδῶν αὐτῶν. Δικάσεται δὲ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ, καὶ προσέτι τοὺς ἄρχοντας, ἤτοι τοὺς καθηγουμένους. Ἐλυτρώσατο μὲν γὰρ ἐξ οἴκου δουλείας τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἐξεῖλετο δὲ τῆς τῶν κρατούντων σκαιότητος, ὅλην αὐτοῖς ἐπαναστήσας τὴν κτίσιν. Καὶ ὑδάτων μὲν εἰς αἷμα μεταβολὰς ἐργασάμενος, χαλάζαις δὲ καταπαίων, βαθεῖ τε καὶ τριημέρῳ σκότῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι. Μακρὸν γὰρ ἕκαστα διειπεῖν. Εἶτα διαβιβάσας διὰ θαλάσσης μέσης ἔθρεψεν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Εἰσκεκόμικεν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἔθνη μεγάλα καὶ μαχιμώτατα καθάπερ ἀκάνθας ἐξελών. Καὶ τοῦτο ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ κατεδήλου λέγων πρὸς τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα καὶ λυτρωτήν· « Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας, ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας αὐτήν, ὡδοποίησας ἔμπροσθεν αὐτῆς· ἐξέτεινας τὰ κλήματα αὐτῆς ἕως θαλάσσης, καὶ ἕως ποταμῶν παραφυάδας αὐτῆς. » Γέγονε γὰρ, ὡς προφήτης φησὶν Ἱερεμίας, ἄμπελος εὐκλήματοῦσα Ἰσραὴλ, καὶ ὁ καρπὸς εὐθηνῶν αὐτῆς. Ἀλλὰ τετάχασι μὲν εἰς γεωργοὺς οἱ καθηγεῖσθαι λαχόντες· ἠδικήκασι δὲ οὕτως ἀμπελῶνα τὸν δεσποτικὸν, ὡς εἰς ἅπαν ἤδη καὶ ἐμπεπρῆσθαι δοκεῖν. Ταύτην οὖν ἄρα τὴν αἰτίαν αὐτὸς ποιήσεται λέγων· Ὑμεῖς δὲ τί ἐνεπυρίσατε τὸν ἀμπελῶνά μου; Οὓς γὰρ ἦν εἰκὸς καὶ εὐτελεστέραν ἀποφαίνειν τὴν νοητὴν ἐκείνην καὶ εὐκληματοῦσαν ἄμπελον, τοῦτ' ἔστι, τὸν Ἰσραὴλ, οὗτοι κατεκόμισαν εἰς ἐρήμωσιν παντελῆ, ξηράν τε καὶ ἄχρηστον ἀπετέλεσαν τῷ δεσπότῃ. Ἐμπεπύρισται δὲ τοίνυν παρ' ὧν εἰκὸς ἦν εὔβοτρυν ἔσεσθαι καὶ καρποῖς διαβρυθῆ, καὶ παντὸς ἐπέκεινα βλάβους. Τίνα δὲ τρόπον ἐμπυρίσαι λέγονται τὸν νοητὸν ἀμπελῶνα, πῶς οὐκ ἄξιον ἰδεῖν; Ἔδει μὲν γὰρ τὸ διδασκαλικὸν ἔχοντας ἐπιτήδευμα, καὶ νόμον εἰδότας τὸν εἰς πᾶν ὁτιοῦν ἀποφέροντα τῶν ἀρεσκόντων Θεῷ, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἐννομώτατά τε διαζῆν αὐτοὺς, καὶ τοῖς εἰς δικαιοσύνην αὐχήμασιν εὖ μάλα κατακαλλύνεσθαι, ὥστε τῆς ἐξαιρέτου ζωῆς τύπον ὥσπερ τινὰ καὶ εἰκόνα τῶν ὑπὸ χεῖρα λαῶν τὸν αὐτῶν γενέσθαι βίον. Εἶτα πρὸς τούτῳ καὶ ταῖς ἐκ νόμου παιδαγωγίαις ἀποκομίζειν ἤθελον τοὺς ὑπεζευγμένους πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν, καὶ

Digitized by Google

πλημμελοῦντας ἐλέγχειν, καὶ παίοντας ἐπανορθοῦν, καὶ τῆς εὐσεβείας καταδεικνύειν τὴν ὁδὸν, καὶ πρὸς τὰ ἀμείνω παιδαγωγεῖν, καὶ πρὸς τὸ τοῦ νόμου τέλος ἀναπείθειν ὁρᾷν, φημὶ δὴ Χριστόν· « Τέλος γὰρ νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός. » Καὶ περὶ αὐτοῦ λελάληκεν ὁ Μωσῆς διὰ σκιᾶς καὶ τύπων, προαναφωνῶν τοῖς πάλαι τὸ σεπτὸν καὶ μέγα μυστήριον. Ἀλλὰ τούτων ἁπάντων ἠφειδηκότες, αὐτοί τε ἦσαν πονηροὶ τοὺς τρόπους, ἀχάλινοι πρὸς πλεονεξίαν, ἀκρατεῖς εἰς φιλοκερδίας, ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦντες λόγου τὸ κρίνειν ὀρθῶς· καὶ οἷς ἦν ἄμεινον ἐπερυθριᾷν, ἐπ' αὐτοῖς δὴ τούτοις ἐπαυχεῖν εἰωθότες. Ἐμπεπύρισται τοίνυν ὁ ἀμπελὼν, οὔτε τῷ βίῳ τῶν καθηγεῖσθαι λαχόντων ὠφελούμενος, οὔτε μὴν ταῖς νομικαῖς εἰσηγήσεσι παιδαγωγούμενος εἰς ὀρθὴν καὶ ἀνεπίληπτον ζωὴν, ἤγουν εἰς ἐπίγνωσιν Χριστοῦ, καὶ τοῦτο ἐπιλάμψαντός τε ἤδη τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ λέγοντος ἐναργῶς· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. » Ἀκουέτωσαν τοίνυν· Ὑμεῖς δὲ τί ἐνεπυρίσατε τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ ἡ ἁρπαγὴ τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν; Τί ὑμεῖς ἀδικεῖτε τὸν λαόν μου, καὶ τὰ πρόσωπα τῶν πτωχῶν κατισχύνετε; Συνήρπαζον γὰρ τοὺς πτωχοὺς εἰς σύνεσιν ἐπὶ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, καὶ κατισχύνεσθαι παρεσκεύαζον τὰ πρόσωπα αὐτῶν. Ὅνπερ γὰρ τρόπον οἱ τῆς δικαιοσύνης ἐπιμεληταὶ μονονουχὶ λαμπρῷ προσώπῳ, καὶ πολλῆς γέμοντι παῤῥησίας ἐν ὀφθαλμοῖς ἑστήκασι τοῦ Θεοῦ, οὕτω φαμὲν τοὺς τῆς φαυλότητος ἐραστὰς στυγνόν τε καὶ ἀμειδές, αἰσχύνης τε καὶ ἐντροπῆς ἀνάμεστον τὸ τῆς καρδίας πρόσωπον ἔχειν. Ἀλλ' ὥσπερ ὀνίνησιν ὁ παιδαγωγῶν εἰς σύνεσιν, καὶ τῶν καλλίστων εἰσηγητὴς, οὕτως ἀδικεῖ παστισοῦν οἶμαι τῶν τεταγμένων εἰς διδασκάλους, εἰ μὴ τῶν ἀμεινόνων ἐραστὴν ἀποτελοίη τὸν παιδευόμενον. Καταισχύνει γὰρ ὥσπερ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ πτωχὸν ὄντα πρὸς τὰ αἰσχίω. Ἦσαν δὲ καὶ ἑτέρως ἄδικοί τε καὶ ἅρπαγες οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, καὶ κατ-

A Moses locutus est in umbris ac figuris, priscis hominibus venerandum et magnum præsignificans mysterium; contemptis cæterum omnibus his, ipsi erant moribus improbi, habendi cupiditate effrenes, impotentes ad avaritiam, parvi ducentes recte judicare: et de quibus satius fuisset erubescere, in his ipsis soliti sunt superbire. Incensa est igitur vinea, quam nec vita eorum qui docendi vices gesserunt, adjuvit, nec legis rudimenta ac introductiones informarunt ad rectam et inculpatam vitam, vel ad agnitionem Christi, Christi, inquam, qui jam in terra resplenduit, et luculenter dicit: « Ego sum lux mundi, ego sum via, et ego sum veritas[46]. » Ergo audiant: Quid incendistis vineam meam, et direptio pauperis in domo vestra? Quid vos B injuria afficitis populum meum, et facies pauperum pudefacitis? Attraxerunt enim pauperes ad **67** cognitionem prout ipsis visum fuit, atque vultus eorum conati sunt pudefacere. Quemadmodum enim justitiæ cultores, tantum non nitido vultu multaque pleno fiducia in oculis Dei steterant: ita dicimus vitiis addictos tetricam ac tristem ruboreque ac pudore opertam, cordis faciem gestare. Sed ut is qui ad cognitionem pædagogus est, rerumque pulcherrimarum præmonstrator, juvat: sic omnes, credo, qui doctores ordinati sunt, incommodum afferent, nisi rerum meliorum amantem efficiant eum qui instituitur. Rubore namque faciem ejus suffundunt, et qui scientia pauper est ac tenuis, eum detrudunt prope, et rapiunt ad turpiora. Erant item alio quoque modo injusti ac rapaces Judæorum duces, cum C dedecore perfunderent pauperum facies, et locupletibus adhærescerent, etiam lege dicente: Judicium justum judicate; et passim præcipiente: Non accipies personam in judicio.

σύνεσιν, μονονουχὶ καὶ καταβιάζεται, καὶ συναρπάζει πρὸς τὰ αἰσχίω. Ἦσαν δὲ καὶ ἑτέρως ἄδικοί τε καὶ ἅρπαγες οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, καὶ κατ-

αισχύνοντες μὲν τὰ τῶν πτωχῶν πρόσωπα, προσκείμενοι δὲ πλουσίοις, καίτοι τοῦ νόμου λέγοντος· Κρίμα δίκαιον κρίνατε, καὶ παρεγγυῶντος πανταχῇ τὸ, Οὐ μὴ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει.

Τάδε λέγει Κύριος· Ἀνθ' ὧν ὑψώθησαν αἱ θυγατέρες Σιὼν, καὶ ἐπορεύθησαν ὑψηλῷ τραχήλῳ, καὶ νεύμασιν ὀφθαλμῶν, καὶ τῇ πορείᾳ τῶν ποδῶν, ἅμα σύρουσαι τοὺς χιτῶνας, καὶ τοῖς ποσὶν ἅμα παίζουσαι, καὶ ταπεινώσει ὁ Θεὸς ἀρχούσας θυγατέρας Σιὼν, καὶ Κύριος ἀποκαλύψει τὸ σχῆμα αὐτῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.

VERS. 16, 17. *Hæc dicit Dominus: Pro eo quod elatæ sunt filiæ Sion, et ambulaverunt elato collo et nutibus oculorum, et ingressu pedum simul trahunt tunicas, simulque pedibus lusitant, et deprimet Deus principes filias Sion, et Dominus deteget habitum earum die illo.*

Προαπέφηνεν ἡμῖν ὁ λόγος, ὅτι τοῖς Ἰουδαίων καθηγηταῖς ἐν σπουδῇ τέθειτο τῇ προὐργιαιτάτῃ τὸ χρῆναι πλουτεῖν, καὶ δόξαν ἔχειν τὴν ἔν γε τούτῳ διαφανῆ. Πλήρεις δὲ ἦσαν ἀδικιῶν καὶ πλεονεξίας ὡς αὐτοὺς μὲν λαμπράς τε ἐν ἄστει, καὶ μὴν καὶ τὰς ἐν ἀγροῖς ποιεῖσθαι προόδους, ἵπποις τε ἐποχουμένους, καὶ ταῖς ἔξωθεν φαντασίαις τῶν δορυφορεῖν εἰωθότων οὐ μετρίως ἐπευρυνομένους. Κατῃτιᾶτο γὰρ αὐτοὺς ἐν τοῖς ἀνωτέρω λέγων· Καὶ ἐνεπλήσθη ἡ γῆ ἵππων, καὶ οὐκ ἦν ἀριθμὸς τῶν ἁρμάτων αὐτῶν· καὶ ἐνεπλήσθη ἡ γῆ ἀργυρίου καὶ χρυσίου, καὶ οὐκ

Declaravit ante nobis sermo Judæorum præfectos hoc curæ studioque habuisse potissimum ut ditescerent, et ex eo gloriam illustrem consequerentur, plenosque fuisse injustitia et avaritia: quo ipsi splendidos tum in urbe, tum in agris proventus percipere rent, equis invecti, externorum fulgore ac specie stipatorum non mediocriter turgidi. Accusavit quippe illos in præcedentibus, dicens: Et repleta est terra equis, nec erat numerus curruum ipsorum: et impleta est terra auro ac argento, nec erat numerus thesaurorum. Accidit etiam eorum uxores di-

[46] Joan. VIII, 12; XIV, 6.

Digitized by Google

vitiis luxuriantes, auri et lapidum splendore insolescere, ac toga, stolaque variegata, cultusque magnificentia multum exsultare. Est enim genus muliebre rebus prosperis et florentibus quodammodo gloriosum et ostentabundum, imprimisque splendide vestiri cupit, auro ornari, elatum supercilium tollere, corporis formositate gloriari. Sæpe etiam ob hoc ipsum, cohabitantium **68** animus intumescit, ac quidam sibi laudi ducunt uxorum mollitiem. Hoc fortassis morbo affecti fuerunt Judæorum proceres, dum pietatem quæ in Deum est haberent despicatui. Quo enim semper opes subministrarentur, populo ex præscripto offerente, fidem Christianam amplexi non sunt, nec persuadere aliis voluerunt, regnum Dei occludentes, quemadmodum scriptum est, nec ipsi intrantes, nec admittentes eos qui volunt ingredi. Hinc Romano exercitui in vastationem ac in direptionem traditi sunt, et cum mulieribus simul et charissimis, ædibus ac opibus perierunt : aliorumque sunt, quæ summo opere ac studio coacervarant, ipsique miserandi sunt, et errones, et in ultima miseria palam versantur. Invehitur ergo hæc oratio in eorum feminas sive filias, primarias scilicet et maxime insignes, quæ etiam erant præpotentium, ac inquit : « Propterea quod elatæ fuerunt filiæ Sion, altaque cervice incedunt, et nutibus oculorum, » et quæ sunt deinceps. Elatæ autem sunt, non de virtute, sed propter carnalem maximeque terrenam prudentiam. Altum enim sibi sapere, deque se magnifice sentire videbantur, propter opulentam gloriam, externamque pulchritudinem, quam ex lapidibus, et auro, et veste varia conciliarunt. In his autem describit nobis sermo propheticus ingenium et habitum mulieris voluptuariæ, levis, ornatuque splendido decoratæ : puta ut ex una omnium inter ipsas feminarum demonstraret superbiam. Incedebant enim, inquit, extento collo, et nutibus oculorum; cum feminæ ornatissimæ, vitamque cum gravitate et probitate colenti, verecundia sit gratissima, minimeque deceat virorum oculis conspici. Hæ autem in tantam stoliditatem atque impudentiam impegerunt, ut in processibus ac incessibus suis sese venditarent, cervicem erigerent et extenderent, intuentibus annuerent, interdum etiam arriderent, et risu propemodum se intuentibus congressum promitterent. Est enim meretricius animus instabilis semper et fluctuat, multumque otio diffluit, unde major exsistit ad voluptates propensio. Objicit autem et illis crimen desidiæ, et scortari dicit : simul trahunt tunicas et lusitant pedibus. Nimirum verisimile est et hoc ab illis ad elegantiam complendam fieri : estque meretricium hoc institutum, et abominationis extremæ argumentum. **69** Nam ubi pedum strepitus cum carminibus numerosis consentit, ibi videlicet omnino et manuum ipsarum plausus resonat, et omne genus fœditatis, et invitantur spectatores ad turpitudinem. Sub id vero tempus deprimet, inquit, Deus principes filias

A ἦν ἀριθμὸς τῶν θησαυρῶν αὐτῶν. Εἶτα συνέβαινε τὰς τῶν ἐν πλούτῳ γυναῖκας, ἅτε δὲ τρυφώσας ἐναβρύνεσθαι ζητεῖν, καὶ τοῖς ἐκ χρυσίου καὶ λίθων ὡραϊσμοῖς, ἐπιγάννυσθαι δὲ λίαν καὶ στολῇ ποικίλῃ, καὶ ἐσθημάτων πολυτελείαις. Ἀεὶ γάρ πως τὸ θῆλυ γένος ἐν ταῖς ἄγαν εὐημερίαις φιλόδοξόν τέ ἐστι καὶ φιλεπιδεικτικόν. Ἥδιστα δὲ λίαν εὐϊματεῖς, καὶ μέντοι καὶ χρυσαΐζεται, καὶ ὑψηλὴν ἀνασπῶν τὴν ὀφρὺν, ἐπαυχεῖ τῇ τοῦ σώματος ὥρᾳ. Καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ πλειστάκις τὸ τῶν συνοικούντων αὐταῖς ἐξογκοῦται φρόνημα· καὶ δόξαν ἰδίαν ποιοῦνταί τινες τὴν τῶν γυναικῶν ἐξιτηλίαν. Τοῦτο τάχα πεπόνθασιν οἱ τῶν Ἰουδαίων λαμπροὶ, τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἠφειδηκότες. Ἵνα γὰρ ἔχοιεν ἀεὶ μενούσας αὐτοῖς τὰς τοῦ πλουτεῖν χορηγίας, προσκομιζόντων τῶν B λαῶν τὰ κατὰ τὸν νόμον οὐ προσίεντο τὴν πίστιν τὴν εἰς Χριστὸν, οὔτε μὴν ἑτέρους πιστεύειν ἤθελον, κλείοντες τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καθὰ γέγραπται, καὶ μήτε εἰσερχόμενοι, μήτε τοῖς ἐθέλουσιν ἐφιέντες εἰσελθεῖν. Ταύτῃ τοι καὶ δέδονται ταῖς Ῥωμαίων στρατιαῖς εἰς ἐρήμωσιν, εἰς διαρπαγὴν, καὶ ἀπολώλασιν, γυναίοις τε ὁμοῦ, καὶ τοῖς φιλτάτοις, οἴκοις τε καὶ πλούτῳ. Γεγόνασι γὰρ ἑτέρων τὰ ὡς ἐν πλείστῃ σπουδῇ συναγηγερμένα· οἱκτροὶ δὲ αὐτοὶ καὶ ἀλῆται, καὶ πρὸς ἐσχάτην ὁρῶνται ταλαιπωρίαν. Κατατρέχει ταίνυν ὁ λόγος τῶν παρ' αὐτοῖς γυναικῶν, ἤγουν τῶν θυγατέρων οἷον τῶν ἀρχουσῶν μάλιστα, καὶ περιφανεστέρων, αἳ καὶ ἦσαν τῶν ἰσχυόντων, καί φησιν· « Ἀνθ' ὧν ὑψώθησαν αἱ θυγατέρες Σιὼν, καὶ ἐπορεύθησαν ὑψηλῷ C τραχήλῳ, καὶ νεύμασιν ὀφθαλμῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ὑψώθησαν δὲ οὐ κατὰ ἀρετὴν, ἀλλ' ὡς ἐν φρονήματι σαρκικῷ καὶ γεωδεστάτῳ. Μέγα γὰρ αὐτοῖς, ὡς ἔφην, φρονεῖν ἐδόκει, ἐπὶ πλούτῳ, καὶ δόξῃ, καὶ ὡραϊσμοῖς τοῖς ἔξωθεν, οὓς ἐκ λίθων καὶ χρυσίου, καὶ στολῆς ποικίλης συλλέγουσι. Γράφει δὲ ἡμῖν ὁ προφητικὸς ἐν τούτοις λόγος φρόνημά τε καὶ σχῆμα φιληδόνου τε καὶ ἀσέμνου γυναικὸς, καὶ κόσμῳ διαφανεῖ κατηγλαϊσμένης, οἷον ἐκ μιᾶς, ἁπάσης τῆς παρ' αὐτοῖς γυναικὸς καταδεικνὺς τὴν ἀγερωχίαν. Ἐπορεύθησαν γὰρ, φησὶν, ὑψηλῷ τραχήλῳ, καὶ νεύμασιν ὀφθαλμῶν· καίτοι γυναικὶ τῇ κοσμιωτάτῃ, καὶ τὸν ἐν σεμνότητι καὶ ἐπιεικείᾳ τιμώσῃ βίον, αἰδώς τέ ἐστιν ὅτι μάλιστα φίλη, καὶ πρέποι ἂν τὸ D μηδὲ ὁρᾶσθαι τοῖς ἀῤῥένων ὀφθαλμοῖς· αἱ δὲ πρὸς τοῦτο ἐξώκειλαν βλαβίας τε ὁμοῦ καὶ ἀναισχυντίας, ὡς ἐπιδεικτιᾷν ἐν προόδοις, καὶ αἴρειν μὲν ὑψοῦ τὸν αὐχένα, διανεύειν δὲ τοῖς ὁρῶσιν αὐτὰς, προσρειπάσας ἔσθ' ὅτε, καὶ μονονουχὶ τῷ γέλωτι καθυπισχνουμένας ἤδη τοῖς ὁρῶσι τὴν σύνοδον. Ὑδαρεῖ γὰρ ἀεὶ τὸ πορνικὸν φρόνημά ἐστι, καὶ πολὺ χαλᾶται πρὸς ἑτοιμότητα τὴν εἰς ἡδονὰς, ἐπιτείνει δὲ αὐταῖς τὰ τῆς ῥᾳθυμίας ἐγκλήματα, καὶ πεπορνεῦσθαί φησιν, ἅμα συρούσας τοὺς χιτῶνας, καὶ παιζούσας τοῖς ποσίν. Εἰκὸς δὲ ἦν οἴεσθαι, καὶ τοῦτο εἰς κόσμον συντελεῖν αὐταῖς· πορνικὸν δὲ τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ βδελυρίας ἀπόδειξις τῆς ἐσχάτης. Ὅπου γὰρ ὁ τῶν ποδῶν κτύπος εὐρύθμοις ᾄσμασι συνηχεῖ, ἐκεῖ που πάντως καὶ αὐτὸς ὁ διὰ χειρῶν ἀνακτυπεῖ

Digitized by Google

κρότος, καὶ πᾶν εἶδος αἰσχρῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ πρόκλησις τοῖς ὁρῶσιν εἰς ἀκαθαρσίαν. Κατ' ἐκεῖνο δὴ οὖν τοῦ καιροῦ ταπεινώσει, φησὶν, ὁ Θεὸς ἀρχούσας θυγατέρας Σιών, καὶ ἀποκαλύψει τὸ σχῆμα αὐτῶν, τοῦτ' ἔστιν, ἢ περιελεῖ τὸν κόσμον, ἢ τὴν αἰσχύνην κατεμφήσει φανεράν. Ἔσται δὲ τοῦτο, ὅταν ἔρημαι καὶ γυμναὶ κόσμου παντὸς καὶ περιβολῆς ἀποδεδειγμέναι ταῖς τῶν πολεμίων ἐναλοῖεν χερσὶν, δοῦλαι καὶ αἰχμάλωτοι, καὶ ἀπάσης ἔμπλεοι ταλαιπωρίας.

Sion, et formam ipsarum deteget, id est, vel circumcidet et auferet ornatum, vel ignominiam reddet manifestam. Erit autem istud, quando prostituentur desertæ ac nudæ omni elegantia et apparatu, hostiumque manibus capientur servæ ac captivæ, et calamitosissimæ.

Καὶ ἀφελεῖ Κύριος τὴν δόξαν τοῦ ἱματισμοῦ αὐτῶν, καὶ τοῦ κόσμου αὐτῶν· καὶ τοὺς κοσύμβους αὐτῶν, καὶ τὰ ἐμπλόκια, καὶ τοὺς μηνίσκους, καὶ τὸ κάθεμα, καὶ τὸν κόσμον τοῦ προσώπου αὐτῶν, καὶ τὴν σύνθεσιν τῆς δόξης τοῦ κόσμου αὐτῶν, καὶ τοὺς χλιδῶνας, καὶ τὰ ψέλλια, καὶ τὸ ἐμπλόκιον, καὶ τὰ περιδέξια, καὶ τοὺς δακτυλίους, καὶ τὰ ἐνώτια, καὶ τὰ περιπόρφυρα, καὶ τὰ μεσοπόρφυρα, καὶ τὰ ἐπιβλήματα, καὶ τὰ μετὰ τὴν οἰκίαν, καὶ τὰ διαφανῆ βλακωνικὰ, καὶ τὰ βύσσινα, καὶ τὰ ὑακίνθινα, καὶ τὰ κόκκινα, καὶ τὴν βύσσον, σὺν χρυσίῳ, καὶ ὑακίνθῳ συγκαθυφασμένα, καὶ θέριστρα κατάκλιτα.

Vers. 18-23. *Et auferet Dominus gloriam vestitus earum et ornatus earum, et cincinnos earum, et reticulos, et lunulas, et monile, et ornatum faciei ipsarum, et compositionem gloriosi ornatus ipsarum, et brachialia, et armillas, et reticulum, et dextralia, et annulos, et inaures, et prætextas purpureas, et purpuras clavatas, et domesticam supellectilem, et pellucida laconica, et byssina, et hyacinthina, et punicea, et byssum, cum auro et hyacintho contexta, et lectos accubitorios.*

Ἀποκαλυφθήσεσθαι λέγων ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τὸ σχῆμα αὐτῶν δίεισιν ἀκριβῶς, καὶ τίνα δὴ τρόπον τὸ σχῆμα αὐταῖς συμβήσεται. Ὅτι γὰρ ἐν ἐνδείᾳ καὶ ἀποβολῇ πάντων ἔσονται τῶν ἐξιτήλως ἐξηυρημένων, καὶ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης εὐημερίας καὶ τρυφῆς προσαναπείθει προστιθείς, ὅτι παντὸς ἔσονται κόσμου γυμναὶ, τοὺς κοσύμβους ἀποβαλοῦσαι, μηνίσκους τε καὶ τὸ κάθεμα, καὶ τὰ τούτοις συνημμένα. Δι' ὧν ἔστιν ἰδεῖν ἀκορέστως ἐχούσας εἰς ὡραϊσμοὺς, καὶ εἰς φρόνημα τὸ φιλόκοσμον, μᾶλλον ἤδη τὸ φιλόπορνον. Γυναιξὶ μὲν γὰρ ταῖς ἀγαθαῖς τὴν φρένα, καὶ κοσμιότητος φίλαις· ἐχθρά που πάντως ἐστὶ τὰ τοιάδε τῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ τὰ δι' ὧν ἂν εἶεν ἐν ἀσέμνῳ σχήματι φευκτὰ καὶ μεμισημένα, τέθεινται δὲ μᾶλλον, τὸ δεῖν ἐπαινεῖσθαι διὰ πράξεων ἀγαθῶν. Ταῖς γε μὴν ἑταίραις αἷς ἂν ὁρῷτο φίλον τὸ ἑταιρίζεσθαι καὶ πασχητιᾷν πρὸς πᾶν τοὐναντίον μετακεχώρηκεν ὁ νοῦς, καὶ τὰ τῆς προθυμίας αὐταῖς ἐξ ἀντιστρόφου φέρεται. Ἐν σπουδῇ δὲ πάσῃ τὸ ὡραΐζεσθαι, καὶ πανταχόθεν συλλέγειν τὰ εἰς τοῦτο χρήσιμα. Καὶ πρέποι ἂν ἑκάστῃ τῶν τοιούτων ἀκούειν· Ἀνεπτερωμένη δέ ἐστι καὶ ἄσωτος. Μέμνηται δὲ τῆς οὕτως ἀσέμνου καὶ σεσοβημένης καὶ ὁ Σολομὼν λέγων· « Τὴν γυναῖκα ἥτις ἐστὶ θήρευμα καὶ σαγῆναι καρδία αὐτῆς, δεσμὸς εἰς χεῖρας αὐτῆς· ἀγαθὸς πρὸ προσώπου Θεοῦ ἐξαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς, καὶ ἁμαρτάνων συλληφθήσεται ἐν αὐτῇ. » Καὶ ταυτὶ μὲν ἡμῖν εἰς γε τὸ παρὸν εἰρήσεται περὶ γυναικῶν ἀσέμνων καὶ πονηρῶν. Ἰστέον δὲ ὅτι διὰ φωνῆς Ἰεζεχιὴλ, πρὸς τὴν Ἰουδαίων Συναγωγὴν διαλέγεται Θεὸς, ὡς πρὸς μίαν γυναῖκα· ἣν καὶ κόσμῳ ποικίλῳ καταχαλλῦναί φησιν. Ἔχει δὲ οὕτω περὶ αὐτῆς γεγραμμένα· « Καὶ διεπέτασα τὰς πτέρυγάς μου ἐπὶ σὲ, καὶ ἐκάλυψα τὴν ἀσχημοσύνην σου, καὶ ὤμοσά σοι. Καὶ εἰσῆλθον ἐν διαθήκῃ μετὰ σοῦ, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος, καὶ ἐγένου μοι, καὶ ἔλουσά σε ἐν ὕδατι, καὶ ἀπ-

Cum dixisset detegendam die illa formam earum, adamussim enumeratur quemadmodum hoc illis eventurum est. Etenim futuram esse inopiam et abjectionem omnium exquisite inventorum, et pristinæ illius felicitatis, et deliciarum, persuadet, cum subnectit, omni ornatu nudas fore, abjectis tunicis fimbriatis, et monilibus, et torque, et quæ sequuntur. Unde videre est quam insatiabiliter elegantiæ et ornandi se, imo magis jam scortandi studio ardeant. Probæ et honestæ mulieres harum rerum studia aversantur, eaque ex quibus habitus illiberalis nascitur, illudque potius propositum habent, ex bonis factis laudem consequi. At quibus scortari placet, et obscene prurire, harum mentes in id transferuntur quod plane est contrarium et longe diversum : et ut elegantes sint omni studio adnituntur, et quæ ad id accommodata sunt, undecunque conquirunt. Hæ omnes audire debent : Alata est et intemperans. Meminit etiam 70 inhonestæ et insolentis Salomon dicens : « Mulierem, quæ laqueus venatorum est, et sagenæ cor ejus, in manibus ejus vincula. Bonus coram facie Dei liberabitur ab ea, et peccans capietur in ea[49]. » Et hæc quidem hactenus dicta nobis sint de mulieribus illaudatis et improbis. Sciendum autem Deum per vocem Ezechielis ad Judæorum Synagogam tanquam ad unam feminam verba facere, quam etiam dicit ornatu vario exornatam. Sic vero se habent quæ de illa scripta sunt : « Et expandi alas meas super te, et operui turpitudinem tuam, et juravi tibi, et inii fœdus tecum, dicit Adonai Dominus, et facta es mihi. Lavi te aqua, ablui sanguinem a te, unxi te oleo, indui te acu pictis, calceavi te hyacintho, cinxi te serico, amicivi te bombycino subtilissimo, ornavi te ornatu, apposui armillas ad manus tuas, et torquem ad collum tuum, et dedi inaurem super

[49] Eccle. VII, 27.

Digitized by Google

nares tuas, et globulos ad aures tuas, et coronam gloriationis in caput tuum. Exornavi te auro et argento : et amictus tui byssini, et serica tenuissima et acu picta [80]. » Proinde vario ornatu Deus perpolit animam quæ cum ipso domestica quasi conjunctione copulata est, et rerum præclarissimarum ornamentis coronat multifariam. Qui suam ipsorum vitam inculpate instituunt, et sancte ac integre versantur, horum intelligibilis pulchritudo major fit et cumulatior, et inconcussa persistit. Qui autem facile et procliviter ad ea quæ indecora sunt prolabuntur, et leviter ad flagitiosa facinora declinant, his accidet ut omnibus omnino bonis exuantur, et his etiam quæ data sunt olim, carebunt. Nam in malos et impuros amatores incident, in principes sæculi hujus, in rectores tenebrarum, in spiritualia nequitiæ, qui animas virtute exultas maxime captant et venantur. Ludus enim est illis et deliciæ pessumdare eas, non minus profecto quam aucupes rem dignam et egregiam putant, passeres eximios capere. Scriptumque est etiam de Satana : Escæ ejus selectiores. Quare consentaneum est ut nos vigilemus, et masculo ac virili animo simus, Dei beneficio et ope, ac memores simus beati Pauli dicentis : « Quare qui stare 71 videtur, videat ne cadat [81]. » Ad hæc accedentes ad Deum, qui omnia potest, in precibus dicendum : « Domine, in voluntate tua præsta decori meo virtutem [82]. »

A ἔπλυνα τὸ αἷμα ἀπὸ σοῦ, καὶ ἔχρισά σε ἐν ἐλαίῳ· καὶ ἐνέδυσά σε ποικίλα, καὶ ὑπέδυσά σε ὑάκινθον, καὶ ἔζωσά σε βύσσῳ· καὶ περιέβαλόν σε τριχάπτῳ· καὶ ἐκόσμησά σε κόσμῳ, καὶ περιέθηκα ψέλλια περὶ τὰς χεῖράς σου, καὶ κάθεμα περὶ τὸν τράχηλόν σου. Καὶ ἔδωκα ἐνώτιον περὶ τὸν μυκτῆρά σου, καὶ τροχίσκους περὶ τὰ ὦτά σου· καὶ στέφανον καυχήσεως περὶ τὴν κεφαλήν σου. Καὶ ἐκόσμησά σε κόσμῳ χρυσῷ καὶ ἀργυρῷ· καὶ τὰ περιβόλαιά σου βύσσινα, καὶ τρίχαπτα, καὶ ποικίλα. » Οὐκοῦν ποικίλῳ μὲν κόσμῳ καταφαιδρύνει Θεὸς τὴν προσεικειουμένην αὐτῷ ψυχήν, καὶ τοῖς ἐξ ἀρετῶν αὐχήμασιν πολυτρόπως στεφανοῖ. Ἀλλὰ τοῖς μὲν διασώζουσι τὴν ἑαυτῶν πολιτείαν ἀμώμητον, καὶ διατελοῦσιν ἐν ἁγιασμῷ, τὰ τῆς εὐκοσμίας τῆς νοητῆς ἐν ἐπιδόσεσιν ἔσται B μείζοσι, καὶ ἀκράδαντα διαμενεῖ. Τοῖς γε μὴν διαπίπτουσιν ἐφ' ἃ μὴ προσῆκεν ἑτοίμως, καὶ ἀπονεύουσιν ἐλαφρῶς εἰς τὰ τῆς φαυλότητος ἔργα, συμβήσεται πάντως ἐν ἀποβολῇ γενέσθαι παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ τῶν πάλαι δεδωρημένων νοσῆσαι τὴν ἐρημίαν. Περιπεσεῖται γὰρ πονηροῖς τε καὶ ἀκαθάρτοις ἐρασταῖς, τοῖς ἄρχουσι τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τοῖς κοσμοκράτορσι τοῦ σκότους τούτου, τοῖς πνευματικοῖς τῆς πονηρίας, οἳ δὴ μάλιστα τὰς ἐναρέτους θηρῶσι ψυχάς. Τρυφὴ γὰρ αὐτοῖς τὸ καταστρέφειν αὐτάς. Καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῖς τῶν πτηνῶν θηρευταῖς, ἀξιόληπτον εἶναί τι τὸ χρῆμα δοκεῖ τὰ τῶν στρουθίων περικαλλέστερα. Γέγραπται δέ που καὶ περὶ τοῦ Σατανᾶ, ὅτι τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτά. Οὐκοῦν ἀκόλουθον ἡμᾶς ἐγρηγορέναι τε καὶ ἀνδρίζεσθαι μετὰ Θεοῦ, καὶ διαμεμνῆσθαι λέγοντος τοῦ μακαρίου Παύλου, ὥστε· « Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ. » Δεῖ δὲ δὴ πρὸς τούτῳ Θεῷ τῷ πάντα ἰσχύοντι προσιόντας λέγειν ἐν προσευχαῖς· « Κύριε, ἐν τῷ θελήματί σου παρέσχου τῷ κάλλει δύναμιν. »

Vers. 24-26. *Et erit pro suavi odore pulvis, et pro cingulo cingeris funiculo, et pro ornamento capitis aureo, calvitium habebis propter opera tua : et pro tunica clavatæ purpuræ accincta eris sacco. Et filius tuus pulcherrimus, quem tu amas, gladio concidet. Et præpotentes vestri gladio cadent, et humiles reddentur. Plorabunt capsæ mundi vestri, et derelinqueris sola, et ad terram allideris.*

C *Καὶ ἔσται ἀντὶ ὀσμῆς ἡδείας κονιορτός· καὶ ἀντὶ ζώνης, σχοινίῳ ζώσῃ, καὶ ἀντὶ τοῦ κόσμου τῆς κεφαλῆς τοῦ χρυσίου φαλάκρωμα ἕξεις διὰ τὰ ἔργα σου· καὶ ἀντὶ τοῦ χιτῶνος τοῦ μεσοπορφύρου, περιζώσῃ σάκκον. Καὶ ὁ υἱός σου ὁ κάλλιστος, ὃν σὺ ἀγαπᾷς, μαχαίρᾳ πεσεῖται. Καὶ οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν μαχαίρᾳ πεσοῦνται, καὶ ταπεινωθήσονται, καὶ πενθήσουσιν αἱ θῆκαι τοῦ κόσμου ὑμῶν, καὶ καταλειφθήσῃ μόνη, καὶ εἰς τὴν γῆν ἐδαφισθήσῃ.*

Non abs re hic, ut videri potest nonnullis, subtiliter omnia ad vivum tractat sermo propheticus; sed dum singula in hisce delicatulis et voluptate diffluentibus feminis exacte persequitur, tum ornatus species, tum ipsas pristinas delicias ac luxum. Tum quoniam ipsas continget his omnino destitui, D morderi eas et cruciari vult rerum adeo jucundissimarum ademptione, mœroribus prope conficiens, et quasi jam afflictas in memoriam prosperitatis eleganter revocat, ut futurorum exspectatione et terroribus inde provenientibus, imo intolerandis calamitatibus percellat vehementer, quo eas traducat ad honestatem, persuadeatque ad Dei placita recurrere. Continget igitur, non solum, inquit, ornatu privari eas quæ sic luxuriarunt, sed erit

Οὐ μάτην ἐν τούτοις οἶοιτό τις ἰσχνολογεῖ λίαν ὁ προφητικὸς ἡμῖν λόγος, ἕκαστα δὲ τὰ ταῖς τρυφώσαις καθ' ἡδονὴν δίεισιν ἀκριβῶς τά τε εἴδη τοῦ κόσμου, καὶ αὐτὰς τὰς πάλαι τρυφάς. Εἶτα ὅτι συμβήσεται πάντη τε καὶ πάντως παθεῖν αὐτὰς τὴν τῶν οὕτως ἡδίστων ἀποβολήν, διακεῖσθαι βούλεται μονονουχὶ συντήκων εἰς λύπας, καὶ εἰς ἀνάμνησιν τῆς εὐημερίας ὡς ἤδη παθούσας ἀνακομίζων ἀστείως, ἵνα τῇ τῶν ἐσομένων προσδοκίᾳ, καὶ τοῖς ἐντεῦθεν δείμασι, μᾶλλον δὲ καὶ ἀφορήτοις συμφοραῖς καταπτοήσας γοργῶς μεταστήσῃ πρὸς εὐκοσμίαν, καὶ εἰς τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἀναπείσῃ παλινδρομεῖν. Συμβήσεται τοίνυν, φησίν, οὐκ ἐν μόνῃ στερήσει τοῦ κόσμου γενέσθαι τὰς οὕτω τρυφώσας, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἔσται ἀντὶ ὀσμῆς ἡδείας, κονιορτὸς, τοῦτ' ἔστιν, ἀντὶ τῶν οἷ-

[80] Ezech. xvi, 8-13. [81] I Cor. x, 12. [82] Psal. xxix, 8.

Digitized by Google

κων τῶν τεθυμιαμένων, ὁδοιπορίαι μακραὶ καὶ κονιορτώδεις, ἀποφερομένων αὐτῶν εἰς αἰχμαλωσίαν τρυφεροῖς ἔτι ποσί. Καὶ οὐχὶ δὴ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἔσονται καὶ ἐν σχήματι, καὶ ἐν εἴδει τῷ λίαν ἀτιμωτάτῳ, ὡς ἀντὶ ζώνης χρυσῆς σχοινίῳ περιδεδέσθαι μόνῳ, καὶ ἐν γυμνότητι κεφαλῆς ἤγουν φαλακρώματι, καίτοι πάλαι χρυσοῖς κοσύμβοις ἀνεσφιγμένης. Ἄμφιον δὲ δίδωσιν αὐταῖς, ὃ ταῖς αἰχμαλώταις πρέπον, παχύ τε καὶ εὐτελές, ὃ καὶ ὀνομάζει σάκκον, καὶ τοῦτο αὐταῖς ἀντὶ τοῦ μεσοπορφύρου χιτῶνος καὶ τρυφερῶν ἐσθημάτων. Προσεπάγει δὲ τούτοις, ὅτι Καὶ ὁ υἱός σου ὁ κάλλιστος, ὃν ἀγαπᾷς, μαχαίρᾳ πεσεῖται. Ἔθος γὰρ τοῖς ἑλοῦσι πόλιν ἢ χώραν, ἐξ αὐτῆς ἁρπάζειν θήλεις καὶ κόλπων μητρὸς, τὰ μικρά τε καὶ ὑποτίτθια βρέφη φονεύειν ὠμῶς, ἵνα βαδίζοιεν αἱ τούτων μητέρες οὐ πεφορτισμέναι, καὶ μὴ τῇ τῶν νηπίων φροντίδι κατηχθισμέναι. Οὐκοῦν ἢ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον μαχαίρᾳ πεσεῖσθαί φησι τὸν ἀγαπητὸν αὐταῖς υἱὸν, ἢ καὶ ἑτέρως μαχόμενον, καὶ τῇ τῶν πολεμίων τεθνεῶτα χειρί. Πενθήσειν γε μὴν τὰς θήκας ἔφη τοῦ κόσμου αὐτῶν, οὐχ ὡς τῶν αἰσθητῶν θηκῶν πενθεῖν δυναμένων, ἀλλ' ὡς ἂν εἴ τις λέγοι καὶ οἶκον πενθεῖν οὐδενὸς οἰκοῦντος ἐν αὐτῷ. Προσεπάγει δὲ τούτοις τὸ, Καὶ καταλειφθήσῃ μόνη, καὶ εἰς γῆν ἐδαφισθήσῃ, τοῦτ' ἔστιν, ἔσῃ τις ἐλεεινὴ καὶ κατερριμμένη, καὶ οἷον εἰς γῆν κειμένη. Τοιοῦτος γάρ πως ὁ βίος τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ ἀθλιότητι, καὶ σκληρᾷ καὶ ἀφορήτῳ δουλείᾳ. Πάνδεινον οὖν ἄρα τὸ προσκροῦσαι Θεῷ, καὶ τοῦ ἐν ψυχαῖς καταφρονῆσαι κάλλους. Τοὺς γάρτοι λίαν ἀπονενευκότας ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον, παντὸς ἐξίστησι κόσμου Θεὸς, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ νοητοῦ, καὶ γυμνοὺς ἀποφήνας ἁπάσης ἀρετῆς παραδίδωσι τοῖς ἐχθροῖς. Οὕτω φαμὲν δεδόσθαι τινὰς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, καὶ εἰς πάθη ἀτιμίας. Συνέχοντος μὲν γὰρ ἡμᾶς εἰς ἰσχὺν τὴν πνευματικὴν τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ, διασώζομεν ἐν ἑαυτοῖς τὸ λαμπρὸν τῆς ἰδίας φύσεως κάλλος. Ἀφιστάντος δὲ τὴν ἐπικουρίαν, γυμνοὶ δὴ πάντως ἐσόμεθα παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ τῶν ἐξ ἀρετῆς αὐχημάτων ἀποβαλόντες τὴν ὡραιότητα, τοῖς τῆς ἀτιμίας πάθεσιν ὑποκεισόμεθα, καὶ δουλεύσομεν ἐχθροῖς.

Καὶ ἐπιλήψονται ἑπτὰ γυναῖκες ἀνθρώπου ἑνὸς, λέγουσαι· Τὸν ἄρτον ἡμῶν φαγόμεθα, καὶ τὰ ἱμάτια ἡμῶν περιβαλούμεθα, πλὴν τὸ ὄνομα τὸ σὸν κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς, ἆφελε τὸν ὀνειδισμὸν ἡμῶν.

Διαπεράνας εὖ μάλα τὸν λόγον, ἐπί γε ταῖς Ἰουδαίων γυναιξὶ ταῖς ἐκ τρυφῆς καὶ πλούτου βαδιουμέναις εἰς αἰχμαλωσίαν, πειρᾶται δεικνύειν, ὅτι κέναν δροι μὲν αἱ τῆς Ἰουδαίας ἀπομενοῦσι πόλεις, ἔσονται δὲ καὶ ἐν σπάνει πολλῇ τῶν πάλαι μαχιμωτάτων. Ἔφη γάρ, ὅτι « Πάντες οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν μαχαίρᾳ πεσοῦνται. » Ποία τις οὖν ὧν ἔφην ἡ δεῖξις; εὐφυῶς ἄγαν καὶ ἀστείως ἐσκευασμένη. Νόμου γὰρ δὴ τοῦ διὰ Μωσέως λέγοντος τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, « Οὐκ ἔσται ἔν σοι ἄγονος οὐδὲ στεῖρα· » ἐν ἐσχάτοις ὀνειδισμοῖς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις λελόγιστο τὸ γυναῖκα μὴ τεκεῖν, ἤγουν

[83] Deut. VII, 14.

etiam illis pro odoramento suavi cinis, id est, pro domibus sufflitis, profectiones multæ et pulverulentæ, cum in captivitatem abducentur, pedibus adhuc teneris et delicatulis. Nec id solum, sed forma ac specie erunt quam abjectissima, ut zonæ aureæ loco, solo funo circumligentur, patienturque nuditatem capitis, calvitium scilicet, licet quondam aureis capillorum nodis redimitum fuerit. Indumentum etiam dat illis dignum captivis, crassum et vile, quod saccum nominat, idque purpuratæ vestis et lauti amictus vice. Subjungit porro : Et filius tuus pulcherrimus, quem tu diligis, gladio corruet. Est enim id in more his qui regionem capiunt vel urbem, parvulos ab ipsis uberibus et e gremio matris, et sub nutricibus altos infantulos rapere et occidere crudeliter, quo ire possint matres eorum non onustæ, nec parvulorum pondere pressæ. Vel ergo sic gladio occasurum ait dilectum 72 ipsarum filium, vel etiam in prælio et hostium manu interfectum. Ploraturas autem dicit arculas ornatus ipsarum, non quasi sensu præditæ sint arculæ, ut plorare possent, sed perinde ac si dixerit quispiam lugere domum, cum nemo in ea habitet. Producit ad hæc et illud : Relinqueris sola, et in terram ad pavimentum prosterneris, id est, misera eris et projecta, et velut humi jacens. Hæc siquidem fere est vita eorum qui captivitate, qui ærumnis, qui aspera et intolerabili servitute premuntur. Est igitur gravissimum, Deum offendere, et animi pulchritudinem parviducere. Qui enim ignaviæ se dedunt et torpori, eos Deus omni ornatu spoliat, scilicet mentis et intellectus, ac omni virtute nudatos tradit hostibus. Ita dicimus aliquos in reprobam mentem et perturbationes ignominiosas traditos esse. Dum enim Deus qui super omnes Deus est, nos robore spirituali continet et coercet, retinemus in nobis splendidum propriæ naturæ decorem. Sin opem suam subtrahat, denudati erimus omnibus bonis virtutibusque, et abjecta pulchritudine, fœdis affectibus succumbemus, ac serviemus hostibus.

Cap. IV. Vers. 1. *Et apprehendent mulieres septem unum virum, dicentes : Panem nostrum edemus, et vestimentis nostris operiemur; tantummodo nomen tuum super nos vocetur, aufer dedecus nostrum.*

Pulchre jam conclusa oratione de Judæorum mulieribus, propter luxum et opulentiam in captivitatem venturis, ostendere conatur Judææ urbes viris orbas mansuras, fore etiam multam hominum quondam bellacissimorum inopiam. Nam dixerat : « Omnes prævalentes inter vos gladio corruent. » At quæ tandem est horum quæ dixi demonstratio? Valde opportuna, et scite instituta. Cum enim lex per Mosen dicat filiis Israel : « Non erit in te orba neque sterilis [83], » maximo probro dabatur apud Judæos mulierem non parere, vel in viris haberi

Digitized by Google

qui liberis carerent; statim enim illis effetæ et sterilis macula inusta est. Atqui spiritualis hæc lex erat. Promisit enim universorum Deus Israelem intelligibilem, hoc est, mentem Deum contemplantem, infructuosam non fore nec sterilem, sed fertilem potius, instar eximiæ cujusdam ac fecundæ terræ.

73 Verum hoc Judæi secundum carnem intelligebant. Animales quippe erant, spiritum non habentes. Erit itaque, inquit, tanta per regionem virorum raritas, bello sexum vastante, ut septem mulieres, nempe multæ, uno viro apprehenso dicturæ sint: « Panem nostrum comedemus, et vestibus nostris operiemur, ac nomine tuo vocemur, aufer dedecus nostrum. » Videsne eas orbitatis infamiam extimescere, et orbæ ac sterilis nomen refugere? Accedunt enim non consueta quærentes, et quæ moris est uxores a maritis accipere (sibi enim in hoc satis suppeditaturas fore dicunt), sed petunt tantummodo, quemadmodum dixi, ut tollatur dedecus. Specta vero mihi hujus sermonis profunditatem. Si enim dives fuisset qui rogabatur, neutiquam dixissent mulieres: Panem nostrum edemus, et vestibus nostris operiemur. Sed quoniam norant qui ex bello servati sunt et vix effugerant, ad ultimam recidisse mendicitatem, et in magna versari miseria, omnino nihil quærunt; hoc solum petunt, matres esse liberorum. Et hæc est historica oratio hactenus. Detorquent autem quidam nescio quomodo id quod propositum est ad considerationem spiritualem, non sane satis recte: alioqui enim omni laude digni essent. Siquidem asserunt septem mulieres septem esse spiritus, virum deinde unum Christum. Tum decoro parum observato, septem spiritus aiunt ei dicere: Aufer dedecus nostrum, et panem nostrum edemus, et vestibus nostris operiemur. Quanquam cur potius non dicendum, septem mulieres multas esse animas, quæ et Christum receperunt per fidem, quæ ipsum ut panem et ut vestem salutis quærunt, et ab ipso fructum petunt? Tale enim quid etiam beatus David extulit de omnium Servatore Christo: « Qui habitare facit sterilem in domo matrem propter filios lætantem [84]. » Dicitur vero sterilem pariturum septem, id est multa. Variæ sunt namque virtutes, non una, imo multæ, quarum matres sunt animæ quæ amant Deum.

VERS. 2, 3. *Die vero illo splendebit Deus in consilio cum gloria super terram ad exaltandum et glorificandum residuum Israel. Et erit, quod reliquum fuerit in Sion, et quod remanserit in Jerusalem: sancti vocabuntur omnes qui vocati sunt ad vitam in Jerusalem.*

74 Quia ambigunt quidam quonam tempore hæc quæ de Judæorum mulieribus sive de tota eorum regione per vocem prophetæ prædicta sunt evenient, utrum ante vel post Servatoris adventum:

[84] Psal. cxii, 9.

A ἄγχιστον εἶναί τινα τῶν τελούντων ἐν ἀνδράσιν. Εὐθὺς γὰρ αὐτοῖς ὁ τῆς ἀγόνου καὶ στείρας προσετρίβετο μῶμος. Καὶ πνευματικὸς μὲν ὁ νόμος ἦν. Ἐπηγγέλλετο γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ὅτι ὁ νοητὸς Ἰσραὴλ, τοῦτ' ἔστι, νοῦς ὁρῶν Θεὸν, οὐκ ἄκαρπος ἔσται, οὔτε ἀπεστειρωμένος, ἔγκαρπος δὲ μᾶλλον καὶ γῆ τις ὥσπερ καλὴ καὶ ἐξαίρετος. Πλὴν ἐνόουν Ἰουδαῖοι σαρκικῶς, ψυχικοὶ γὰρ ἦσαν, πνεῦμα μὴ ἔχοντες. Ἔσται τοίνυν, φησὶν, τοσαύτη σπάνις ἀῤῥένων κατὰ τὴν χώραν, δαπανήσαντος τοῦ πολέμου τὸ γένος, ὡς ἑπτὰ γυναῖκας ἤτοι πολλὰς ἑνὸς ἀνδρὸς ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ λέγειν· « Τὸν ἄρτον ἡμῶν φαγόμεθα, καὶ τὸ ἱμάτιον ἡμῶν περιβαλούμεθα· πλὴν τὸ ὄνομα τὸ σὸν κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς, ἄφελε τὸν ὀνειδισμὸν ἡμῶν. » Ὁρᾷς ὅπως δεδοίασι τῆς ἀτοκίας τὸν ὀνειδισμὸν, καὶ τὸ τῆς B ἀγόνου καὶ στείρας παραιτοῦνται ὄνομα λίαν; Προσέρχονται γὰρ οὐ τὰ συνήθη ζητοῦντες, καὶ ὅσα δέχεσθαι γυναιξὶ παρὰ τῶν συνοικούντων ἔθος· ἑαυταῖς γὰρ ἀρκέσειν εἰς τοῦτό φασιν, αἰτοῦσι δὲ μόνον, ὡς ἔφην, τοῦ ὀνειδισμοῦ τὴν ἀφαίρεσιν. Ἄθρει δὴ οὖν τοῦ λόγου τὸ βάθος. Εἰ μὲν γὰρ πλούσιος ἦν ὁ παρακαλούμενος, οὐκ ἂν ἔφασαν αἱ γυναῖκες· Τὸν ἄρτον ἡμῶν φαγόμεθα, καὶ τὸ ἱμάτιον ἡμῶν περιβαλούμεθα. Ἐπειδὴ δὲ ἴσασι τοὺς ἐκ τοῦ πολέμου σεσωσμένους καὶ διαφυγόντας μόλις ἐν ἐσχάτῃ πεσόντας πτωχείᾳ, καὶ πολλὴν ἔχοντας ἀθλιότητα, ζητοῦσι μὲν παρ' αὐτῶν παντελῶς οὐδὲν, αἰτοῦσι δὲ μόνον τὸ τέκνων γενέσθαι μητέρες. Καὶ ὁ μὲν λόγος τῆς ἱστορίας ἐν τούτοις. Ἀποκομίζουσι δὲ τὸ προκείμενον εἰς θεωρίαν πνευματικὴν, οὐκ οἶδ' ὅπως, τινὲς οὐ σφόδρα C ποιοῦντες ὀρθῶς· ἦ γὰρ ἂν ἐπαίνου παντὸς ἦσαν ἄξιοι. Φασὶ γὰρ εἶναι ἑπτὰ τὰς γυναῖκας, τὰ ἑπτὰ πνεύματα· ἄνθρωπόν γε μὴν ἕνα τὸν Χριστόν. Εἶτα τοῦ πρέποντος ὀλίγα πεφροντικότες, τὰ ἑπτὰ πνεύματά φασι λέγειν οὕτως· Ἄφελε τὸν ὀνειδισμὸν ἡμῶν, καὶ τὸν ἄρτον ἡμῶν φαγόμεθα, καὶ τὰ ἱμάτια ἡμῶν περιβαλούμεθα. Καίτοι πῶς οὐκ ἄμεινον εἰπεῖν, τὰς ἑπτὰ γυναῖκας πολλὰς εἶναι ψυχὰς, αἳ καὶ ἐπελάβοντο διὰ πίστεως τοῦ Χριστοῦ, αὐτὸν ὡς ἄρτον ζητοῦσαι καὶ ὡς ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ τὸν ἀπ' αὐτοῦ ζητοῦσαι καρπόν. Τοιοῦτον γάρ τι καὶ ὁ μακάριος ἔφη Δαβὶδ περὶ τοῦ πάντων Σωτῆρος Χριστοῦ· « Ὁ κατοικίζων στείραν ἐν οἴκῳ μητέρα τέκνων εὐφραινομένην. » Εἴρηται δὲ καὶ στείρα τεκεῖν ἑπτὰ, τοῦτ' ἔστι D πολλά. Διάφοροι γὰρ ἀρεταὶ, καὶ οὐ μία μᾶλλον, ἀλλὰ πολλαὶ ὧν εἰσι μητέρες αἱ φιλόθεοι ψυχαί.

Τῇ δὲ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπιλάμψει ὁ Θεὸς ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ γῆς, τοῦ ὑψῶσαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ ἔσται τὸ ὑπολειφθὲν ἐν Σιὼν, καὶ τὸ καταλειφθὲν ἐν Ἰερουσαλήμ· ἅγιοι κληθήσονται πάντες οἱ κληθέντες εἰς ζωὴν ἐν Ἰερουσαλήμ.

Ἐνδοιαζόντων τινῶν κατὰ ποῖον ἔσται καιρὸν τὰ ἐπί γε ταῖς τῶν Ἰουδαίων γυναιξὶν, ἤτοι πάσης αὐτῶν τῆς χώρας προανηγορευμένα διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς, πότερα πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδη-

Digitized by Google

μίας, ἤγουν μετ' αὐτὴν, πεπληροφόρηκεν ἁπλανῶς τῶν προκειμένων ἡ δύναμις, ὡς οὐχ ἕτερον ἡμῖν ὁ προφήτης κατασημαίνει καιρὸν, ἢ ἐκεῖνον αὐτὸν καθ' ὃν τῆς εἰς Χριστὸν δυσσεβείας ἕνεκα. Πεπαρῳνήκασι γὰρ εἰς αὐτὸν οἱ δεῖλαιοι, καὶ τὴν αὐτοῖς ὅτι μάλιστα πρέπουσαν ἀποτετίκασι δίκην, κυκλουμένης ὑπὸ στρατοπέδων τῆς Ἱερουσαλήμ. Ὅτε καὶ εἰς τοῦτο δειμάτων κατακομισθῆναί φαμεν τῶν Ἰουδαίων τὸν νοῦν, ὡς φάναι τοῖς ὄρεσι· « Καλύψατε ἡμᾶς, καὶ τοῖς βουνοῖς· Πέσετε ἐφ' ἡμᾶς. » Τῇ τοίνυν, φησὶν, ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τοῦτ' ἔστι, κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ καθ' ὃν εἰς πέρας δραμεῖται τὰ προηγγελμένα, ἐπιλάμψει ὁ Θεὸς ἐν βουλῇ, μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ ὑψῶσαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραήλ. Ὁ γὰρ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· βαθὺ δέ τι καὶ ἀπόῤῥητον ἐβουλεύσατο περὶ ἡμῶν. Ἐν μορφῇ γὰρ καὶ ἰσότητι Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὑπάρχων, γέγονε καθ' ἡμᾶς, καὶ ἐπεφάνη μὲν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς· πλὴν οὐ δίχα δόξης, καὶ εἰ γέγονε σάρξ. Εἰργάσατο γὰρ τὰ θεοπρεπῆ, καὶ σημείων γέγονεν ἀποτελεστὴς, ἃ δὴ καὶ παντὸς ἀξιοῦται καὶ λόγου καὶ θαύματος. Ἐπιλάμψας γὰρ κατηλέησε τὸν Ἰσραὴλ, οὐ γὰρ ἀπόλωλεν εἰσάπαν. Τετίρηται δὲ τὸ κατάλειμμα, ὑψώθη τε καὶ δεδόξασται, καὶ ἐν βίβλῳ γέγραπται ζωῆς διαπρέψαν ἐν ἁγιασμῷ. Ἴδοι δ' ἂν τις ἀληθῆ τῆς προφητείας τὸν λόγον, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τῶν σεσωσμένων τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, οἳ καὶ ὑψώθησαν ἀληθῶς, καὶ τοῖς θείοις χαρίσμασιν ἐκλελαμπρυσμένοι, τὸ ἐν δόξῃ περιφανὲς πεπλουτήκασιν. Ἔλαβον γὰρ ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτά. Τεθεραπεύκασι γὰρ καὶ ἐν ἀῤῥωστίαις ὄντας πολλούς· ἀλλ' ἦσαν καὶ ἐν βίβλῳ γεγραμμένοι ζωῆς. Καὶ γοῦν ἔχαιρον μὲν ὅτι τὰ δαιμόνια ὑπετάσσετο αὐτοῖς, καὶ τοῦτο λέγουσιν ὑπήντα Χριστὸς, καὶ τοῖς ἔτι μείζοσιν ἐπιγάννυσθαι διδάσκων αὐτούς· « Μὴ χαίρετε, » φησὶν, « ὅτι τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ὑμῖν· χαίρετε δὲ μᾶλλον ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ὑψώθησαν τοίνυν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς ἐν μοίρᾳ τῇ τοῦ ἐγκαταλείμματος, περισεσωσμένοι· ἠξίωνται γὰρ τῆς παρὰ Χριστοῦ φιλοτιμίας καὶ χάριτος· υἱοὶ κεχρηματίκασι Θεοῦ· ἀδελφοὶ δὲ αὐτοῦ καὶ φίλοι· κοινωνοὶ τέθεινται τῆς δόξης· ἠξίωνται δὲ καὶ τῆς ἄνωθεν καὶ ἐν οὐρανοῖς ἀπογραφῆς, καὶ πολῖται κεχρηματίκασι τῆς νοητῆς Ἱερουσαλήμ, τῆς τῶν ἁγίων μητρὸς, ἧς αὐτὸς ὁ προφήτης Ἡσαΐας διεμέμνηται λέγων· « Οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψονται Ἱερουσαλήμ· πόλις πλουσία, σκηναὶ αἳ οὐ μὴ σεισθῶσιν. »

certo persuadet horum verborum sensus et vis, non aliud nobis tempus denotare prophetam, quam illud ipsum quo, propter impietatem in Christum, miseri in eum deblaterarunt, maximeque se dignam pœnam luerunt, cum obsideretur Jerusalem ab exercitu, quando eum terrorem dicimus Judæorum mentibus injectum, ut montibus dicerent: « Operite nos; et collibus, Obruite nos [55]. » Quare illo, inquit, die, hoc est, sub id temporis quo ad exitum hæc quæ prænuntiata sunt, procurrent, emicabit Deus in consilio cum gloria super terram, ut exaltet et glorificet quod est residuum in Jerusalem. Verbum enim Dei Patris non rapinam duxit æquale esse Deo, altum vero quiddam arcanumque de nobis cogitavit. In forma enim et æqualitate Dei et Patris exsistens, factum est nostræ conditionis particeps, et nobis in terra agentibus apparuit, at non sine gloria, tametsi caro factum est. Operatum est enim Deo digna, et signa effecit quæ quidem omni oratione et admiratione digna sunt: et postquam apparuit, misertus est Jerusalem. Non enim periit in totum, sed conservatæ sunt reliquiæ, quæ evectæ sunt, et glorificatæ, et sanctitate enitescentes, in libro vitæ inscriptæ. Verum autem esse propheticum sermonem quilibet videre potest, velut in primitiis eorum qui servati fuerunt sanctis apostolis, qui et elati vere sunt, et divinis gratiis illustrati, gloriæ claritate ditati sunt. Acceperunt enim potestatem contra spiritus immundos, ut eos ejicerent, et curarunt multos infirmitatibus affectos, sed et in libro vitæ descripti sunt. Quippe cum gauderent dæmonia sibi subjecta esse, idque dicerent, occurrit illis Christus, et majoribus rebus adhuc lætaturos docet: « Nolite gaudere, » inquit, « quod dæmonia vobis subdita sint, sed gaudete magis quod nomina vestra scripta sint in cœlis [56]. » Sunt ergo evecti Israelitæ, qui tanquam in censu ac sorte harum reliquiarum servati sunt. Etenim digni habiti sunt honore ac gratia a Christo; filii vocati sunt Dei, 75 fratresque ejus et amici, gloriæque ejus socii ac participes: digni etiam habiti sunt ut in cœlesti libro describerentur, et cives nuncupati sunt intelligibilis Jerusalem, quæ est mater sanctorum, cujus ipsemet propheta Isaias meminit dicens: « Oculi tui contemplabuntur Jerusalem civitatem divitem, tentoria quæ non quatientur [57]. »

Ὅτι ἐκπλυνεῖ Κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Σιών· καὶ τὸ αἷμα ἐκκαθαριεῖ ἐκ μέσου αὐτῶν, ἐν πνεύματι κρίσεως καὶ πνεύματι καύσεως.

VERS. 4. *Quia eluet Dominus sordes filiorum et filiarum Sion; et sanguinem de medio eorum purgabit, in spiritu judicii et spiritu combustionis.*

Ἀνανήφει πάλιν ὁ τοῦ προφήτου λόγος, καὶ τὰς ἐσομένας ἔσθ' ὅτε παρά τινων εὐρεσιλογίας περιττὰς ἀποφαίνει, καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων κατεξανίστασθαί τισι κατ' οὐδένα τρόπον ἐφιεὶς προαπολογεῖται χρησίμως· ὥσπερ γάρ τινος ἐκεῖνο βοῶντος·

Redit ad se rursus prophetæ oratio, et nonnullorum commenta irrita fore ostendit, cumque nullo modo permittat cuiquam divinis resistere judiciis, apologia quadam præmunit utiliter, ac si quispiam illud occlamaret: Extollentur de integro filii Jeru-

[55] Luc. xxiii, 30. [56] Luc. x, 20. [57] Isa. xxxiii, 20.

Digitized by Google

salem, et ornabuntur gloria, et hoc et in cœlesti libro describi merebuntur, licet impietatem haud mediocriter exercuerint, prophetas occiderint, missos lapidibus obruerint, ipsum demum Christum morti tradiderint, eorumque manus sanguine redundaverint. Quid igitur propheta? « Eluet Dominus, inquit, sordes filiorum et filiarum Sion, et sanguinem expurgabit e medio eorum, in spiritu judicii et spiritu ardoris. » Deliquerunt siquidem citra controversiam, justificavit vero omnes gratia per Christum, ipsorumque interfectorum peccata oblivione sepelivit. Nimirum et divinus Petrus Judaicum populum affatur alicubi dicens : « Vos Sanctum et Justum negastis, et flagitastis homicidam donari vobis [60]. » Alicubi iterum : « Et nunc, fratres, novi quod ex ignorantia fecistis, sicuti et principes vestri. Resipiscite itaque, et baptizetur unusquisque vestrum in nomen Domini Jesu, et accipietis donum sancti Spiritus : vobis enim sunt promissiones et filiis vestris [61]. » Quapropter, inquit, universorum opifex et Dominus, multum misericors, qui mansuetudine et clementia humanæ mentis angustias excedit, qui non vult mortem morientis, quo eum a via sua prava avertat, et vivat : abluet sordes eorum qui peccarunt, et e medio illorum purgabit sanguinem, spiritu judicii et spiritu ardoris. Judicii autem spiritum dicimus, ex judicio recto et justitia latum in nos a Deo calculum. **76** Scilicet ita inquit Servator : « Nunc judicium est sæculi hujus [62]. » Judicio enim contendit cum mundo hoc et cum Satana : et hunc quidem ejecit ut injuria afficientem, illos vero justificavit e mundo per fidem, injuria affectos. Ardoris vero spiritum dicimus, gratiam in sacrosancto baptismo, non absque Spiritu nobis ingeneratam. Baptizati autem et loti sumus, non aqua nuda, sed nec cinere vituli emundati sumus, ad solam carnis purificationem, quemadmodum inquit beatus Paulus [63], sed Spiritu sancto, et igne divino ac intelligibili, qui sordes vitiositatis in nobis deterit et absumit, et peccati inquinationem liquat et excoquit. Hunc Servatoris adventum nobis et alter quoque e sanctis prophetis præsignificavit inquiens: « Quia ecce egredietur quasi ignis fornacis, et quasi herba lotorum, et purgabit conflando quasi argentum et quasi aurum [64]. » De Judæis enim qui inobedientiæ crimini affines permanserunt : « Defecit follis, » inquit, » ab igne; defecit plumbum, in vanum faber argentum conflat : malitiæ eorum liquefactæ sunt; argentum reprobatum vocate eos, quia reprobavit eos Dominus [65]. » In nobis autem qui credidimus, non in irritum laboravit faber argentarius, neque defecit follis ab igne, nec plumbum; purgati enim sumus in spiritu judicii et in spiritu ardoris. Quod si quis velit dicere purgationem in spiritu judicii et spiritu combustionis in Judaico populo factam esse per calamitates bellicas, et per ea quæ passi sunt (purgant enim et emundant punitiones,

Συνάπτει τοῖς πρώτοις ἕτερα καὶ παγχάλεπα τῶν πλουσίων ἐγκλήματα. Πάρεσται γὰρ αὐτοῖς, πρός γε τῷ βούλεσθαι πλεονεκτεῖν καὶ ἀκορέστως βιάζεσθαι τοὺς ἀσθενεστέρους, καὶ τὸ ἐν πότοις εἶναι φιλεῖν, καὶ τρυφαῖς ἐπιγάννυσθαι, κώμοις τε καὶ μέθαις ἀκαταλήκτοις, καὶ τοῖς ἐκ φιλοσαρκίας καταμιαίνεσθαι κακοῖς· καὶ τοῦτο ἐνδελεχῶς οἴεσθαι δεῖν αὐτοὺς ἐν παντὶ δὴ τοῦτο πράττειν καιρῷ. Ἱκανὸς γὰρ ὁ πλοῦτος ἀκονῆσαι πρὸς τρυφὰς, καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῖς ἀφανίσαι κόρον. Ἀλλ' « ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα, » καθά φησιν ὁ Παῦλος, « ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν. » Τέλος γὰρ τῆς προσκαίρου τρυφῆς μακρὸν καὶ διηνεκὲς ἔσται δάκρυον, καὶ σαρκικῆς ἡδονῆς ὄλεθρος ὁ καρπός. Γράφει τοίνυν ἡμῖν ὁ προφήτης τὰς τῶν Ἰουδαίων ἀγερωχίας, καὶ τὸ ἐξίτηλον εἰς τρυφὰς, καὶ τὸ κεχυμένον εἰς ἀσωτίας. Πάντα γὰρ, φησὶ, καιρὸν ἀπονέμοντες ταῖς γαστριμαργίαις, ὑπὸ τὴν ἕω ζητοῦσι τὸ σίκερα, καὶ τοῖς ἡλίου δρόμοις συνεκτείνουσι τοὺς πότους, καὶ μέχρις αὐτῆς μένοντες τῆς ἑσπέρας. Ὁ γὰρ οἶνος αὐτοὺς συγκαύσει. Ὁμολογουμένως μὲν γὰρ ἐμποιεῖ τινα καῦσιν ἡδὴν πινόμενος τοῖς σπλάγχνοις ὁ οἶνος. Συγκαύσει δὲ καὶ ἑτέρως τοῦ μεθύειν τοὺς ἐραστὰς, ἔσται γὰρ αὐτοῖς πρὸς τοῦτο κολάζοντος ἀφορμή. Συγκαυθήσονται δὲ πάντη τε καὶ πάντως εἰς φλόγας πεμπόμενοι τὰς διηνεκεῖς, καὶ ἡτοιμασμένας τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Ταύτητοι καὶ ὁ μέθυσος ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις βεβήλοις ἀπόκληρος ἔσται παρὰ Θεῷ, καὶ εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν οὐκ εἰσελεύσεται. Ὅρα γὰρ ὅση τῶν Ἰουδαίων γέγονε κατὰ καιροὺς ἡ ἐπὶ τὸ χρῆναι τρυφᾷν ἐξιτηλία. Ὅπου γὰρ ὁ κιθάρας κτύπος, καὶ τυμπάνων ἦχος, καὶ τῶν αὐλούντων συναναφώνησις, σὺν εὐρυθμίᾳ καὶ κρότοις, ἐκεῖ που πάντως ἐστὶ καὶ πᾶν εἶδος ἀκαθαρσίας, καὶ τὰ κρυφῇ γιγνόμενα παρ' αὐτῶν, ἃ καὶ αἰσχρόν ἐστι λέγειν. Ζημιοῖ δὲ τοῦτο αὐτοὺς τὸ μὴ δύνασθαι καθορᾷν τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, μήτε μὴν ἐνατενίζειν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ ὁ τοῦ σώματος ὀφθαλμὸς, ἢ κόνεως ἐμβαλούσης, ἢ λήμης ἐγκεχυ-

Adjungit primis alia etiam gravissima crimina in divites. Nam præterquam quod avaritiæ dediti sint, et supra modum tenuiores opprimant, hoc mali accedit etiam, ut sint frequentes in perpotationibus, ut luxuria diffluant, ut comessationibus, ebrietatibus continuis, cæterisque malis quæ ex carnis libidine oriuntur, commaculentur : idque jugiter, perinde quasi hoc omni tempore se debere facere existimarent. Opulentia enim abunde stimulare potest ad voluptates, omnemque satietatem in illis tollere. At « qui seminat in carne, » ut inquit Paulus, « ex carne metiet corruptionem [88]. » C Finis enim temporarii luxus, longa et perennis erit lacryma, et carnalis voluptatis fructus, interitus. Describit itaque propheta nobis Judæorum fastum, et immoderationem luxus, effusamque intemperantiam. Omne enim tempus ventri ac gulæ tribuunt, sub auroram siceram quærunt, et ad solis cursum compotationes protrahunt, permanentes usque ad vesperum. Vinum enim incendet eos. Excitat quippe in visceribus largiter bibentis plane quoddam incendium. Quin et alio modo vinum succendet hæc ebrietatis mancipia. Occasio nimirum erit ut supplicium de illis sumatur ; siquidem incendentur, ablegati in flamman sempiternam, diabolo ejusque angelis destinatam. Scilicet hinc ebriosus una cum aliis profanis a Deo exsors D erit, et regnum cœlorum neutiquam ingredietur. Observa autem quanta fuerit olim Judæorum in voluptatibus consectandis effrenatio. Ubi namque citharæ sonus est, et tympanorum pulsus, ac tibicinum concentus cum numerorum concinnitate et plausibus, ibi omnino est et omne genus fœditatis, eaque fiunt clam ab illis quæ turpe est vel dicere. Quod quidem impedimento illis est, quominus gloriam Dei intueantur, ejusque opera attendant. Nam ut corporis oculus, vel pulvere injecto, vel lippidine offusa, vel obturbante vulnere, clare non potest videre : sic mens humana

[86] II Cor. IX, 10. [87] Galat. VI, 8.

Digitized by Google

88 carnis voluptatibus degravata ac demersa, ad Deum nequit respicere, nec facta ejus fixo obtutu contemplari: e quibus manifestissime, quis ac qualis Opifex est, liceret animadvertere. Ex creaturarum enim pulchritudine cognoscitur, eumque admirari et suspicere abunde poterit is qui rerum ab ipso factarum admiratione capi voluerit. Sicuti enim beatus Paulus scribit: « Invisibilia ejus a creatione mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, æterna scilicet ejus vis et divinitas [88]. » Verisimile autem est, prophetam accusare Judæos, quasi qui compotationibus se dedant, et ad delicias cupidissime convolent, nec animo interim futura cogitent, id est, quæ ipsis ex ira velut divina eventura erant, quæ etiam opera manuum Dei nuncupat. Pacem enim constituit diligentibus se, mala vero creat his qui ad iram concitant. Si enim futura contra se Domini opera vidissent, perpotationibus minime indulsissent, sed curæ ac cordi fuissent illis lacrymæ, gratus fuisset luctus, labores, preces, pœnitentiæ officia, malorum quæ ex intemperantia proveniunt, longe gratiora.

μένης, ἢ παρενοχλοῦντος τραύματος ἰδεῖν οὐ δύναται καθαρῶς· οὕτω καὶ ἀνθρώπινος νοῦς ταῖς τῆς σαρκὸς εἰ καταπαχύνοιτο τρυφαῖς, ἀναμύειν οὐ δύναται πρὸς Θεὸν, οὔτε μὴν ἀκριβῆ τοῖς παρ' αὐτοῦ γινομένοις ἐνερείδειν τὴν ὄψιν· δι' ὧν ἔστι καὶ μάλα σαφῶς, τίς τε καὶ ὅσος ἐστὶν ὁ Δημιουργὸς, ἐννοεῖν δύνασθαι. Γινώσκεται γὰρ ἀπὸ καλλονῆς κτισμάτων· καὶ θαυμάσειεν ἂν αὐτὸν καὶ μάλα πλουσίως ὁ τοῖς παρ' αὐτοῦ πεποιημένοις τὸ θαῦμα διδούς. Ὡς γὰρ ὁ μακάριος γράφει Παῦλος· « Τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. » Εἰκὸς δὲ δὴ τὸν προφήτην καταιτιᾶσθαι τοὺς Ἰουδαίους ὡς ἀγαπῶνται πότους, συλλεγομένους δὲ καὶ μάλα προθύμως εἰς τρυφάς· μὴ μὴν ἔτι καὶ εἰς νοῦν ἔχειν, ἤγουν εἰς τὰ μέλλοντα θεωρεῖν, τοῦτ' ἔστι, τὰ συμβήσοντα αὐτοῖς ὡς ἐκ θείας ὀργῆς, ἃ καὶ ἔργα φησὶ τῶν χειρῶν τοῦ Θεοῦ. Ποιεῖ γὰρ εἰρήνην τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, καὶ τοῖς παροτρύνουσι κτίζει κακά. Εἰ γὰρ ἐώρων τὰ ἐσόμενα κατ' αὐτῶν ἔργα Κυρίου, οὐκ ἂν ἡνέσχοντο πότον, ἀλλ' ἦν ἂν αὐτοῖς ἐν σπουδῇ τὸ δάκρυον, καὶ φίλος ὁ θρῆνος, πόνοι τε καὶ προσευχαὶ, καὶ τὰ τῆς μεταγνώσεως ἔργα, τῶν ἐν ἀσωτίᾳ κακῶν ἡδίονα.

VERS. 13, 16. *Captivus igitur populus meus factus est, quia Dominum non cognovit, et multi fame et siti aquæ necati sunt. Et dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum, sine intermissione. Descendentque nobiles et magni, divites et pastores ejus. Dejicietur homo, et ignominia afficietur vir, et oculi elati humiliabuntur. Exiolletur autem Dominus Sabaoth in judicio, et Deus sanctus gloriosus erit in justitia.*

Τοίνυν αἰχμάλωτος ὁ λαός μου ἐγενήθη, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι αὐτοὺς τὸν Κύριον. Καὶ πλῆθος ἐγενήθη νεκρῶν, διὰ λιμὸν καὶ δίψαν ὕδατος. Καὶ ἐπλάτυνεν ὁ ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ διήνοιξεν τὸ στόμα αὐτοῦ, τοῦ μὴ διαλιπεῖν. Καὶ καταβήσονται οἱ ἔνδοξοι, καὶ οἱ μεγάλοι, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ νομεῖς αὐτῆς. Καὶ ταπεινωθήσεται ἄνθρωπος, καὶ ἀτισθήσεται ἀνήρ. Καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ μετέωροι ταπεινωθήσονται, καὶ ὑψωθήσεται Κύριος Σαβαὼθ, καὶ ὁ Θεὸς ἅγιος δοξασθήσεται ἐν δικαιοσύνῃ.

Rem in perniciem cedere, ad ultima mala ducere eos qui volunt delicate ac molliter vivere, divina nos in his docet oratio. Cum enim Judaicæ regionis incolæ, aliis clariores illustrioresque, operum Dei curam negligerent tanquam inutilem, eumque operibus manuum ejus nullum studium impenderent, comessationibus autem perpetuis vacarent, ebrietati indulgerent, ac immodice intemperanterque tibiis canentes, in eo totos dies producerent: abituros sane captivos ait, et servituros inimicis, tantamque fore per omnem regionem mortuorum inedia et siti pereuntium multitudinem, ut infernus prælargo et inexplebili 89 ore, hiantibusque faucibus absorbens eos qui descenderent, suisque eos thesauris spolians, quodammodo sit exsultaturus. Nam cum inferni animam dilatatam audis, aliud nihil quam quod jam dixi, significare eum velle existimandum est. Nam Scriptura divinitus aspirata nominibus figurate utitur interdum, et quasi metaphorice, etiam in rebus quæ animalibus carent, imo quæ nec in ordine ac serie animalium numerantur, aut quæ revera

† Ὅτι τοῖς θέλουσι τρυφᾷν ἐκτελευτᾷ τὸ χρῆμα πρὸς ὄλεθρον καὶ πρὸς αὐτὸ που τὸ λοίσθιον ἀφικνεῖται τῶν κακῶν, ὁ θεῖος ἡμᾶς ἐν τούτοις διδάσκει λόγος. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ τῆς Ἰουδαίων χώρας, τῶν ἄλλων περιφανέστεροι, μεθέντες ὡς ἀκερδὲς τὸ χρῆναι περιεργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἐμβλέπειν τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, παρ' οὐδὲν ποιήσασθαι μεμελετηκότες, κώμοις τε διηνεκέσιν ἐσχόλαζον, καὶ μεθύειν ἤθελον ἀσωτότατα καταυλούμενοι, καὶ τοῦτο διημερεύοντες· οἰχήσονται μὲν αἰχμάλωτοι καὶ δουλεύσουσιν ἐχθροῖς, πληθὺς δὲ τοσαύτη νεκρῶν κατὰ πᾶσαν ἔσται τὴν χώραν, λιμῷ καὶ δίψει διαλωλότων, ὡς μονονουχὶ σπαταλῆσαι τὸν ᾅδην πλατεῖ καὶ ἀπλήστῳ στόματι, χανδὸν ἐκροφοῦντα τοὺς καταβαίνοντας, καὶ τοῖς ἰδίοις ἀποκλείοντα θησαυροῖς. Ὅταν γὰρ ᾅδου ψυχὴν πλατυνομένην ἀκούσῃς, νομιστέον ἕτερον οὐδὲν βούλεσθαι δηλοῦν αὐτὸν, ἢ ὅπερ ἔφην ἀρτίως. Κέχρηται γὰρ ἡ θεόπνευστος Γραφὴ τοῖς ὀνόμασι τροπικῶς ἔσθ' ὅτε, καὶ οἷον ἐκ μεταφορᾶς, καὶ ἐπὶ τῶν οὐκ ἐχόντων ψυχὴν, ἀλλ' οὐδὲ ἐν τάξει ζώων ἠριθμημένων, ἢ καὶ ὄντων τούτων κατ' ἀλήθειαν. Ποία γὰρ ᾅδου ψυχή;

[88] Rom. 1, 20.

Digitized by Google

Τόπος δὲ μᾶλλον ὁ ᾅδης, καὶ ψυχῶν ἀθλίων ἀμοιβὰς δεσμωτήριον. Οὐκοῦν τῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ ἐντρυφώντων ψυχαὶ κατοικήσονται μὲν εἰς τὸν ᾅδην, κατεμπλήσουσι δὲ ὥσπερ τὴν ψυχήν. Καί τι τοιοῦτον ἡμῖν ὁ θεσπέσιος μελῳδὸς ὑποδηλοῖ, λέγων περὶ πάσης, οἶμαι, ψυχῆς φιληδόνου τε καὶ φιλαμαρτήμονος· Εἰσελεύσεται ἕως γενεᾶς πατέρων αὐτοῦ, ἕως αἰῶνος οὐκ ὄψεται φῶς. Ὥσπερ γὰρ τοὺς ἁγίους ἀπαλλαττομένους τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων, προστεθῆναί φησι τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν τοῖς πατράσιν αὐτῶν· εἴρηται γάρ που πρὸς τὸν μακάριον Ἀβραάμ· « Καὶ σὺ προστεθήσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου τραφεὶς ἐν γήρᾳ καλῷ· » οὕτω καὶ τοὺς τελευτῶντας ἐν ἁμαρτίαις εἰς γενεὰν πατέρων αὐτῶν ἀποδραμεῖσθαί φαμεν, πατέρας αὐτῶν εἶναι λέγοντες τοὺς ὁμοιοειδῆ καὶ διὰ πάντων ἴσην καὶ ὁμοίως ἔχουσαν διαζῶντας ζωήν. Εἰ δὲ δή λέγοιτο πλῆθος εἶναι νεκρῶν, διὰ λιμὸν καὶ δίψαν ὕδατος, ἐκεῖνό φαμεν, ὅ τι γέγραφεν Ἰώσηπος ὁ τῆς Ἰουδαίων συμφορᾶς ἐκτραγῳδήσας τῷ βίῳ τὸ μέγεθος· ὅτι πολιορκουμένης τῆς Ἱερουσαλὴμ γύναια μὲν κατεδήδοκεν ἃ τετόκασι κορία, ἤττοντο δὲ παντὸς ὑπὸ λιμοῦ καὶ ἀνάγκης τοῦ τοῖς ὀδοῦσιν εἰκοντος. Ὅτι δὲ οὐκ ἐν μόνῃ τοῦτο γέγονε τῇ Ἱερουσαλὴμ, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἑτέραις τῆς Ἰουδαίας πόλεσιν, πῶς ἂν ἢ πόθεν ἐνδοιάσειέ τις; Οὐκοῦν πλεῖστοι μὲν ὅσοι δεδαπάνηνται τῷ πολέμῳ, καὶ πεπτώκασιν ἐν μαχαίραις· πολλῶν δὲ τῶν οὕτως ἀπολωλότων πλείονας ἡ τοῦ λιμοῦ κατέφθειρεν ἀγριότης. Εἰ δὲ δή τις λέγοι, καὶ νοητῶν ὑδάτων γενέσθαι σπάνιν, καὶ τροφῆς τῆς θείας δεδυσσεβηκόσι τοῖς Ἰουδαίοις· ἀπολωλέναι δὲ οὕτω; αὐτοὺς, καὶ οἷον εἰς ᾅδου καθικέσθαι, διά γε τοῦ μὴ ζωοποιεῖσθαι διὰ Χριστοῦ, καθ' ὁμοιότητα τῶν πιστευσάντων εἰς αὐτόν· οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ ἀληθοῦς. Συμβέβηκε γὰρ αὐτοὺς καὶ τοῦτο παθεῖν. Ἀλλὰ τίνες ἂν νοηθεῖεν οἱ καταβαίνοντες, οἷς καὶ αὐτὸς ὁ ᾅδης καταπλατύνει τὴν ἰδίαν ψυχὴν, καὶ τὸ ἄπληστον ἀνοίξει στόμα, προσεπάγει λέγων· Οἱ ἔνδοξοι καὶ οἱ μεγάλοι, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ λοιμοὶ αὐτῆς. Ἐπειδὴ γὰρ ἦσάν τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν ἡγούμενοι καὶ περιφανέστεροι, δι' αὐτῶν ἦν εἰκὸς παιδαγωγηθήσεσθαι καλῶς τὸ ὑπήκοον· ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων. Τύποι δὲ ὥσπερ καὶ ὑπογραμμὸς γεγόνασι τοῖς ἄλλοις τῆς ἐπαράτου ζωῆς, καὶ πρὸς αὐτοὺς πού φησι λόγιον ἱερόν· « Ὅτι παγὶς ἐγενήθητε τῇ σκοπιᾷ, καὶ ὡς δίκτυον ἐκτεταμένον ἐπὶ τὸ Ἰταβύριον, ὃ οἱ ἀγρεύοντες τὴν θήραν κατέπηξαν. » Ὁρᾷς ὅπως παγὶς καὶ θήρατρον γεγόνασι τοῖς λοιποῖς, ὅτι καὶ ταῖς τῶν ἡγουμένων ἐπιεικείαις, καὶ μέντοι καὶ ῥᾳθυμίαις ἀεί πως ἕπεσθαι φιλεῖ τὸ ὑπήκοον. Οὐκοῦν ὡς παραίτιοι γεγονότες σφίσιν ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῦ ἀπολέσθαι δεῖν, πρῶτοι καταβήσονται καὶ προελάσουσιν εἰς ᾅδου, ἐπιπηδώσης τρόπον τινὰ καὶ πρό γε τῶν ἄλλων αὐτοῖς τῆς θείας ὀργῆς. Κολασθήσονται δὲ οὐχ ὅτι πλούσιοι καὶ ἔνδοξοι γεγόνασιν, ἀλλ' ὅτι λοιμοὶ, τοῦτ' ἔστι, φθοροὶ καὶ λυμεῶνες, καὶ ἑαυτῶν, ὡς ἔφην, καὶ τῆς ἀγελαίας πληθύος. Οἱ

A exsistunt. Quæ enim est inferni anima? Locus potius est infernus, et animarum miserarum carcer horridus. Animæ igitur eorum qui in hac vita deliciis et voluptatibus indulgent, ad infernum descendent, et implebunt quasi ejus animam. Cujusmodi est quod nobis divinus modulator subindicat, loquens, opinor, de omni anima quæ voluptatibus et vitiis addicta est: Ingredietur ad generationem patrum suorum, in sæculum non videbit lucem. Nam ut sanctos nostra hac mortali conditione defunctos patribus suis aggregari sacra Scriptura commemorat; etenim dictum est beato Abrahamo: « Et tu apponeris ad patres tuos, enutritus in senectute bona [87]: » sic et mortuos in peccatis ad genus patrum suorum recurrere dicimus, patres B eos appellantes qui per omnia consimiles sunt, et æqualem vitam vivunt. Sin vero dicat multitudinem esse mortuorum præ fame et siti aquæ, illud dicimus quod scripsit Josephus, qui Judaicæ calamitatis magnitudinem tragice litteris prodidit. Obsessis jam Hierosolymis, mulierculæ ederunt quos peperercrant liberos, et quidquid in dentes venit, fame ac necessitate urgente, devorarunt. Neque hoc solum Hierosolymis factum esse, sed et in cæteris Judææ urbibus, quomodo dubitet quispiam, et unde? Complures nimirum bello consumpti sunt, et gladio ceciderunt: at multis sic e medio sublatis, plures tamen inediæ rabies perdidit. Sin vero dicat aliquis, aquarum sub intelligentiam cadentium, cibique divini inopiam fuisse, Judæis impie sceleratequc C vivcntibus, itaque eos periisse et velut ad inferos concedisse, propterea quod per Christum ad vitam revocati non fuerint, exemplo eorum qui in eum crediderant: is neutiquam a vero aberraverit. Nam et hoc eis accidit. Cæterum hi qui descendunt, quibus ipse adeo infernus suam animam dilatat, **90** et os insaturabile aperiet, quinam intelligantur esse, pergit porro ostendere, cum ait: Nobiles, magni, divites, et pestes ejus. Nam cum totius regionis facile principes exsisterent et insigniores, par erat ut subditi rudimentis pædagogicis per illos rite instituerentur: quod illi quidem minime fecerant. Typi quippe et exempla fuerunt aliis vitæ exsecrabilis: quos sacrum oraculum alicubi affatur: « Laqueus facti estis speculationi, et velut rete expansum super Itabyrion, quia venantes feram defixerunt [88]. » Videsne quo laqueus et pedica reliquis fuerint? Nimirum præfectorum probitatem, vel etiam socordiam imitari plerumque consueverunt subditi. Itaque ceu auctores et causæ interitus et sibi ipsis et aliis omnibus, primi descendent, et præcipites ibunt ad inferos, divina ira ante alios quodammodo in ipsos insiliente. Punientur vero, non quia divites et nobiles sunt, sed quia pestes, id est, labes et lues tum sui ipsorum, uti dixi, tum gregis universi. Ili, inquit, qui magno tumore inflati sunt, reddentur abjecti et inhonorati. Quem

[87] Gen. xv, 15. [88] Osee v, 1.

Digitized by Google

enim mortis terror non prosternet? Vel quem oculum elatum et altum suspicientem gravis et intoleranda calamitas quietum et sopitum non reddet? Hæc, inquit, omnia ubi evenerint, extolletur Dominus Sabaoth die illa, id est, tum quando hæc de illis prædicta ad exitum decurrent. Extollitur vero Dominus Sabaoth in judicio et justitia, cum recto suo et sacrosancto calculo in populum superbum et voluptuarium animadvertit. Proin aversari lasciviam, carnisque libidines inutiles vel potius impurissimas quam longissime profligare studeamus, ne contra insultet nobis infernus inexplebilis. Meminimus enim Servatorem dixisse : « Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram [89]. » Et rursus : « Beati qui lugetis nunc, quia ridebitis [90]. » Desinet enim labor in quietem, et bonorum sudorum finis voluptates conciliabit æternum duraturas, Nam « qui seminat in carne, et ex carne metet interitum, » sicuti scriptum est [91], « et qui seminat in spiritu, et ex spiritu metet vitam æternam. » σπείρων εἰς τὴν σάρκα, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον. »

A δὲ μεγάλα φυσῶντες, φησὶν, ἔσονται τεταπεινωμένοι καὶ ἄτιμοι. Καὶ τίνα γὰρ οὐ ταπεινοῖ τοῦ θανάτου τὸ δεῖμα; Ἢ ποῖον ὀφθαλμὸν ἐπηρμένον καὶ ἄνω βλέποντα δεινὴ καὶ δύσοιστος οὐ κατακοιμίζει συμφορά; Τούτων δὲ, φησὶν, ἁπάντων συμβεβηκότων ὑψωθήσεται Κύριος Σαβαὼθ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τοῦτ' ἔστι, κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν εἰς πέρας δραμεῖται τὰ ἐπ' αὐτοῖς προηγορευμένα. Ὑψοῦται δὲ μόνος Κύριος Σαβαὼθ ἐν κρίματι, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ, ὡς ὀρθῇ καὶ ὁσίᾳ τῇ ψήφῳ κολάσας τὸν ἀλαζόνα λαὸν, τὸν ἀπειθῆ καὶ φιλήδονον. Παραιτητέον οὖν ἄρα τὰς τρυφὰς, καὶ ὡς ἀπωτάτω ποιεῖσθαι σπουδάζωμεν τὰς ἀνονήτους φιλοσαρκίας, μᾶλλον δὲ τὰς μυσαρωτάτας, ἵνα μὴ κατατρυφήσῃ καὶ ἐφ' ἡμῖν ὁ ἄπληστος ᾅδης. Μεμνήμεθα γὰρ τοῦ Σωτῆρος λέγοντος· « Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν. » Καὶ πάλιν, ὅτι « Μακάριοι οἱ πενθοῦντες νῦν, ὅτι γελάσετε· » καταλήξει γὰρ ὁ πόνος εἰς ἀναψυχὴν, καὶ ἀγαθῶν ἱδρώτων τὸ πέρας, τρυφῆς ἡμῖν ἔσται τῆς εἰς αἰῶνα πρόξενον. « Ὁ γὰρ φθορὰν, » καθὰ γέγραπται· « καὶ ὁ σπείρων εἰς

91 VERS. 17. *Et pascentur direpti, ut tauri, et solitudines eorum qui capti sunt, agni depascentur.*

Constituta adhuc regione Judæorum, rebusque secundis florente, contra sanguine Israelitico oriundos finitimæ gentes belligerabant; Deoque universitatis Israelem quasi scuto contegente, rebellantes sic devicit, ut omnes citra pugnam expugnarit et fregerit, terrasque eorum diripuerit, urbes populatus fuerit, et res alienas tanquam potestate quadam et auctoritate præditi, tulerit, egerit. At ubi in Christum impie egerunt, Romani exercitus vastationi direptionique expositi sunt, urbes crematæ, omnia eorum bona direpta a victoribus : dein Romanorum copiis subducentibus se parumper ac cedentibus, qui olim direpti sunt, incursionem faciunt, urbes ac domos pervestigant, et reliquas res compilatas in suam quique regionem important. Cujusmodi est quod nobis Deus universitatis significat voce prophetæ : « Racemate, racemate quasi vineam reliquias Israelis : revertimini tanquam vindemiator ad cartallum suum [92]. » Prædixit igitur, non satis fore, hæc solum a Romano milite passos esse, sed præterea ex finitimarum gentium crudelitate hæc accessura, dicens : « Et pascentur qui direpti sunt, tanquam tauri. » Qui enim olim, inquit, direptioni eorum facile patebant, quia Deus opem ferebat, hi regionem eorum depascent ceu tauri, id est, feroces, magnanimi, et qui invictam ad resistendum vim afferent. Et solitudines eorum qui relicti sunt, agni depascent. Relictos dicit obsessos. Agni comedent, hoc est, illi rursus qui sunt ex gentibus. Cum enim velut de tauris verba fecisset, persistens in tropo, agnos adjecit : ut tauros esse valde robustos intelligamus. Alios vero qui tales non sunt, sed inferiores ac mi-

Καὶ βοσκηθήσονται οἱ διηρπασμένοι ὡς ταῦροι, καὶ τὰς ἐρήμους τῶν ἀπειλημμένων ἄρνες φάγονται.

Συνεστώσης ἔτι τῆς Ἰουδαίων χώρας καὶ ἐν ἀκμαῖς οὔσης τοῦ εὐημερεῖν, ἐμάχοντο μὲν πρὸς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ὁ συνασπίζων τῷ Ἰσραὴλ, κεκράτηκεν οὕτως τῶν ἀνθεστηκότων ὡς νικᾷν ἀμαχεὶ, καὶ καταπτοεῖν ἅπαντας, καὶ διαρπάζειν αὐτῶν τὰς χώρας, καὶ καταδηοῦν τὰς πόλεις, ἄγειν τε καὶ φέρειν τὰ ἑτέρων μετ' ἐξουσίας. Ἐπειδὴ δὲ δεδυσσεβήκασιν εἰς Χριστὸν, καὶ δέδονται ταῖς Ῥωμαίων στρατιαῖς εἰς ὄλεθρον καὶ διαρπαγὴν, ἐνεπρήσθησαν μὲν αἱ πόλεις, διηρπάσθησαν δὲ πάντα τὰ ὄντα αὐτοῖς παρὰ τῶν νενικηκότων. Εἶτα τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς ὑπενδούσης βραχὺ, κατέτρεχον οἱ πάλαι διαρπαζόμενοι, πόλεις τε καὶ οἴκους διερευνώμενοι, συνεκόμιζόν τε τὰ λοιπὰ, καὶ εἰς τὰς σφῶν αὐτῶν ἀπέφερον χώρας. Καί τι τοιοῦτον ἡμῖν ὑποδηλοῖ λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ φωνῆς προφήτου· « Καλαμᾶσθε, καλαμᾶσθε ὡς ἄμπελον τὰ λοιπὰ τοῦ Ἰσραὴλ· ἐπιστρέψατε ὡς ὁ τρυγῶν ἐπὶ τὸν κάρταλλον αὐτοῦ. » Ὅτι τοίνυν οὐκ ἀρκέσει μόνα παθεῖν αὐτοὺς τὰ ἐκ τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, προστεθήσεται δὲ καὶ τὰ ἐκ τῆς ὠμότητος τῶν ὁμόρων ἐχθρῶν, προαγορεύει λέγων· « Καὶ βοσκηθήσονται οἱ διηρπασμένοι ὡς ταῦροι. » Οἱ γὰρ πάλαι, φησὶν, ἕτοιμοι διηρπασμένοι ὑπ' αὐτῶν, διὰ τὸ ἐπαμύνειν Θεὸν, κατανεμηθήσονται τὴν χώραν αὐτῶν ὡς ταῦροι, τοῦτ' ἔστι, δεινοὶ καὶ ἀγέρωχοι, καὶ ἄμαχον ἔχοντες τὴν ἀντίστασιν. Καὶ τὰς ἐρήμους τῶν ἀπειλειμμένων ἄρνες φάγονται. Ἀπειλειμμένων δὲ, φησὶ, τῶν πολιορκηθέντων. Τὰς τοίνυν, φησὶν, ἐρημωθείσας πόλεις τῶν πολιορκηθέντων ἄρνες βοσκηθήσονται, τοῦτ' ἔστι πάλιν οἱ ἐξ ἐθνῶν. Ἐπειδὴ δὲ πάλιν ὡς περὶ ταύρων ἡμῖν πεποίηται τὸν λόγον,

[89] Luc VI, 24. [90] Matth. V, 5. [91] Galat. VI, 8. [92] Jerem. VI, 9.

Digitized by Google

μεμένηκε τῇ τροπῇ, καὶ προστέθεικεν ἄρνας, ἵνα τοὺς μὲν ἄγαν ἰσχυροὺς νοῶμεν εἰς μόσχους. Τοὺς δὲ μὴ οὕτως ἔχοντας, ὑποβεβηκότας δὲ ἐν ἰσχύϊ μείονι, λέγομεν ἄρνας. Οὕτω δὴ καὶ τὴν ἑκάστου τῶν ῥᾳθυμούντων καρδίαν αἱ πονηραὶ καὶ ἀκάθαρτοι νεμηθήσονται δυνάμεις, ὡς μόσχοι καὶ ἄρνες. Τροφὴ δὲ αὐταῖς τὸ φιλήδονον, καὶ νοῦ ῥοπὴ βλέποντος εἰς τὸ πλημμελές.

A nori robore præditi, agnos appellemus. Ad eumdem quoque modum inertis cujusque et supini hominis cor, pravæ et impuræ potestates velut boves et agni devorabuntur, illisque cedent in cibum voluptuarii, et qui animos atque oculos convertunt ad peccandum.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Οὐαὶ ἑπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας, οἱ λέγοντες· Τὸ τάχος ἐγγισάτω ἃ ποιήσει, ἵνα ἴδωμεν, καὶ ἐλθέτω ἡ βουλὴ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ἵνα γνῶμεν.

92 ORATIO IV.

CAP. V. VERS. 18, 19. *Væ trahentibus peccata tanquam funiculo longo, et tanquam jugi loro juvencæ iniquitates, dicentibus : Cito appropinquent quæ faciet, ut videamus, et veniat consilium sancti Israelis, ut sciamus.*

Ὁ μὲν τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ Κύριος, ἡμερότητι νικῶν τῆς ἀνθρώπου φύσεως τὴν ἀσθένειαν, προσελάλει τοῖς ἀρχαιοτέροις διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν, τὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς μεταχωρῆσαι πρὸς τὰ βελτίω, τὰ χείρω μεθέντας, καὶ φαυλότητος μὲν καταλῆξαι καὶ ἁμαρτίας, διαδιῶναι δὲ μᾶλλον ἐν ἀρετῇ, καὶ κατορθοῦν ἐλέσθαι τὸ ἀγαθόν. Ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας, ποτὲ μὲν αὐτοῖς παρετίθει τὰ γέρα τὰ τοῖς ἁγίοις ηὐτρεπισμένα· ποτὲ δὲ τοὺς τῆς κολάσεως ἀφηγεῖτο τρόπους, τοὺς τοῖς φιλαμαρτήμοσι πρέποντας, ἵνα πανταχόθεν συνελάσῃ πρὸς τὸ ὠφελοῦν. Ἀλλ' οὐδεὶς ἦν τρόπος ὁ τὰς Ἰουδαίων ἐξιτηλίας ἀπώσασθαι δυνάμενος. Ἀπονενευκότες γὰρ εἰς φιλοκερδίαν καὶ τρυφὰς, καὶ τὴν ἐσχάτην ἤδη νοσοῦντες ἀπόνοιαν κατὰ Θεοῦ, τοῖς ἁγίοις προφήταις ἐπεφύοντο δεινοί. Καὶ οἱ μὲν ἀπιστοῦντες παντελῶς τοῖς δι' αὐτῶν λεγομένοις ἔφασκον· « Ἄλλα ἡμῖν λαλεῖτε, καὶ ἀναγγέλλετε ἑτέραν πλάνησιν· » οἱ δὲ μονονουχὶ καὶ καταιτιώμενοι τὸ τῆς θείας φύσεως ἀνεξίκακον ἀλλήλοις κατὰ τὸ εἰκὸς προσελῶντες ἔφασκον· Ἀλλὰ μακρὰν αἱ ἡμέραι, ἀπόλωλε πᾶσα ὅρασις. Καὶ γοῦν ἔφη που Θεὸς πρὸς τὸν μακάριον Ἰεζεχιήλ· « Υἱὲ ἀνθρώπου, ἰδοὺ ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ὁ παραπικραίνων, λέγοντες λέγουσιν· Ἡ ὅρασις ἣν οὗτος ὁρᾷ, εἰς ἡμέρας πολλὰς, καὶ εἰς καιροὺς μακροὺς οὗτος προφητεύει. Διὰ τοῦτο εἰπὸν αὐτοῖς· Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Οὐ μὴ μηκύνωσι πάντες οἱ λόγοι μου, οὓς ἂν λαλήσω· ὅτι λαλήσω λόγον, καὶ ποιήσω, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος. » Ἕτεροι δὲ πάλιν μονονουχὶ καὶ ἀπεγνωκότες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας καὶ ζωῆς, κατεθρασύνοντο τῆς ὀργῆς, καὶ δὴ καὶ ἔφασκον· Ἡκέτω τὸ τάχος ὁ τοῦ πολέμου καιρὸς, οὐκ ἀνάνδρους ἡμᾶς ἢ ψοφοδεεῖς ὄντας εὑρήσουσιν οἱ καταδηοῦν ἐθέλοντες. Ἐμπειροπόλεμοι καὶ ἡμεῖς, καὶ εὖ εἰδότες τὰ τακτικά. Τοὺς ταῦτα πεφρονηκότας ταλανίζει δικαίως, καὶ φησιν· « Οὐαὶ οἱ ἑπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας. » Ἁμαρτίας δὲ καὶ ἀνομίας ἐν τούτοις φησὶ τὰς ὑπέρ γε τῶν ἁμαρτιῶν τιμωρίας ἤτοι κολάσεις, μακρὰν μὲν οὔσας ἔτι, καὶ οὕπω πλησίον, διά τοι τὸ ἀνεξικακεῖν ἔτι βούλεσθαι τὸν Θεὸν, ἐλκομένας δὲ τρόπον τινὰ παρ' αὐτῶν, διὰ τοῦ βούλεσθαι καὶ τοῖς ἐκ θείας

B Universitatis opifex et Dominus, humanæ naturæ infirmitatem vincens clementia, per sanctos prophetas affatus est majores, unde eos ad meliora se recipere, deteriora relinquere, a vitiis ac sceleribus desistere, ac in virtute potius reviviscere, ac quod bonum est diligenter persequi, erat consentaneum. Eamque ob rem illis nunc præmia sanctis destinata proponit, nunc suppliciorum genera peccatoribus digna exponit, ut omnibus modis ad id quod expedit perducat. Sed tum nullus erat modus aut via quæ Judæorum ignaviæ depellendæ satis esse posset. Nam in avaritiam et libidinem prolapsi, et morbo contumaciæ in Deum extreme laborantes, in sanctos prophetas graviter concitati sunt; et alii quidem dictis eorum fidem non habentes dicere : « Alia nobis loquimini, et annuntiate alium errorem [92]; » C alii vero, naturæ divinæ patientiam prope dixerim accusantes, inter se, ut apparet, loqui ac deridere : Procul abest dies, periit omnis visio. Idcirco ait Deus ad beatum Ezechielem : « Fili hominis, ecce domus Israel exasperans, semper dicit : Visio quam hic videt, est in multos dies, et in longinqua tempora hic vaticinatur. Propterea dic illis : Hæc ait Adonai Dominus : Non protrahentur omnes sermones mei quos loquar, quia loquar sermonem et faciam, dicit Adonai Dominus [93]. » Rursum alii tantum non de sua ipsorum salute et vita desperantes, ita animosi et audaces facti sunt, qui etiam dixerunt : Veniat cito belli tempus, non invenient nos imbelles et ad quemvis strepitum pavitantes, qui vastitatem D illaturi sunt. Sumus et nos bellandi non imperiti, et rei militaris non ignari. Ilos ergo ad hunc modum affectos merito luget, et inquit : 93 « Væ trahentibus peccata velut funiculo longo, et quasi jugali loro juvencæ, iniquitates. » Peccata et iniquitates hic dicit supplicia et pœnas pro peccatis : procul vero abesse adhuc et nondum prope, quod Deus adhuc pati velit; trahi autem quodammodo ab illis, eo quod divinæ iræ acrimoniam et asperitatem sensuri sint. Quibus ego singulis illud congruentissime et vere dici posse arbitror : « Num divitias bonitatis ejus et tolerantiæ et lenitatis contemnis? Ignoras

[92] Isa. xxx, 10. [93] Ezech. xii, 27, 28.

Digitized by Google

bonitatem Dei ad resipiscentiam te invitare? At secundum obstinationem tuam, et cor resipiscere nescium thesaurizas tibi ipsi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei,[98]. » Trahunt enim ita, uti dixi, ipsi in se punitionis tempus, fortassis etiam soluti inde et securi, quia differt punire eos, et quia turpiter delinquentibus pœnam non irrogat. Trahunt ergo peccata quasi funiculo longo, et quasi jugali loro juvencæ, iniquitates. Quemadmodum enim qui juvencas vel boves jugis submittunt, trahunt quandoque vi multa, et alligant ad labores : ad eumdem, credo, ipsum modum, hi qui se objiciunt iræ divinæ, dicunt : « Appropinquent cito quæ faciet, ut videamus, et veniat consilium sancti Israelis, ut sciamus. » Alius item e sanctis prophetis luget quoque eos qui istud dicunt idemque sentiunt. Væ, inquit, desiderantibus diem Domini, et illa est caligo et non lux, et opacitas non habens lumen suum. Quocirca, cum Deum offensum esse intelligimus, confestim duci pœnitudine oportet, et precibus assiduis illum mitigare potius, non commotum jam irritare, nec comminantem contemnere. Est enim lenis et multum misericors, auferens iniquitates, et superans injustitias, et paucis quandoque lacrymis peccantium, ad placabilitatem serenitatemque sibi gratissimam traducitur.

A ὀργῆς περιπεσεῖν κινήμασιν. Οἶμαι δὲ ἔγωγε τῶν τοιούτων ἑκάστῳ πρεπωδέστατά τε καὶ ἀληθῶς δύνασθαι λέγειν ἡμᾶς· « Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει ; Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν, ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. » Ἕλκουσι γάρ, ὡς ἔφην, αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν τὸν τῆς κολάσεως καιρὸν, τάχα που μικρᾷψυχοῦντες, ὅτι μέλλει κολάζων αὐτοὺς, καὶ μὴ πλημμελοῦσιν ἀκαθέκτως ἐπετίθει τὰς δίκας. Ἕλκουσι τοίνυν τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοίνῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας. Ὥσπερ γὰρ τὰς δαμάλεις, ἤτοι τὰς βοῦς ὑποφέροντες τοῖς ζυγοῖς, ἕλκουσιν ἑαυτοὺς B ὅτε σὺν βίᾳ πολλῇ, καὶ καταδεσμεύουσιν εἰς πόνους· τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον κἀκεῖνοι τοῖς ἐκ θείας ὀργῆς ἐπισυμβήσεσθαι μέλλουσιν ἑαυτοὺς ὑποφέροντες ἔφασκον· « Ἐγγισάτω τὸ τάχος, ἃ ποιήσει, ἵνα ἴδωμεν, καὶ ἐλθέτω ἡ βουλὴ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ ἵνα γνῶμεν. » Τοῦτο λέγοντας καὶ οὕτω πεφρονηκότας καὶ ἕτερος τῶν ἁγίων προφητῶν ταλανίζει λέγων· Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου· καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος, καὶ οὐ φῶς, καὶ γνόφος οὐκ ἔχων φέγγος αὐτοῦ. Χρὴ τοίνυν μανθάνοντας ὅτι λελύπηται Θεὸς, παραχρῆμα μετανοεῖν, καὶ ἀκαταλήκτοις προσευχαῖς μειλίσσεσθαι μᾶλλον αὐτὸν, οὐ παροτρύνειν ἔτι κεκινημένον· οὔτε μὴν ἀπειλοῦντος καταφρονεῖν· μακρόθυμος γάρ ἐστι, καὶ πολυέλεος, ἀποφέρων ἀνομίας, καὶ ὑπερβαίνων ἀδικίας· καὶ μικροῖς ἔσθ' ὅτε δακρύοις τῶν ἡμαρτηκότων ἐπὶ τὴν αὐτῷ φιλαιτάτην γαληνότητα μεθιστάμενος.

Verss. 20, 21. *Væ dicentibus malum bonum, et bonum malum ; qui ponunt tenebras lucem, et lucem tenebras ; qui ponunt amarum dulce, et dulce amarum. Væ his qui sibi ipsis videntur sapientes, et coram semetipsis prudentes sunt.*

C *Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρὸν, οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος, οἱ τιθέντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. Οὐαὶ οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες.*

Insipientes esse omnino eos etiam hisce verbis arguit, qui peccata quasi longo 94 funiculo trahunt. Cum enim pœnitentiam omni laude dignam existimare, et se ab ira impendente probe ac integre vivendo conservare, et Deo omnipotenti offenso, prece et supplicatione, se probare oporteret : nummularii improbi evaserunt, turpiora in pretio habentes, notantes vero ut adulterinum citra discrimen id quod præstabilius est, et ad suam ipsorum salutem utilissimum. Convenit ergo hoc, Væ illis, sic affectis, quia in seipsos impii et stulti judices D exstiterunt. Etenim cum malum bonum esse dicerent, et tenebras lucem ducerent, et amarum dulce, et dulce amarum affirmarent : cumque maluerint calamitates belli subire, cum alioqui facile a malis immunes esse potuissent, repudiata etiam ipsa per Christum illustratione, in tenebris remanserunt. Et dicit propheta : « Cum exspectarent lucem, factæ sunt illis tenebræ ; exspectantes splendorem, in caligine versabantur. » Ad eam vero impietatem animique efferationem provoluti sunt, ut quantumvis Dei clementiæ ejusque spei dulcissimus fructus illis propositus esset, pœnarum tamen ipsi acerbi-

Ἀσυνέτους ὄντας παντελῶς καὶ διὰ τούτων ἐλέγχει τοὺς τὰς ἁμαρτίας ἐπισπωμένους ὡς σχοινίῳ μακρῷ. Δέον γὰρ ἐπαίνου παντὸς ἀξιοῦν τὸ χρῆναι μετανοεῖν, καὶ διὰ πάσης ἐπιεικείας ἀπαλλάττειν ἑαυτοὺς τῆς ἐπηρτημένης ὀργῆς, καὶ ταῖς νηστείαις ἀπολογεῖσθαι λελυπημένῳ τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ· ἀδόκιμοι γεγόνασι τραπεζῖται, τιμῶντες μὲν τὰ αἰσχίω, κατακιβδηλεύοντες δὲ τὸ ἀσυγκρίτως ἄμεινον, καὶ τὸ ὅτι μάλιστα λυσιτελὲς εἰς σωτηρίαν αὐτοῖς. Πρέπει δὴ οὖν ἄρα τοῖς οὕτω πεφρονηκόσι τὸ οὐαί. Ἀνόσιοι γὰρ καὶ ἀσύνετοι καθ' ἑαυτῶν γεγόνασι δικασταί. Τὸ μὲν γὰρ πονηρὸν καλὸν εἶναι λέγοντες, καταλογιζόμενοι τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ μὲν πικρὸν γλυκὺ, τὸ δὲ γλυκὺ πικρὸν εἶναι διαβεβαιούμενοι, διά γε τοῦ παθεῖν ἐλέσθαι τὰς ἐκ τοῦ πολέμου συμφορὰς, καίτοι μετὸν εὐκόλως ἔξω γενέσθαι τοῦ κακοῦ, παρωσάμενοι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν διὰ Χριστοῦ φωτισμὸν, μεμενήκασιν ἐν σκότῳ. Καὶ τί φησιν ὁ προφήτης ; « Ὑπομεινάντων φῶς ἐγένετο αὐτοῖς σκότος· μείναντες αὐγὴν ἐν σκοτίᾳ περιεπάτησαν. » Κατώλισθον δὲ δυσβουλίας εἰς τοῦτο καὶ φρενῶν ἀγριότητος, ὥστε καὶ προκειμένης αὐτοῖς εἰς ἀπόλαυσιν τῆς ἡμερότητος τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἐντεῦθεν γλυκείας ἐλπίδος,

[98] Rom. II, 4, 5.

Digitized by Google

εἵλοντο μᾶλλον αὐτοὶ τὰς ἐκ τοῦ κολάζεσθαι πικρίας, καὶ τοῖς οὕτω δεινοῖς ἐκτρύχεσθαι κακοῖς. Πεπονθέναι δὲ τοῦτό φησιν αὐτοὺς, ὅτι γεγόνασιν ἐν ἑαυτοῖς συνετοὶ, καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες. Ἀληθὲς ὅτι κατὰ τὴν τοῦ Παροιμιαστοῦ φωνὴν, « Ἀνεξέλεγκτος σοφία πλανᾶται. » Φορτικὸν δὲ καὶ ἐπιζήμιον τὸ περιαυτίζεσθαι φιλεῖν τοῖς τοῦτο ὁρᾷν εἰωθόσι, καὶ ἀποδιδόναι μόνῃ τῇ ἰδίᾳ γνώμῃ τὸ δοκεῖν εἰδέναι τὸ ὠφελοῦν. Οὕτω καὶ Γράμμα φησὶν ἱερόν· Ὁ δὲ κατοιόμενος καὶ καταφρονητὴς ἀνὴρ ἀλαζὼν οὐδὲν οὐ μὴ περάνῃ. Ταύτην ἔχοντες τὴν ἀῤῥωστίαν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, τὰς παρὰ τοῦ Σωτῆρος οὐκ ἐδέχοντο συμβουλάς. Ἦσαν γὰρ, ἦσαν, οὐκ ἐνώπιον Κυρίου μᾶλλον, ἀλλ' ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες, ἐξοφρυώμενοι μὲν καὶ μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τῇ τῶν θείων εἰδήσει νόμων, ἐγνωκότες δὲ τὸ σύμπαν οὐδέν. Τυφλοὶ γὰρ ἦσαν τυφλῶν ὁδηγοὶ, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος φωνήν.

Οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν, οἱ τὸν οἶνον πίνοντες, καὶ οἱ δυνασταὶ οἱ κεραννύντες τὸ σίκερα· οἱ δικαιοῦντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκα δώρων, καὶ τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου αἴροντες.

Οἱ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς ἀδρότεροί τε καὶ εὐκλεέστεροι, καὶ τὸ προῦχειν τῶν ἄλλων ἐν εἰδήσει τῶν θείων ἔχοντες νόμων, καὶ τὰς παρ' αὐτοῖς ποιούμενοι κρίσεις, διεβέβληντο λίαν, ὡς ἅπληστον εἰς δωροδοκίαν ἐκτείνοντες χεῖρα, καὶ τοῖς ἀδικεῖν ἐθέλουσιν ἀδελφοὺς τὴν παρ' ἑαυτῶν εὐκόλως καταπωλοῦντες ψῆφον· καίτοι τοῦ νόμου λέγοντος ἐναργῶς· « Κρίμα δίκαιον κρίνατε. » Ὅτι δέ ἐστιν ἀληθὲς ὃ φημι, πιστώσεται λέγων ὁ προφήτης Ἀμβακούμ· « Ἕως τίνος, Κύριε, κεκράξομαι, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ; βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος, καὶ οὐ σώσεις; Ἵνα τί δεδειξάς μοι κόπους καὶ πόνους, ἐπιβλέπειν ταλαιπωρίαν καὶ ἀσέβειαν; Ἐξ ἐναντίας μου γέγονε κρίσις, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνει. Διὰ τοῦτο διεσκέδασται νόμος, καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρίμα, ὅτι ἀσεβὴς καταδυναστεύει τὸν δίκαιον. Ἕνεκα τούτου ἐξελεύσεται τὸ κρίμα διεστραμμένον. » Καὶ αὐτὸς δέ πού φησιν ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἤτοι τὴν Σιών· « Οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσιν, κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα· ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσει χήρας οὐ προσέχοντες. » Ταῦτα δὲ ἔδρων αἰσχρῶν λημμάτων ἡττώμενοι· καὶ τάχα που τὰ εἰς πότους καὶ τρυφὰς ἀνοσίως ἐρανιζόμενοι, καὶ ἐξ ἀδικιῶν συλλέγοντες. Αἰτιᾶται γὰρ αὐτοὺς διὰ φωνῆς προφήτου, λέγων· Καὶ τὰ ἱμάτια αὐτῶν δεσμεύοντες σχοινίοις, παραπετάσματα ἐποίουν ἐχόμενα τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ οἶνον ἐκ συκοφαντιῶν ἔπινον ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ αὐτῶν. Οὐαὶ τοίνυν, φησὶ, τοῖς ἁδροῖς καὶ δυνατοῖς, τοῖς ἀρτίουσι περιέργως τὸ σίκερα, τοῖς φιλοπότας, καὶ ἀγαπῶσι μέθην, τοῖς τὸ δίκαιον αἴρουσι τοῦ δικαίου, τοῦτ' ἔστι, τοῖς κατακρίνουσι μὲν τὸν ἠδικημένον, ἀπονέμουσι δὲ ψῆφον δικαίαν τοῖς εἰωθόσι πλεονεκτεῖν. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ἀναφανδὸν εἰπεῖν τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρὸν, καὶ σκότος εἰς φῶς, καὶ τὸ φῶς εἰς σκότος,

A tatem elegerunt, et his gravissimis quidem malis divexari maluerunt. Idque propterea illis accidisse ait, quod apud seipsos sapientes, et in oculis suis prudentes viderentur. Quod quidem verum est, quia juxta Parœmiastæ vocem [96] : « Sapientia reprehensionis impatiens, errat. » Et sibi præsidere solere, et ex suo arbitrio judicioque solo, quid utile cognitu sit, explicare, id grave est et perniciosum his qui id facere consueverunt. Sic etiam sacra Scriptura inquit : Insolens et contemptor ac vir arrogans non proficiet. Cum hoc animi morbo laborarent Judæorum duces, consilio Servatoris non acquieverunt. Erant enim, erant prudentes, non apud Dominum, sed apud se, supercilia tollentes, et alte sapientes propter divinarum legum scientiam, cum omnino B nihil sciverint. Cæci enim erant, juxta Servatoris vocem, duces cæcorum.

Vers. 22, 23. *Væ his qui inter vos robusti sunt ad bibendum vinum, et validi ad miscendam siceram : qui justificant impium propter munera, et justitiam justi tollunt ab eo.*

Primores et nobilissimi Judaicæ Synagogæ, et qui inter alios cognitione divinarum legum eminebant, judiciaque apud eos **95** exercebant, graviter hujus criminis arcessebantur, quasi ad largitiones accipiendas inexplebilem manum extendentes, et quibus animus erat injuriam facere fratribus, his facile suum suffragium vendentes, licet clare dicat lex : « Judicium justum judicate [97]. » Verum C esse quod dico confirmabit propheta Habacum, dicens : « Quousque clamabo, et non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, et non servabis? Quare ostendisti mihi labores et dolores ut viderem miseriam et impietatem? Contra me factum est judicium, et judex accipit. Ideo dissipata est lex, et non perductum est ad finem judicium, quia impius prævalet justo. Idcirco exibit judicium perversum [98]. » Divinus quoque Isaias ipse alloquitur Jerusalem seu Sion : « Principes tui non obediunt, socii sunt furum, diligunt munera, inhiant præmiis, pupillis non judicant, et judicio viduæ non attendunt [99]. » Hæc autem fecerunt, corrupti sordidis muneribus, ac fortassis etiam impie colligentes, et ad fomenta D fœdarum voluptatum ex injuriis corrogantes. Accusat quippe eos voce prophetæ, dicens : Vestes eorum vincientes funiculis, vela fecerunt contigua altari, et vinum ex sycophantiis biberunt in domo Dei sui. Væ itaque, inquit, his qui robusti sunt et validi, qui exquisite siceram condiunt, qui potioni indulgent, et ebrietate delectantur, qui justitiam tollunt a justo, id est, injuste oppressum condemnant, et causam hominum avaritiæ studentium justa sententia adjuvant. Et hoc plane est, ut arbitror, malum dicere bonum, et bonum malum, tenebras lucem, et lucem tenebras, amarum dulce, et dulce amarum. Deplorat autem in omnibus robustos,

[96] Prov. xix, 19. [97] Deut. i, 16. [98] Habac. i, 2-4. [99] Isa. i, 25.

Digitized by Google

præcellentes et præpotentes, quandoquidem potentes potenter et acriter torquebuntur, et cui multum additum est, ab eo multum exigetur, juxta vocem Servatoris. Non enim pari supplicio afficientur principes et subditi. Etenim hi prætexunt interdum se non scire voluntatem domini sui : at illi etsi sciant exactissime, non fecerunt tamen. Eamque ob causam merito duriora patientur ab eo qui pœnam irrogat.

VERS. 24. *Propterea quemadmodum exuretur stipula a carbone ignis, et comburetur a flamma resoluta, radix eorum quasi lanugo erit, et flos eorum ut cinis ascendet.*

96 Quoniam, inquit, contra se ipsi protraxerunt peccata velut funiculo longo, nec recti rerum æstimatores fuerunt, criminantes bonum, laudantes malum, sapientes etiam apud seipsos, et oculis suis prudentes, et quæ his fœdiora erant spectantes, impium propter munera justum pronuntiantes, jus justo eripientes : his omnibus de causis, erunt materia concremabilis, instar stipulæ, et ignis fomentum et flammæ accensæ eos depascentur : ut una cum radicibus ipsorum quoque fructus consumantur, id est, ut cum parentibus et ex his etiam procreati simul intereant, et tanquam pulvisculus aut cinis, rapidissimi venti impetu dissipentur. Accensam vero flammam dicit, quæ a nullo exstincta est. Incidit enim quandoque ignis et in segetem, et in vites, non tamen incenduntur, quia multi succurrunt, nec sinunt eum invalescere, ut agros nullo prohibente depopuletur. Cæterum si nullus laborat, nec ulterius cursum flammæ impedit, tunc accensa erit, et libera, et effrenate quodcunque obvium invadet. Quare Deo omnipotente bellicis calamitatibus eos objiciente, et sacrosancto suffragio multante, cum nullus omnium subveniret : hinc accensam facem, optimo jure iram nominat. Ut enim beatus Moses ait : « Deus noster ignis consumens est. Et si clauserit contra hominem, quis aperiet [1] ? » Iis igitur divinus David accinit dicens : « Tu formidabilis, o Domine, ecquis resistet tibi [2] ? » Omnibus igitur viribus effugienda est hæc ira, utpote terribilis et inevitabilis. Itaque docemur in precibus dicere : « Domine, ne in furore tuo redarguas me, nec ira tua castiges me [3]. » Non enim acerbum est castigari, sed ex ira quasi et furore id contra nos fieri, et molestum est, et intolerabile. Sic et propheta : « Castiga, » inquit, « nos, Domine, verum in judicio, non in furore : ne nos ad numerum paucissimum redigas. »

VERS. 25. *Non enim voluerunt legem Domini Sabaoth, sed oraculum sancti Israelis irritarunt. Et commotus est furore Dominus Sabaoth in populum suum, et injecit manum in eos, et percussit eos, et exacerbati*

τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. Ἰστέον δὲ ὅτι δυνατοὶ δυνατῶς ἐτασθήσονται · καὶ ᾧ παρέθεντο πολὺ περισσότερον ἀπαιτοῦσι παρ' αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Οὐ γὰρ ἴσῳ τρόπῳ τὰ τῆς κολάσεως ἔσται, τοῖς τε ἡγουμένοις καὶ τοῖς ὑπὸ χεῖρα κειμένοις. Οἱ μὲν γὰρ ἴσθ' ὅτε προβαλοῦνται τὸ μὴ εἰδέναι τυχὸν τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτῶν · οἱ δὲ καίτοι λίαν ἐγνωκότες ἀκριβῶς οὐ δεδράκασιν. Ταύτῃ τοι δικαίως δυσαχθεστέραν ὑπομενοῦσι τὴν τοῦ κολάζοντος κίνησιν.

Διὰ τοῦτο, ὃν τρόπον καυθήσεται ἡ καλάμη ὑπὸ ἄνθρακος πυρὸς, καὶ συγκαυθήσεται ὑπὸ φλογὸς ἀνειμένης, ἡ ῥίζα αὐτῶν ὡς χοῦς ἔσται, καὶ τὸ ἄνθος αὐτῶν, ὡς κονιορτὸς ἀναβήσεται.

Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν, φησὶν, ἐπεσπάσαντο τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ γεγόνασιν οὐκ ὀρθοὶ τῶν πραγμάτων κριταὶ, καταψέγοντες μὲν τὸ ἀγαθὸν, ἐπαινοῦντες δὲ τὸ πονηρὸν, σοφοί τε ἦσαν ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες, καὶ πρὸς τὰ ἔτι τούτων αἰσχίονα βλέποντες, δεδικαιώκασι μὲν ἕνεκα δώρων τὸν ἀσεβῆ, τὸ δὲ δίκαιον τοῦ δικαίου ἔλαβον · τούτων ἕνεκά πάντων ὡς εὐκατάπρηστος ὕλη, καὶ καλάμης δίκην, πυρὸς ἔσονται τροφὴ, καὶ φλόγες αὐτοὺς ἀνειμέναι κατανεμηθήσονται, ὡς ὁμοῦ ταῖς ῥίζαις τοὺς ἐξ αὐτῶν ἀπανηθῆναι καρποὺς, τοῦτ' ἔστι, συνδιολέσθαι τοῖς τεκοῦσι τὰ ἐξ αὐτῶν, καὶ ὡς χοῦν ἢ κόνιν ῥαγδαιοτάτου πνεύματος διαριπισθῆναι προσβολαῖς. Ἀνειμένην δὲ φλόγα φησὶ τὴν ὑπ' οὐδενὸς σβεννυμένην. Ἐμπέπτωκε μὲν γὰρ ἤ ληΐοις ἤγουν ἀμπέλοις ἔσθ' ὅτε πῦρ · ἀλλ' οὐ γέγονεν ἀνημμένη, ἐπαμυνόντων πολλῶν, καὶ προσελθεῖν οὐκ ἐώντων, οὔτε μὴν ἀδιακωλύτως κατανέμεσθαι τοὺς ἀγρούς. Πονοῦντος δὲ οὐδενὸς, ἤγουν ἀνακόπτοντος τὸν ἐπέκεινα δρόμον τῆς φλογὸς, τότε δὴ τότε καὶ ἀνημμένη τις ἔσται καὶ ἄφετος, καὶ ἀχάλινος οὖσα πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν παρακειμένων. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ταῖς τοῦ πολέμου συμφοραῖς ὑποφέροντος αὐτοὺς τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ, καὶ ὁσίᾳ ψήφῳ κολάζοντος, οὐδεὶς παντελῶς ἐπαμύνων ἦν · ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως ἀνημμένην φλόγα τὴν ὀργὴν ὀνομάζει. Ὡς γάρ φησιν ὁ μακάριος Μωσῆς · « Ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστὶν, καὶ ἐὰν κλείσῃ κατὰ ἀνθρώπου, τίς ἀνοίξει ; » Καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ψάλλει · « Σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι ἀπὸ τῆς ὀργῆς σου ; » Χρὴ οὖν ἄρα παντὶ σθένει χρωμένους παραιτεῖσθαι τὴν ὀργήν· φοβερὸν γὰρ τὸ χρῆμα, καὶ δυσδιάφυκτον· καὶ γοῦν δεδιδάγμεθα λέγειν ἐν προσευχαῖς · « Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. » Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν τὸ παιδεύεσθαι χαλεπόν. Φορτικὸν δὲ καὶ δύσοιστον, τὸ ἐν ὀργῇ καὶ θυμῷ τοῦτο πράττεσθαι καθ' ἡμῶν · οὕτω καὶ ὁ προφήτης ἔλεγεν · « Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ, ἵνα μὴ ὀλίγους ἡμᾶς ποιήσῃς. »

Οὐ γὰρ ἠθέλησαν τὸν νόμον Κυρίου Σαβαὼθ, ἀλλὰ τὸ λόγιον τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ παρώξυναν. Καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ Κύριος Σαβαὼθ ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπέβαλε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' αὐτοὺς,

[1] Deut. IV, 24. [2] Psal. LXXV, 8. [3] Psal. VI, 2.

Digitized by Google

καὶ ἐπάταξεν αὐτούς, καὶ παρωξύνθη τὰ ὄρη, καὶ ἐγενήθη τὰ θνησιμαῖα αὐτῶν ὡς κοπρία ἐν μέσῳ ὁδοῦ.

A *sunt montes, et* 97 *facta sunt morticinia eorum velut fimus in medio viæ.*

Ὁ σοφώτατος Ἱερεμίας ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἀμαθείαις τε καὶ ὑπερηφίαις ἐπιπλήττει λέγων· « Πῶς ἐρεῖτε, ὅτι Σοφοί ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ νόμος Κυρίου μεθ' ἡμῶν ἐστιν; Εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος, ψευδὴς γραμματεύς, ἠσχύνθησαν σοφοί, ἐπτοήθησαν καὶ ἐάλωσαν. Σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς; Ὅτι τὸν λόγον Κυρίου ἀπεδοκίμασαν. » Προσήκαντο μὲν γὰρ οὐδαμῶς τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικόν· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸν τὸν διὰ Μωσέως τετιμήκασι νόμον. Ὡς γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν ὁ Χριστός· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. » Πεπλημμελήκασι τοίνυν κατ' ἄμφω, καὶ ἀπεδοκίμασαν οἱ δείλαιοι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, μήτε τὰς διὰ νόμου προαγορεύσεις ὡς ἀληθεῖς δεχόμενοι, μήτε μὴν τὸν σωτήριον εὐαγγελικὸν ἐπαινέσαντες λόγον. Ταύτῃτοι διὰ φωνῆς Ἱερεμίου περὶ αὐτῶν ἔφη Θεός· « Πρὸς τίνα λαλήσω, καὶ διαμαρτύρομαι, καὶ εἰσακούσεται; ἰδοὺ ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δύνανται ἀκούειν. Ἰδοὺ τὸ ῥῆμα Κυρίου ἐγενήθη αὐτοῖς εἰς ὀνειδισμόν· οὐ μὴ βουληθῶσιν αὐτὸ ἀκούειν. » Κατωνείδιζον γὰρ τὸ ῥῆμα Χριστοῦ, τοῖς ἀκροωμένοις περὶ αὐτοῦ λέγοντες· « Δαιμόνιον ἔχει, καὶ μαίνεται, τί αὐτοῦ ἀκούετε; » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὐκ ἠθέλησαν τὸν νόμον Κυρίου Σαβαὼθ, παρώτρυναν δὲ καὶ τὸ λόγιον τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, τοῦτ' ἔστι, Χριστοῦ· Ἐθυμώθη, φησὶν, ὀργῇ, καὶ ἐπάταξεν αὐτούς, καὶ παρωξύνθη τὰ ὄρη. Καὶ πολά φησιν ἐν τούτοις ὄρη; ἢ δηλονότι τὰς Ῥωμαίων ἀρχάς, διά τοι τὸ ἐν δόξῃ περιφανεῖ, καὶ τὸ ἐν ἀξιώμασιν ἐπηρμένον; Ἀπὸ δὲ τοῦ παροξυνθῆναι τὰ ὄρη, γέγονεν αὐτῶν ὡς κοπρία τὰ θνησιμαῖα, τοῦτ' ἔστιν, οἱ ἐκ τοῦ πολέμου νεκροὶ, διερριμμένοι πανταχῇ, καὶ τάχα που κείμενοι σωρηδόν, καὶ πᾶσαν αὐτῶν πιμπλάντες τὴν χώραν. Καὶ ἑτέρως δὲ κατὰ τῶν παροτρυνόντων διὰ τῆς ἀπειθείας τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Θεόν. Παροτρύνονται γὰρ ὄρη τὰ νοητὰ, τοῦτ' ἔστιν, ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, καὶ οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου. Οὗ δὴ γεγονότος, πᾶσά πως ἀνάγκη τὸν ψυχῆς ὑπομεῖναι θάνατον τοὺς ὑπενηνεγμένους αὐτοῖς. Ἐπικουροῦντος μὲν γὰρ τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ, κἂν παροτρύνηται καθ' ἡμῶν τὰ ὄρη, λόγος αὐτῶν οὐδείς. Γέγραπται γὰρ, ὅτι Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. Ἀφιστάντος δὲ τὴν χεῖρα, καὶ οὐκ ἔτι σώζειν ἀνεχομένου, τὸ τηνικάδε κειμόμεθα, καὶ κοπρίων δίκην ὑπὸ πόδας τῶν ἐχθρῶν ἐσόμεθα.

Sapientissimus Jeremias inscitiam Judæorum et superbiam taxat, dicens: « Quomodo dicetis, Sapientes sumus nos, et lex Domini apud nos est? Vanus factus est juncus, mendax scriba; pudefacti sunt sapientes, perterriti sunt, et capti sunt. Sapientia quænam illis inest[4]? Quoniam verbum Domini respuerunt. » Neque enim prædicationem Evangelii admiserunt, imo nec ipsam legem a Mose traditam coluerunt: ut etiam ipse Christus dixerat: « Si credidissetis Mosi, credidissetis mihi: nam de me ille scripsit[5]. » Contra utrumque ergo deliquerunt, et Dei verbum repudiarunt miseri, neque prædictiones legales ut veras recipientes, neque salutari evangelicoque sermoni suffragantes. Idcirco voce Jeremiæ de ipsis locutus est Deus: « Ad quem loquar, et contestabor, et exaudiet? Ecce incircumcisæ aures eorum, nec possunt audire. Ecce verbum Domini factum est illis in opprobrium. Nolunt illud audire[6]. » Probris enim commacularunt verbum Domini, cum de ipso audientibus dicerent: « Dæmonium habet, et insanit; quid illum auditis[7]? » Cum ergo legem Domini Sabaoth non voluerint, irritarunt oraculum sancti Israel, id est, Christi. Commotus est, inquit, furore, et percussit eos, et exacerbati sunt montes. Quosnam dicit hic montes? annon videlicet Romanum imperium propter splendorem gloriæ, et dignitatis eminentiam? Eo quod exacerbati sunt montes, facta sunt morticinia eorum quasi fimus, id est, qui in bello mortui sunt, passim et sparsim projecti sunt, et acervatim jacuerunt, universamque regionem eorum repleverunt. Quinetiam aliter de his qui per inobedientiam omnium Servatorem Deum exacerbarunt, intelligi potest. Exacerbati sunt enim montes intelligibiles, id est, principatus, et potestates, et mundi domini, rectores tenebrarum harum[8]. Quod ubi fit, eos qui subditi illis sunt, mortem animæ subire omnino est necessum. Etenim Deo optimo maximo suppetias ferente, quantumvis contra nos excanduerint montes, nulla eorum ratio habenda est. Scriptum est enim: Castrametabitur angelus Domini circa timentes ipsum, et eruet eos. Sin manum ille subtraxerit, nec jam servare sustinuerit, tunc jacebimus, et velut stercus pedibus inimicorum substernemur.

Ἐπὶ πᾶσι τούτοις οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς, ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλή. Τοιγαροῦν ἀρεῖ σύσσημον ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς μακρὰν, καὶ συριεῖ αὐτοῖς ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς. Καὶ ἰδοὺ ταχὺ κούφως ἔρχονται· οὐ πεινάσουσιν, οὐδὲ κοπιάσουσιν, οὐδὲ νυστάξουσιν, οὐδὲ κοιμηθήσονται, οὐδὲ μὴ λύσωσι τὰς ζώνας αὐτῶν ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτῶν, οὐδ' οὐ μὴ ῥαγῶσιν οἱ ἱμάντες τῶν

98 VERS. 25-30. *In omnibus his non aversa est ira, sed adhuc manus excelsa. Itaque levabit signum in gentibus longinquis, et assibilabit illis ab extremo terræ. Et ecce cito leviter venient: non esurient, neque laborabunt, neque dormitabunt, neque consopientur, neque solvent cingula sua a lumbo suo, neque rumpentur corrigiæ calceorum ipsorum: quorum tela acuta sunt, et arcus eorum extensi. Pedes*

[4] Jerem. VIII, 8, 9. [5] Joan. V, 46. [6] Jerem. VI, 10. [7] Joan. X, 20. [8] Ephes. VI, 12.

Digitized by Google

equorum eorum ut solida petra reputati sunt: rotæ curruum ipsorum quasi tempestas. Irruunt quasi leones, et astiterunt quasi catulus leonis. Et apprehendet et vociferabitur quasi fera, et injiciet se, nec erit qui eripiat. Et vociferabitur propter ipsos die illo, ut sonitus maris inundantis, et inspicient in terram, et ecce caligo tetra in eorum inopia.

A ὑποδημάτων αὐτῶν, ὧν τὰ βέλη ὀξέα ἐστὶ, καὶ τὰ τόξα αὐτῶν ἐντεταμένα. Οἱ πόδες τῶν ἵππων αὐτῶν ὡς στερεὰ πέτρα ἐλογίσθησαν· οἱ τροχοὶ τῶν ἁρμάτων αὐτῶν ὡς καταιγίς. Ὁρμῶσιν ὡς λέοντες, καὶ παρεστήκασιν ὡς σκύμνος λέοντος. Καὶ ἐπιλήψεται, καὶ βοήσεται ὡς θηρίον, καὶ ἐκβαλεῖ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ῥυόμενος. Καὶ βοήσεται δι' αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὡς φωνὴ θαλάσσης κυμαινούσης, καὶ ἐμβλέψονται εἰς γῆν, καὶ ἰδοὺ σκότος σκληρὸν ἐν τῇ ἀπορίᾳ αὐτῶν.

Quod ira in eos justa judicantis hic non sistet, sed ulterius progredietur, ex his quæ jam proposita sunt, perspicuum erit. Nam licet crudeliter vastati, fame et siti pressi, bellique calamitatibus impliciti fuerint miselli, tamen in hac aversione a Deo perstiterunt, nec ab ira liberi immunesque fuerunt. B Hoc enim, opinor, significat ubi ait: Adhuc manus excelsa, quippe feriens eos qui peccaverunt. In altum enim semper elevatur manus percutientis. Dein quæ et quanta montium irritatio sit futura, et qui furoris eorum administri erunt, quanta cum fortitudine et audacia, et insueta in homines immanitate et sævitia adorientur, declarat cum dicit: « Itaque levabit signum in gentibus longinquis. » Non enim vicini erant, aut Judæorum regioni contermini, qui eam vastarunt, et Hierosolyma cunctasque Judæorum urbes cremarunt; sed ex longinquis regionibus et ex omni terra congregati: complures quippe, imo innumerabiles conjunctis copiis et clypeis Vespasianum et Titum adjuverunt. Signumque, inquit, dabitur, perinde ut belli ac pugnæ tempore. C Sic enim ducibus solemne est, multitudinem sub ipsis merentem in aciem educturis, signum quoddam dare, et vexilla, ut vocant, in altum tollere. Quorum et propheta Isaias meminit: **99** Capietur, inquiens, ut vexillum in monte, et ut signum gerens in colle. Vexillum namque collocantes in præaltis verticibus, vel recta procedunt, vel retrocedunt, vel etiam suspendunt quiddam ad quod acies respicit. Novit enim hoc pacto ducis voluntatem. Itaque levabit, inquit, signum, assibilabit illis. Sumit hoc rursus, velut a consuetudine apum. Solent enim apiarii sibilo eas excitare, et ita ex alveariis ad flores et herbas educere, et ex agris quoque reducere, domique ut immorentur efficere. Sibilabit ergo, inquit. Hi vero accurrere volucres et leves, famem magnopere non curare, nec pertimescere labores, sed insomnes esse, et præcincti, ac bellico apparatu instructissimi, indomitis equis vehi, ac instar turbinis impetum facere, leonibus similes, ac more ferarum vorare: occursu adeo sævi et truces, ut citra pugnam possent vincere, nemine contra se opponente, vel ad subsidium ferendum satis valente. Erit item ploratus eo tempore, et clamor confusus, ut nemo sit qui præsit aliis, perinde quasi sonitus maris per regionem Judæorum dissiparetur. Erit etiam caligo tetra, idque partim propter nebulam quasi et noctem intelligitur, partim, ac quidem verius, propter terrores et consilii inopiam. Mala enim graviora menti tenebras offundunt. Inservit

Ὅτι μὴ μέχρι τούτων τὰ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ὀργῆς μετρηθήσεται παρὰ τοῦ τὰ δίκαια κρίνοντος, προβήσεται δὲ καὶ ἐπέκεινα, σαφηνεῖ τὸ προκείμενον. Καίτοι γὰρ ἀγρίως πεπορθημένοι, λιμῷ τε καὶ δίψει πεπιεσμένοι, καὶ ταῖς τοῦ πολέμου συμφοραῖς ἐναλόντες οἱ δείλαιοι, μεμενήκασιν ἐν ἀποστροφῇ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἔξω γεγόνασι τῆς ὀργῆς. Τοῦτο γάρ, οἶμαι, σημαίνει λέγων τὸ, Ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλὴ, ὅτι πλήττουσα τοὺς ἡμαρτηκότας. Ὑψοῦ γὰρ ἀεί πως ἡ τοῦ παίοντος αἴρεται χείρ. Εἶτα τίς ἡ πόσος ὁ τῶν ὀρῶν ἔσται παροξυσμὸς, τίνες δὲ καὶ οἱ τοῖς ἐκείνων ὑπηρετησόμενοι θυμοῖς, καὶ μεθ' ὅσης ἥξουσιν ἀνδρείας τε καὶ εὐτολμίας, καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀήθους ὠμότητος, ἐμφανίζει λέγων· « Τοιγαροῦν ἀρεῖ σύσσημον ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς μακράν. » Οὐ γὰρ ὅμοροι καὶ γείτονες τῆς Ἰουδαίων χώρας οἱ ταύτην ἠρημωκότες καὶ κατεμπρήσαντες τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ἁπάσας δὲ τὰς τῶν Ἰουδαίων πόλεις, ἀλλ' ἐκ χωρῶν τῶν μακρὰν, καὶ ἐξ ἁπάσης τῆς γῆς συναγηγερμένοι. Ἠλείστοι γὰρ λίαν· μᾶλλον δὲ τάχα που καὶ ἀριθμοῦ κρείττονες καὶ οἱ συνασπίζοντες Οὐεσπασιανῷ τε καὶ Τίτῳ. Σύσσημον δὲ δοθήσεται, φησὶν, ὡς ἐν καιρῷ πολέμου καὶ μάχης. Ἔθος γὰρ τοῖς στρατηγοῖς ἐξοπλίζειν μέλλουσιν εἰς παράταξιν τὴν ὑπὸ χεῖρα πληθὺν, σύσσημα διδόναι, τὰς καλουμένας σημαίας αἴροντας ὑψοῦ. Ὧν καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας διαμέμνηται λέγων· Καταληφθήσεται, ὡς ἱστὸς ἐπ' ὄρους, καὶ ὡς σημαίαν φέρων ἐπὶ βουνοῦ. Ἱστοὺς γὰρ ἱστάντες ἐν ὑψηλοῖς γηλόφοις, ἢ ὀρθοῦσιν, ἢ κατακλίνουσιν, ἢ καὶ ἀπαρτῶσί τινα πρὸς ἃ βλέπει τὸ μάχιμον. Εἶδεν δὲ οὕτω τοῦ στρατηγοῦ τί τὸ δοκοῦν. Αἴρει τοιγαροῦν τὸ σύσσημον, φησὶ, καὶ συριεῖ αὐτοῖς. Δέχεται δὲ καὶ τοῦτο πάλιν, ὡς ἀπό γε τῆς συνηθείας τῆς ἐπὶ τῶν μυιῶν. Ἐν ἔθει γάρ πώς ἐστι τοῖς μελισσοκόμοις συρίζειν αὐταῖς· οὕτω τε τῶν σιμβλων ἀποφέρειν εἰς ἄνθη καὶ πόας, καὶ μὴν καὶ ἀνακομίζειν ἐξ ἀγρῶν, οἴκοι τε αὐτὰς ἐναυλίζεσθαι ποιεῖν. Συριεῖ τοίνυν, φησίν. Οἱ δὲ ἀφίξονται πτηνοί τε καὶ κοῦφοι, λιμοῦ μὲν ὀλίγα πεφροντικότες, οὐ δεδιότες δὲ πόνους, ἄϋπνοί τε καὶ εὐζωνότατοι, καὶ ἐξηρτυμένοι τὰ τακτικὰ, καὶ ἀτρύτοις ἵπποις ἐποχούμενοι, καὶ ὁρμῶντες ὡς καταιγὶς, καὶ ἐν ἴσῳ λάουσι, καὶ κατεσθίοντες ὡς θηρία. Δυσάντητοι δὲ οὕτως ἔσονται καὶ δεινοὶ, ὡς ἀμαχεὶ δύνασθαι νικᾷν ἀντεξάγοντος οὐδενὸς, ἥγουν ἱκανῶς ἔχοντος εἰς ἐπικουρίαν. Ἔσται δὲ θρῆνος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ βοὴ συμμιγὴς, ὡς οὐδὲν ἕτερον ἡγεῖσθαί τινας, ἢ ὅτι θαλάσσης ἠχὴ τῆς Ἰουδαίων κατασκίδναται χώρας. Ἔσται δὲ καὶ σκληρὸν σκότος καὶ οὔτι που πάντως τὸ ὡς ἐν ὁμίχλῃ νοούμενον καὶ νυκτὶ, τὸ ἐκ δειμάτων δὲ μᾶλ-

Digitized by Google

λον καὶ ἀπορίας. Σκοτοῖ γὰρ τὸν νοῦν τὰ παγχάλεπα τῶν κακῶν. Ὀνίνησι τοιγαροῦν διὰ παντὸς ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ποιεῖται γὰρ οὐ μάτην τὰς τῶν ἐσομένων προαγορεύσεις· καὶ δίεισιν ἀκριβῶς τὰ μεγέθη τῶν κακῶν· ἵν' ἐπειδήπερ ἀνουθέτητοί τε πολλάκις ἐσμὲν, καὶ πεποιήμεθα παρ' οὐδὲν τὸν εἰς μετάγνωσιν καλοῦντα λόγον, κἂν γοῦν ὑποπτήξαντες τὸ ταῖς οὕτω δειναῖς ἐναλῶναι δίκαις, τὸν θεῖον ἐν ἑαυτοῖς εἰσδεξώμεθα φόβον, καὶ ἀποσπουδάσαντες τὰ πονηρὰ, μετακομίσωμεν τὴν καρδίαν εἰς γε τὸ χρῆναι λοιπὸν ἐλέσθαι τὸ ἀγαθόν.

A igitur Deus universitatis utilitati nostræ in omnibus. Nec enim sine causa facit futurorum prædictionem, et accurate narrat magnitudinem malorum, ut quoniam sæpe indociles sumus, et sermonem ad pœnitentiam vocantem negligimus, saltem metuentes ne tam grandi pœna involvamur, Dei timorem in nobis suscipiamus, et dediscentes mala, animum deinceps ad bonum amplectendum convertamus.

Καὶ ἐγένετο τοῦ ἐνιαυτοῦ, οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας ὁ βασιλεὺς, εἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ, καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ Σεραφεὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ. Ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί. Καὶ ταῖς μὲν δυσὶν, κατεκάλυπτον τὰ πρόσωπα, καὶ ταῖς δυσὶ κατεκάλυπτον τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶν ἐπέταντο. Καὶ ἐκέκραγον ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἔλεγον· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ.

CAP. VI. VERS. 1-3. *Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex vidi Dominum Sabaoth sedentem in solio excelso et elevato; et plena domus gloria ejus. Et Seraphim steterunt circum eum: sex alæ uni, et sex alæ alteri; duabus quidem velabant faciem, duabus vero obvelabant pedes, et duabus volabant. Clamabantque alter ad alterum, et dixerunt: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus.*

Οὐ καθ' ἕνα τυχὸν, οὔτε μὴν ἀδιαστάτως οἱ μακάριοι προφῆται τὰς τῶν ὁράτων ἀποκαλύψεις ἐδέχοντο παρὰ Θεοῦ. Ἀνὰ μέρος δὲ μᾶλλον, κατὰ τὸ Δεσπότῃ δοκοῦν. Καὶ ἐν χρόνοις καθ' οὓς ἤθελε τοῦτο δρᾷν ὁ ἀποκαλύπτων βαθέα καὶ ἀπόκρυφα, καὶ γινώσκων τὰ κεκρυμμένα. Καὶ γὰρ ἔστι μετὰ τοῦτο φῶς, καθὰ γέγραπται. Ὀζίου τοιγαροῦν τοῦ καὶ Ἀζαρίου περιόντος ἔτι, καὶ τοὺς τῆς βασιλείας τῆς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις διέποντος θρόνους, τοὺς ἐπὶ τοῖς ἤδη φθάσασι πεποίηται λόγους ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας. Ἦν μὲν γὰρ Ὀζίας καὶ Ἀζαρίας, τῶν ὅτι μάλιστα φιλοθεωτάτων, πεποιηκέναι γὰρ λέγεται τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ Θεοῦ. Πλὴν οὐ μέχρι παντὸς διεσώσατο καλὴν καὶ ἀμώμητον τῆς εὐσεβείας τὴν δόξαν. Κατισχύσας γὰρ διὰ Θεοῦ τῶν ὁμόρων ἐθνῶν, πλεῖστά τε ὅσα καὶ ἀξιοθαύμαστα κατ' αὐτῶν ἐργασάμενος, τοῖς τῆς εὐπραγίας μεμέθυσται τρόποις· καὶ κατώλισθεν εἰς ὑπερηφίαν. Ἀφίκετο γὰρ εἰς τοῦτο γνώμης, ὥστε καὶ λειτουργίαν ἁρπάσαι τὴν ἱερὰν, καὶ αὐτόκλητος ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ δεῖν ἱερᾶσθαι τῷ Θεῷ. Εἰσελθὼν γὰρ εἰς τὸν θεῖον ναὸν, οὐ διὰ τῆς τῶν Λευιτῶν μεσιτείας, ἤγουν ἱερέων, προσκομίζειν ἤθελε τὰς θυσίας τῷ Θεῷ. Ἀλλ' ἐπ' αὐτὸ τὸ θεῖον ἀναπηδήσας θυσιαστήριον, θυμᾷν ἐζήτει παρὰ τὸ εἰωθὸς καὶ τὸν νόμον. Καὶ ἠλέγχετο μὲν παρὰ τῆς ἱερατευούσης φυλῆς ὡς ἀνόσια δρῶν, καὶ παραλύειν ἐπιχειρῶν τὸν νόμον. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς τῆς βασιλείας αὐχήμασιν ἐντρυφῶν προσνενέμηκεν ἑαυτῷ καὶ τὸ ἱερᾶσθαι πρέπειν· καὶ παρ' οὐδὲν ποιούμενος τὰς τῶν ἱερέων συμβουλὰς, ἠλέγχετο παραχρῆμα παρὰ Θεοῦ. Ἀελέπρωται γὰρ, αὐταῖς μετώποις ἐπηνθηκότος τοῦ πάθους. Οἶμαι δὲ δεῖν πρὸς ἀκριβῆ τῶν εἰρημένων εἴδησιν καὶ αὐτὰ τὰ θεῖα παραθέσθαι λόγια, τὰ ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα. Ἔχει δὲ οὕτως· « Ἐν ἔτει εἰκοστῷ καὶ ἑβδόμῳ τῷ Ἱεροβοὰμ βασιλεῖ Ἰσραὴλ, ἐβασίλευσεν Ἀζαρίας υἱὸς Ἀμασίου βασιλέως Ἰούδα. Ἓξ

100 Nec simul, nec sine intervallo beati prophetæ visorum revelationes acceperunt a Deo, sed paulatim et sigillatim, prout Domino visum est, et tum cum voluit facere is, qui retegit profunda et secreta, et qui occulta cognoscit. Lux enim apud illum est, sicut scriptum est. Ozia igitur, qui et Azarias dictus est, adhuc superstite, et regni Hierosolymitani solium occupante, superiores sermones habuit beatus propheta Isaias. Nam Ozias, qui Azarias, valde pius erat et religiosus, quippe qui legitur fecisse rectum in oculis Dei: at integram et illibatam religionis gloriam per omnia non retinuit. Expugnatis enim Dei auxilio et beneficio finitimis gentibus, et pluribus admirandisque rebus contra eas gestis, felici hoc successu inebriatus est, et ad superbiæ scopulum impegit. Eo enim amentiæ devenit, ut sacrum ministerium sibi ipse arripuerit, et sponte, non vocatus, ad sacrificandi munus accesserit. Ingressus enim Dei templum, non Levitarum vel sacerdotum opera vicaria uti in offerendis Deo hostiis voluit, sed ad divinum altare assiliens, præter morem et legem aggressus est incensum adolere: ac reprehensus quidem est a tribu sacerdotali, quasi impie agens, et legem violans. At is regali dignitate insolescens, sibi hanc sacerdotii functionem arrogavit, spretoque sacerdotum consilio, confestim a Deo redarguitur, lepra videlicet percussus, morbo in ipsa adeo fronte germinante. Quo autem hæc quæ dicta sunt plenius intelligantur, divina quoque ipsa oracula quæ de hac re scripta sunt, apponenda esse arbitror. Sic autem se habent: « Anno vicesimo septimo Jeroboami regis Israel, regnavit Azarias filius Amaziæ, regis Juda. Filius sexdecim annorum erat, cum regnaret. Regnavitque quinquaginta duos annos in Jerusalem. Nomen autem matris Chalia (1) fuit de Jerusalem. Fecitque quod rectum erat in oculis Do-

(1) Vulg. *Chelia.*

Digitized by Google

mihi juxta omnia quæ fecerat Amasias pater ejus : attamen excelsa non sustulit. Adhuc populus sacrificavit, et suffitum fecit in excelsis. Tetigit autem Dominus regem, et lepra correptus erat usque ad diem mortis suæ [9]. » Hæc quidem in Regnis. In Paralipomenis **101** autem, ut dixi : « Et ut obtinuit, » inquit, « elatum est cor ejus ad corrumpendum. Et injuste egit contra Dominum Deum suum, intravitque templum Domini ut adoleret in altari suffimentorum. Introivit autem post ipsum Zacharias sacerdos, et una cum eo sacerdotes Domini octoginta duo præpotentes, et stabant contra Oziam regem, et inquiunt : Non licet tibi, Ozia, adolere Domino, sed penes nos est, qui sacerdotio fungimur, qui filii Aaronis sumus, qui sanctificamur ad adolendum. Exi e sanctuario, quia recessisti a Domino, et non erit tibi hoc gloriæ a Deo. Iratus est autem Ozias, et in manu ejus thuribulum erat, ut adoleret in templo. Cumque iratus esset ipse sacerdotibus, lepra orta est in fronte ejus coram sacerdotibus in domo Domini, supra altare suffimentorum. Convertitque se ad eum summus sacerdos et sacerdotes, et ecce leprosus est in fronte, atque eum inde propere ejiciunt. Nam et ipse festinavit exire, quia arguit eum Dominus [10]. » Cum autem lex Mosaica sanciret, leprosum ut immundum omnino e castris emittendum esse, leprosus vero inquinaret, ac sua immunditie pollutum redderet eum quicum ipse versaretur ; habitaret tamen Ozias Hierosolymis, hinc totam propemodum Jerusalem inquinans : tacuit Dominus, non quidem prophetas sanctos contumelia afficiens, sed potius admonitione eorum indignos declarans eos, qui etiam præter legislatoris voluntatem immundo cohabitarent. Sic enim inquit alicubi et ad beatum Ezechielem : « Et linguam tuam ligabo, et obmutesces, nec eris illis corrector et censor : quia domus exasperans est [11]. » Obmutuit igitur, ostendens nimirum indignationem. Commota sunt enim Hierosolyma, et concussa est universa Judæorum regio. Quod intelligemus ex his quæ propheta Amos scripsit. Habet enim sic : « Verba Amos quæ facta sunt in Accarim ex Thecue, quæ vidit super Jerusalem, temporibus Oziæ regis Juda, et temporibus Jeroboami filii Joas regis Israel, duobus annis ante terræ motum [12]. » Postquam autem obiisset Ozias desiit tempus silentii, divinasque visiones sanctis prophetis Deus universitatis reddidit. Ideoque propheta Isaias : « Et factum est, inquit, anno quo mortuus est Ozias rex, **102** vidi Dominum Sabaoth sedentem in solio excelso et elevato. » Prophetam autem vidisse Filium in gloria Dei et Patris, nemo dubitare poterit, cum Joannes scribat de eo aperte : « Hæc autem dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, deque eo locutus est [13]. » Specta vero mihi divinæ dignitatis præstantiam, et in omnem creaturam dominatum. Ille enim est in excelso et elevato throno, pulcherrimis regni insignibus egregie

A καὶ δέκα ἐτῶν ἦν ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, καὶ πεντήκοντα καὶ δύο ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὄνομα τῆς μητρὸς αὐτοῦ Χαλία ἐξ Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἐποίησε τὸ εὐσεβὲς ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου, κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησεν Ἀμαζίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Πλὴν τῶν ὑψηλῶν οὐκ ἐξῆρεν· ἔτι ὁ λαὸς ἐθυσίαζεν, καὶ ἐθυμίαν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς. Καὶ ἥψατο Κύριος τοῦ βασιλέως. Καὶ ἦν λελεπρωμένος ἕως ἡμέρας θανάτου αὐτοῦ. » Καὶ ταυτὶ μὲν ἐν ταῖς Βασιλείαις. Ἐν δὲ Παραλειπομέναις, ὡς ἔφην· « Καὶ ὡς κατίσχυσε, φησὶν, ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ καταφθεῖραι. Καὶ ἠδίκησεν ἐν Κυρίῳ Θεῷ αὐτοῦ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν Κυρίου θυμιάσαι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τῶν θυμιαμάτων· καὶ εἰσῆλθεν ὀπίσω αὐτοῦ Ἀζαρίας ὁ ἱερεὺς, καὶ μετ' αὐτοῦ ἱερεῖς τοῦ Κυρίου ὀγδοήκοντα καὶ δύο υἱοὶ B δυνατοί· καὶ ἔστησαν ἐπὶ Ὀζίαν τὸν βασιλέα, καὶ εἶπαν αὐτῷ· Οὐ σοι, Ὀζία, θυμιάσαι τῷ Κυρίῳ, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἱερατεύουσι τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν τοῖς ἡγιασμένοις, θυμιάσαι. Ἔξελθε ἀπὸ τοῦ ἁγιάσματος, ὅτι ἀπέστης ἀπὸ Κυρίου. Καὶ οὐκ ἔσται σοι τοῦτο εἰς δόξαν παρὰ Κυρίου Θεοῦ. Καὶ ἐθυμώθη Ὀζίας· καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ θυμιατήριον τοῦ θυμιάσαι ἐν τῷ ναῷ· ἐν τῷ θυμωθῆναι αὐτὸν πρὸς τοὺς ἱερεῖς, καὶ ἡ λέπρα ἀνέτειλεν ἐν τῷ μετώπῳ αὐτοῦ, ἐναντίον τῶν ἱερέων ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου τῶν θυμιαμάτων. Καὶ ἐπέστρεψεν ἐπ' αὐτὸν ὁ ἱερεὺς ὁ πρῶτος καὶ οἱ ἱερεῖς, καὶ ἰδοὺ αὐτὸς λεπρὸς ἐν τῷ μετώπῳ. Καὶ κατέσπευσαν αὐτὸν ἐκεῖθεν, καὶ γὰρ αὐτὸς ἔσπευσεν ἐξελθεῖν, ὅτι ἤλεγξεν αὐτὸν Κύριος. » Ἐπειδὴ δὲ τοῦ διὰ Μωσέως προστάττοντος νόμου C χρῆναι δὴ πάντως ἐκπέμπεσθαι τῆς παρεμβολῆς ὡς ἀκάθαρτον τὸν λεπρὸν, καταμιαίνοντος δὲ καὶ κοινὸν ἀποφαίνοντος τῆς ἀκαθαρσίας τοῦ λεπροῦ τὸν συνόντα αὐτῷ, κατῴκηκεν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Ὀζίας, μονονουχὶ σύμπασαν διὰ τούτου μιαίνων τὴν Ἱερουσαλήμ. Σεσίγηκεν ὁ Δεσπότης οὐκ ἀτιμάζων προφήτας ἁγίους, ἀναξίους δὲ μᾶλλον ἀποφαίνων τῆς παρ' αὐτοῦ νουθεσίας τοὺς ἀκαθάρτους συνοικοῦντας παρά γε τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν. Οὕτω γάρ πού φησι καὶ πρὸς τὸν μακάριον Ἰεζεχιήλ· « Καὶ τὴν γλῶσσάν σου συνδήσω, καὶ ἀποκωφωθήσῃ· καὶ οὐκ ἔσῃ αὐτοῖς εἰς ἄνδρα εὐθύνοντα, ὅτι οἶκος παραπικραίνων ἐστίν. » Ἀποσεσίγηκε τοίνυν, καίτοι δεικνύων τὴν ἀγανάκτησιν. Σέσεισται γὰρ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ κατεδονήθη πᾶσα τῶν Ἰουδαίων χώρα. Εἰσόμεθα δὲ καὶ τοῦτο δι' D ὧν ἐγεγράφει ὁ προφήτης Ἀμώς. Ἔχει γὰρ οὕτως· « Λόγοι Ἀμὼς οἳ ἐγένοντο ἐν Ἀκκαρεὶμ ἐν Θεκουὲ, οὓς ἶδεν ὑπὲρ Ἱερουσαλὴμ ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοὰμ τοῦ Ἰωὰς βασιλέως Ἰσραὴλ πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ. » Ἐπειδὴ δὲ τετελεύτηκεν Ὀζίας συγκατέληξεν αὐτῷ τῆς σιωπῆς ὁ καιρός. Καὶ πάλιν ἐδίδου τὰς θεοπτίας τοῖς ἁγίοις προφήταις ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ταύτῃ τοί φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας· « Καὶ ἐγένετο τοῦ ἐνιαυτοῦ οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας ὁ βασιλεὺς, ἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου. » Ὅτι μὲν οὖν τὸν Υἱὸν ὁ προφήτης τεθέαται ἐν τῇ δόξῃ

[9] IV Reg. xv, 1-5. [10] II Paral. xxvi, 16-20. [11] Ezech. iii, 26. [12] Amos. i, 1. [13] Joan. xii, 41.

Digitized by Google

τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις, Ἰωάννου γράφοντος ἐναργῶς περὶ αὐτοῦ· « Ταῦτα δὲ εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε ἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ. » Ἄθρει δέ μοι τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς τὸ ἀξίωμα, καὶ τὸ κατὰ πάσης κτίσεως κράτος. Ὁ μὲν γὰρ ἐστιν ἐφ' ὑψηλοῦ τε καὶ ἐπηρμένου θρόνου τοῖς τῆς βασιλείας ἐκπρεπεστάτοις αὐχήμασιν εὖ μάλα κατεστεμμένος. Αἱ δὲ ἀνωτάτω δυνάμεις, μεθ' ἃς οὐδὲν ἐπέκεινα τῶν γενητῶν εἶναι λέγεται, κύκλῳ περιιστᾶσι τάξιν ἔχουσαι τὴν οἰκετικὴν, καὶ ταῖς εὐφημίαις καταγεραίρουσαι. Πλήρη τε εἶναί φησι τὴν γῆν ἅπασαν τῆς δόξης αὐτοῦ. Χρῆναι δὲ ὑπολαμβάνω μὴ ἐν τοπικοῖς ὑψώμασι τὸν θεῖον οἴεσθαι τεθεῖσθαι θρόνον. Εὔηθες γὰρ καὶ ἀσύνετον κομιδῇ τὸ χρῆμά ἐστιν. Ὑψοῦ δὲ ὁ θεῖος τέθειται θρόνος, καθὸ καὶ νοεῖται πάσης ἐπέκεινα φύσεως νοητῆς τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἡ δόξα. Ἡ δὲ κάθισις ἡ ἐπ' αὐτοῦ τὴν οἱονεὶ βεβαιότητά τε καὶ ἐν ταυτότητι τῶν ἀγαθῶν ἵδρυσίν τε καὶ διαμονὴν ἔοικεν ὑποδηλοῦν. Ψάλλει γὰρ οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. » Καὶ μὴν καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας πρὸς αὐτόν πού φησιν· « Ὅτι σὺ καθήμενος τὸν αἰῶνα, καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι τὸν αἰῶνα. » Ἀεὶ γὰρ καὶ ἐν παντὶ χρόνῳ φθαρτή τέ ἐστιν ἡ πεποιημένη φύσις, καὶ τῶν γενητῶν ἐν τούτοις τὸ μέτρον· κάθηται δὲ, ὡς ἔφην, ἡ πάντων τεχνίτις καὶ δημιουργὸς σοφία, τοῦτ' ἔστιν, ἀκλόνητον ἔχει τὴν ἐν ταυτότητι διαμονήν. Πλήρη δὲ εἶναί φησι τὸν οἶκον τῆς δόξης αὐτοῦ. Οὕπω γὰρ δεδυσσεβηκότος τοῦ Ἰσραὴλ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, ἐπλήρου τὸν οἶκον τὸν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἡ τοῦ Θεοῦ δόξα. Ἐπειδὴ δὲ ἠρνήσαντο τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ πεπτώκασιν εἰς ἀνοσιότητα τρόπων. Οὗ ἕνεκεν τὴν φωνὴν ἤκουσαν λέγοντος· « Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. » Ἑκάστῳ δὲ τῶν Σεραφεὶμ ἐξ ἐμπεφυκέναι φησὶ τὰς πτέρυγας, ὡς ταῖς μὲν δυσὶ κατακαλύπτειν τὸ πρόσωπον, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας, πέτασθαι δὲ ταῖς λοιπαῖς. Διερμηνεύεται δὲ Σεραφεὶμ, ἐμπρησταὶ ἤτοι θερμαίνοντες. Ψυχρὸν γὰρ οὐδὲν παρά γε ταῖς ἄνω δυνάμεσιν, αἴπερ ἂν εἶεν μάλιστα καὶ ἐγγὺς Θεοῦ. Ταύτῃ τοι καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ κολλώμενοι διὰ πίστεως καὶ πολιτείας τῆς ἀγαθῆς καὶ ἐννομωτάτης ζέοντες ἀποτελούμεθα τῷ πνεύματι, καὶ θερμοὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς Θεόν. Σύμβολον δὲ τὸ ταῖς πτέρυξι κατακαλύπτειν τὰ Σεραφεὶμ τό τε πρόσωπον καὶ τοὺς πόδας, πέτασθαι δὲ ταῖς δυσὶν, τοῦ μὴ δύνασθαί τινας ἢ ἀρχὴν ἢ τέλος ὁρᾶν ἐννοιῶν ἢ λόγων τῶν περὶ Θεοῦ. Σημαίνει μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν ἡ κεφαλὴ, καὶ τὸ πρόσωπον, τὸ δέ γε τέλος οἱ πόδες. Ἄναρχον γὰρ τὸ θεῖον καὶ τελευτᾶν οὐκ εἰδός. Προσβάλλομεν δὲ τοῖς διὰ μέσου μόλις τοῖς κατά γε τοὺς χρόνους φημὶ, καθ' οὓς, τὰ οὐκ ὄντα ποτὲ παρῆχθη πρὸς ὕπαρξιν. Πέτονται γε μὴν ὡς οὐδὲν ἔχοντες τὸ κατερρῑμμένον. Ὑψοῦ δὲ μᾶλλον ἀεὶ τὸ φρόνημα πρὸς Θεόν. Οὐ γάρ τοι καθ' ἡμᾶς φρονοῦσι τὰ κάτω, ἀλλ' ἐν ἀπορρήτοις τισὶν ὑψώμασιν ἐννοιῶν αἱ ἀνωτάτω δυνάμεις τὸν οἰκεῖον ἔχουσι νοῦν. Εὔφημον δὲ καὶ τὸ στόμα αὐ-

A coronatus. Supremæ item potestates, quibus multæ res genitæ superiores leguntur, undequaque circumstant, domesticorum locum tenentes, eumque ornantes laudibus. « Plena est, inquit, terra universa gloria ejus. » Dei autem thronum non in sublimitate loci terminata positum, meo judicio, existimare debemus : id enim profecto stultum est et frivolum : at in sublimi Dei thronus positus est, quatenus divini regni gloria omnem naturam sub intelligentiam cadentem, superare intelligitur. Deinde sessio quæ de eo dicitur, veluti firmitatem et stabilitatem in eodem bonorum tenore constantiamque videtur subnotare. Psallit enim sic et beatus David : « Deus sedet in throno sancto suo [14]. » Et propheta Jeremias ad eum dicit : « Tu sedes in sempiternum, et B nos perimus in sempiternum [15]. » Semper enim et omnino corruptioni obnoxia est rerum natura, et eorum quæ ortum habent mensura quædam est ac terminus. Sedet autem, uti dixi, omnium rerum architectatrix et opifex sapientia, id est, immota est, et eodem modo permanet. Plenam dicit esse domum gloria ejus. Nam quandiu Israei non admisit impietatem contra Dominum nostrum Jesum Christum, gloria Dei Hierosolymitanam domum implevit. Sed postquam negarunt regnum ejus, in morum impietatem proruerunt. Idcirco audiverunt vocem dicentis : « Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta [16]. » Unicuique autem Seraphim sex alas adnatas esse dicit, ut duabus faciem, duabus pedes tegerent, reliquis volarent. Seraphim, igniti seu ferventes exponitur. In superis enim potestatibus nihil frigidum, ut quæ proxime Deum sunt. Nos etiam hoc modo per fidem et bonam legique maxime consentaneam vitæ institutionem illi agglutinati, spiritu ferventes perficimur, et charitate in **103** Deum ardentes. Porro Seraphim alis velare faciem et pedes, et duobus volare, symbolum est, neminem posse vel principium, vel finem sententiarum aut sermonum de Deo introspicere. Caput enim et facies designant principium, finem pedes. Caret etenim principio Divinitas, et finis est nescia. Nos autem vix intuemur ea quæ in medio interjacent, ea, inquam, quæ tempore fiunt, quo ea quæ non sunt, in effectum aliquando producuntur. Volant denique, ut D qui nihil proculcatum habent seu abjectum : quin potius alte semper illorum mens in Deum fertur. Non enim, ut nos, hæc infima sapiunt hæ potestates supremæ, sed mentem habent arcanis quibusdam sententiarum sublimitatibus affixam et conjunctam. Os quoque eorum plenum est faustis ominationibus ac laudibus. Gloriam enim decantant, idque alternis vicibus, non quia defatigantur, ut ego quidem arbitror, sed honore sibi mutuo cedunt, et vicissim laudationes reddunt. Omnia enim supera ordinate fiunt ac decenter. Cum vero « Sanctus » ter dicunt, claudunt hymnum in hoc, « Dominus Sabaoth, » in una deitatis natura sanctam constituentes Triadem.

[14] Psal. XLVI, 9. [15] Baruch. III, 3. [16] Matth. XXIII, 38.

Digitized by Google

Subsistere enim Patrem plane dicimus, sic etiam Filium, et Spiritum sanctum. Neque vero quos dicimus, in naturalem aliquam diversitatem ulla ratio dissecat, sed in triplici hypostasi una deitas intelligitur. Hoc quidem nobis testatum faciunt per hos sanctos Seraphim, qui universam terram majestate ejus plenam dictitant, futura præcinentes, et administratæ per Christum dispensationis mysterium prænuntiantes. Priusquam enim Verbum caro factum esset, ille dæmon, ille exitialis, ille draco, ille defector, orbem terrarum occupabat, et creatura præ Creatore et Conditore adorabatur: at ubi factus est homo unigenitum Dei Verbum, omnis terra majestate ejus repleta est. Illi enim flectet se omne genu, et illi omnes linguæ ac tribus confitebuntur, ac illi servient, juxta id quod scriptum est. Proclamavit et hoc ante beatus David in spiritu; dixit enim: « Omnes gentes quas fecisti, venient, et adorabunt coram te [17]. » Hoc perfectum est, vocata gentium multitudine, et cunctis eum qui de nobis et pro nobis factus, est adorantibus, quique per seipsum manet supra omnia.

καὶ αὐτῷ δουλεύσουσι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Προανακεκράγει δὲ καὶ τοῦτο ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐν πνεύματι· ἔφη γάρ· « Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας, ἥξουσι, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε. » Τοῦτό τοι τετέλεσται κεκλημένης τῆς ἐξ ἐθνῶν πληθύος· καὶ προσκυνούντων ἁπάντων τῷ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γενομένῳ, μεμενηκότι δὲ δι' ἑαυτὸν ὑπὲρ πάντα.

104 Vers. 4. *Elevatum est superliminare a voce qua clamabant, et domus repleta est fumo.*

Contemplatus est enim propheta Dominum Sabaoth sedentem in solio celso et elevato, circumstantibus undique sanctis Seraphim, et laudibus continuis eum percelebrantibus. Affirmavit etiam domum fuisse plenam gloria ejus. Nunc vero commotum esse dicit superliminare, et domum fumo oppletam, idque quasi a voce, qua sancti Seraphim clamarunt. Nunquid ergo vocem dicemus causam fuisse eorum quæ in domo acciderunt? Atqui id sentire, quid ni sit valde ineptum? Quonam igitur pacto horum verborum intelligentiam assequemur? Optime et sapienter. Ante Servatoris nostri inhumanationem et adventum, dum adhuc Israel secundum legem inoffense et inculpate vitam institueret, percelebre illud templum, quod Hierosolymis exstruxit Solomon, gloria divina replebatur. Nam in eo sacrificabant ex legis præscripto. Cæterum ubi de cœlis venientem in humana forma, et ex lege et prophetis prædicatum non receperunt, imo vitæ principem vita privarunt, dereliquit domum suam, hæreditatem suam dimisit. Divertit enim ad gentes, et omnis terra gloria ejus impleta est, regio Judæorum in vastitatem redacta est, templumque ipsum incensum. Quando igitur juxta prophetiam et prædictionem, voce sanctorum Seraphim impleta est universa terra majestate ejus, tunc superliminare templi commotum est, fumoque impletum est. Itaque hoc, « A voce qua clamabant, » temporis significationem habet: nec prorsus doxologiæ opus est vel

Καὶ ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον ἀπὸ τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον, καὶ ὁ οἶκος ἐπλήσθη καπνοῦ.

Τεθέατται μὲν γὰρ ὁ προφήτης τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, περιεστηκότων ἐν κύκλῳ τῶν ἁγίων Σεραφεὶμ, καὶ ἀκαταλήκτοις δοξολογίαις εὐφημούντων αὐτόν. Διεβεβαιοῦτο δὲ, ὅτι πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ. Νῦν δὲ ἐπῆρθαί φησι τὸ ὑπέρθυρον, ἐμπεπλῆσθαι δὲ καὶ τὸν οἶκον καπνοῦ, καὶ ἀπό γε τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον τὰ ἅγια Σεραφείμ. Ἆρ' οὖν ἐροῦμεν τὴν φωνὴν αἰτίαν γενέσθαι τῶν συμβεβηκότων τῷ οἴκῳ; Καίτοι πῶς οὐ σφόδρα ἐστὶν ἀκαλλὲς τὸ φρονεῖν ἐλέσθαι ταυτί; Τίνα δὴ οὖν τρόπον ταῖς τῶν προκειμένων προσβαλοῦμεν ἐννοίαις; Ἀριστά τε καὶ σοφῶς. Πρὸ μὲν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως καὶ ἐπιδημίας, ἔτι τὴν ἐν νόμῳ πολιτείαν ἀκωλύτως τε καὶ ἀνεπιπλήκτως διέποντος τοῦ Ἰσραὴλ, πλήρης ἦν ὁ διαβόητος ἐκεῖνος νεὼς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὃν Σολομὼν ἀνεδείματο τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Ἐπετέλουν γὰρ ἐν αὐτῷ τὰς κατὰ νόμον θυσίας. Ἐπειδὴ δὲ τὸν ἐξ οὐρανοῦ ἀφιγμένον ἐν ἀνθρωπίᾳ μορφῇ, καὶ διὰ νόμου καὶ προφητῶν κεκηρυγμένον οὐ προσήκαντο, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπεκτόνασι τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, ἐγκατέλιπε τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἀφῆκε τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Ἀπονένευκε γὰρ εἰς τὰ ἔθνη, καὶ πεπλήρωται μὲν πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Παραδέδοται δὲ τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα πρὸς ἐρήμωσιν, ἐμπέπρησται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ νεώς. Ὅτε τοίνυν κατά γε τὴν προφητείαν ἤγουν προαγόρευσιν ἤτοι φωνὴν τῶν ἁγίων Σεραφεὶμ ἐπλήσθη πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ, τότε ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον τοῦ

[17] Psal. LXXXV, 8.

Digitized by Google

ναοῦ, καὶ ἐνεπλήσθη καπνοῦ. Οὐκοῦν τὸ, « ἀπὸ τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον, » χρόνου μᾶλλόν ἐστι σημαντικὸν, οὐχὶ δὴ πάντως τῆς δοξολογίας ἔργον καὶ ἀποτέλεσμα. Σημαίνει δὲ, οἶμαι, τὸ, « Ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον, » τὸ καταλελεῖφθαι τὸν ναόν. Ὅτι δὲ καὶ ἐμπέπρησται. τὸ ἐμπεπλῆσθαι λέγειν αὐτὸν καπνοῦ. Εἰ δὲ δή τις βούλοιτο καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τὰ τοιάδε νοεῖν, καὶ τὰ κατὰ παντὸς τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους πεπράχθαι λέγειν αὐτὰ νοητῶς, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος λογισμοῦ. Ὅτε γὰρ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δόξης ἐπλήσθη πᾶσα ἡ γῆ κεκλημένων διὰ τῆς πίστεως τῶν ἐθνῶν, τότε τῆς Ἰουδαίων διανοίας πᾶσα μὲν ἀσφάλεια λέλυται πνευματική. Καπνοῦ δὲ δίκην οἱ τάλανες, τὴν ἐκ τῆς ἀμαθίας ἀχλὺν λαβόντες εἰς νοῦν τυφλοὶ γεγόνασι νοητῶς. Ταύτῃτοι καὶ ὁ Σωτὴρ αὐτοῖς ἐπεφώνει λέγων· « Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτὶ, ἵνα μὴ ἡ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. » Τί δέ ἐστιν ἀσφαλὴς καὶ εὐάλωτος τῶν Ἰουδαίων ὁ νοῦς πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν παθῶν ἐπικουρίας τῆς ἄνωθεν ἔρημος ὤν, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις τῶν εὖ φρονεῖν εἰωθότων;

A effectus. Commotum autem esse superliminare, significat, ut opinor, dissolvi templum : incensum item esse, ex eo quod impleri fumo dicat, perspicuum est. Sin voluerit quis alio modo hæc intelligere, et de omni gente Judaica ea intelligibiliter perfecta esse dixerit, a recta ratione non exorbitaverit. Siquidem cum Servatoris nostri gloria omnis terra repleta esset, vocatis per fidem gentibus, tum Judæorum animi de omni spirituali securitate ac tranquillitate dimoti ac dejecti sunt, ac in morem fumi, nebula ignorationis in animum intromissa, miseri homines cæci **105** fuerunt intelligentia. Hinc et Servator clamavit illis : « Quandiu, lucem habetis, ambulate in luce, ne tenebræ vos occupent [18]. » Judæorum autem mentes lubricas et B labiles esse, ac omni generi perturbationum obnoxias, ope superna destitutas, ecquis tandem est qui ambigat?

Καὶ εἶπα, Ὦ τάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι, ὅτι ἄνθρωπος ὢν, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος ἐγὼ οἰκῶ· καὶ τὸν βασιλέα Κύριον Σαβαὼθ εἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς.

VERS. 5. *Et dixi, O me miserum, quia compunctus sum : quia cum homo sim, et immunda labia habens, in medio populi immunda labia habentis ego habito : et regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis.*

Ὁ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως προστέταχε νόμος, μὴ συναναμίγνυσθαι τοῖς ἁγίοις τὸν βέβηλον, καὶ πολλή τις ἄγαν ἡ ἐπιτήρησις παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐν τούτοις. Καὶ γοῦν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἁλιεύουσιν ἔτι προσεφώνει λέγων ὁ Κύριος· « Χαλάσατε τὰ C δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν. » Οὗ δὴ γεγονότος, ἰχθύων μὲν πλῆθος συνείληπτο πολὺ, τεθαυμακὼς δὲ τοῦ λόγου τὴν δύναμιν ὁ θεσπέσιος Πέτρος, « Προσέπεσε, φησὶ, τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ, λέγων· Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, Κύριε. » Ἀλλ' οὐκ ἂν ὁ Πέτρος ἠθέλησεν ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτοῦ τὸν Χριστόν. Ἐπειδὴ δὲ ᾔδει τὸν τοῦ νόμου σκοπὸν, ὡμολόγει μὲν ὅτι ἁμαρτωλός ἐστιν, ἐδεδίει δὲ τῷ ἁγίῳ συνεῖναι, κατά γε τὸ κρατῆσαν ἀεὶ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἔθος. Ἀφιγμένου δέ ποτε τοῦ Χριστοῦ καὶ εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν, εἶτα τεθεραπευκότος τοὺς ἐν τοῖς μνημείοις δαιμωνῶντας ἀγρίως, τεθαυμάκασι μὲν τὴν θεοσημείαν. Ἔφη δὲ ὁ Ματθαῖος, ὅτι « Πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τοῦ D Ἰησοῦ· καὶ ἰδόντες αὐτὸν, παρεκάλεσαν μεταβῆναι ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν. » Καίτοι πῶς οὐκ ἔδει μᾶλλον μεταποιεῖσθαι τοῦ τεθεραπευκότος, καὶ παρακαλεῖν προσμεῖναί τε αὐτοῖς, καὶ πολλῶν ἑτέρων θαυμάτων γενέσθαι δημιουργόν; Ἀλλ' ἦν εὐλαβείας ἀπόδειξις κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ τιμῆς τοῖς ἁγίοις ὀφειλομένης τρόπος τὸ παραιτεῖσθαί τινας ἐγγίζειν αὐτοῖς. Ματθαίου κεκλημένου καὶ ἀκολουθήσαντος τῷ Χριστῷ, εἶτα κεκληκότος αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· « Καὶ ἰδοὺ, » φησὶ, « πολλοὶ ἁμαρτωλοὶ καὶ τελῶναι ἐλθόντες συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Καὶ ἰδόντες οἱ Φαρισαῖοι ἔλεγον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Διὰ τί μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ τελωνῶν ἐσθίει

Lex per Mosen sapientissimum sanxit, profanus cum sanctis ne habeto commercium, inque eo apud Judæos summa erat observatio. Sanctos quoque apostolos jam piscantes allocutus est Dominus : « Dimittite, inquiens, retia vestra ad capturam : » quo facto, magna quidem piscium multitudo capta est, ac divinus Petrus verbi vim admiratus : « Accidit, ait, ad genua Jesu dicens : Recede a me, nam homo peccator sum, Domine [19]. » Nolebat tamen Petrus Christum a se abire, sed cognito legis scopo, se peccatorem confessus est, ac cum sancto esse horruit, secundum eam, quæ semper apud Judæos invaluerat, consuetudinem. Cum etiam Christus in regionem Gergesinorum aliquando venisset, deinde in monumentis immaniter a dæmone vexatos curasset, divinum quidem signum admirati sunt; attamen dixit Matthæus : « Tota civitas exivit obviam Jesu, et cum vidissent illum, rogabant ut a finibus ipsorum abscederet [20]. » Annon vero decebat magis ut eum qui curaverat detinerent, et rogarent uti apud se maneret, et alia quoque plura miracula patraret? Verum illis temporibus significatio erat reverentiæ cujusdam, et honoris sanctis debiti modus quidam, cavere, ne qui eos accederent. Matthæus etiam cum vocatus sequeretur Christum, ac postea eum in domum suam invitasset : « Ecce, » inquit, « multi peccatores et publicani accesserunt, et accubuerunt cum Jesu et discipulis ejus. Quod ubi vidissent Pharisæi, dixerunt discipulis ejus : Quare cum publicanis et peccatoribus edit præceptor vester [21]? » Intelligis ergo eos Christum accusare, quod lege posthabita voluerit cum malis

[18] Joan. XII, 35. [19] Luc. V, 4-8. [20] Matth. VIII, 34. [21] Matth. IX, 10, 11.

Digitized by Google

cibum capere. Incusat porro Deus eos, **106** qui Judaicæ Synagogæ primatum occuparunt, per prophetam, dicens : « Inter sanctum et profanum non discreverunt. » Reverentiæ igitur, ut dixi, modus erat, et legalium præceptorum traditio, ut eos versari cum sanctis nollent, in quibus vitii suspicio hæreret, et qui non haberent a peccatis liberam conscientiam. Tale quiddam etiam beato prophetæ accidisse videtur, ideoque ait : « Miserum me, quia compunctus sum. » Nec quia compunctus erat, propterea miser fuit : nam hoc pacto intelligere, quid ni perineptum ? sed quia compunctus sum, inquit, a conscientia, nimirum ideo dicebam : « O me miserum, quia homo sum, et immunda labia habeo, in medio populi immunda labia habentis ego habito, et regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis. » Nam cum sancti Seraphim mundo et sanctissimo ore laudes cecinissent, timuit ille, a Deo quippe edoctus, non ignorans indecoram esse in ore peccatoris laudationem, quemadmodum scriptum est. Erant enim immunda plane Israelitarum labia, utpote qui in Dominum nostrum Jesum Christum convicia jecerunt. Sin vero aiat propheta se quoque ejusmodi habere labia, licet Israeliticæ impietatis plane expers fuerit, dicimus eum ut sanctum de se modeste loqui, estque probabile, quatenus erat ex sanguine Israel, seipsum omni crimine non eximere, pervagatum autem populi vitium notare, ut servet ita illos qui peccaverant. Vel humanæ naturæ morbum confitetur : cujusmodi est illud a beato Davide contra omnem hominem dictum : « Ego dixi in excessu meo : Omnis homo mendax [22]. » Est enim infecta morbo mendacii ac vanitatis mens humana, licet malo hoc liberentur quidam, sobrietate id lucrifacientes. Timuit ergo propheta quod cum mundus non esset, quemadmodum certe sunt sancti Seraphim, Dominum Sabaoth contemplatus fuerit et tacuerit, atque adeo a laudibus celebrandis abstinuerit, quod ore non ita mundo sit prædilus. Quod autem puris labiis celebrare laudes oporteat, ex eo quod quidam sanctorum discipulorum dicit de lingua, planum fieri potest : « Illa laudamus Dominum et Patrem, et illa maledicimus homines ad similitudinem Dei conditos. Non oportet, fratres mei, hæc sic fieri. Nunquid fons ex eodem **107** foramine ebullit dulcem et amaram aquam? Nunquid potest, fratres mei, ficus oleas proferre ? aut vitis ficus? Sicneque idem fons salsam et dulcem aquam edere [22]. »

ὁ διδάσκαλος ὑμῶν ; » Συνῆς οὖν ὅπως ὡς ἠμεληκότα τοῦ νόμου κατηγιῶντο τὸν Χριστὸν, διά τοι τὸ θέλειν συνδιαιτᾶσθαι πονηροῖς. Ἐπαιτιᾶται δέ που καὶ Θεὸς τοὺς τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς προσεγκεῖσθαι λαχόντας διὰ προφήτου λέγων· « Ἀνὰ μέσον ἁγίου καὶ βεβήλου οὐ διέστελλον. » Εὐλαβείας οὖν ἅρα τρόπος, ὡς ἔφην, καὶ νομικῶν ἐνταλμάτων παράδοσις τὸ μὴ συνεῖναι θέλειν τοῖς ἁγίοις τοὺς ἐν ὑπολήψει φαυλότητος, καὶ οὐκ ἐλεύθερον ἁμαρτιῶν ἔχοντας τὸ συνειδός. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ μακάριος προφήτης ὁρᾶται παθὼν, ταύτῃτοί φησιν· « Ὢ τάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι. » Καὶ οὐ διὰ τοῦτο τάλας, ὅτι κατανένυκται. Πῶς οὐκ εὖηθες τοῦτο οὕτω νοεῖν· ἀλλ' ὅτι κατανένυκται, φησὶν, ὑπὸ τοῦ συνειδότος, δῆλον δὲ ὅτι διὰ τοῦτο ἔφην· « Ὢ τάλας ἐγὼ, ὅτι ἄνθρωπος ὢν, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος ἐγὼ οἰκῶ· καὶ τὸν βασιλέα Κύριον Σαβαὼθ ἴδον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου. » Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἅγια Σεραφεὶμ καθαροῖς καὶ πανάγνοις στόμασιν ἐποιοῦντο τὰς δοξολογίας, δέδιεν αὐτὸς τὸ χρῆμα, θεοδίδακτος ὢν, καὶ οὐκ ἀγνοήσας ὅτι οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ, καθὰ γέγραπται. Ἦν μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ἀκάθαρτα χείλη τοῦ Ἰσραήλ· δεδυσφημήκασι γὰρ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Εἰ δὲ δὴ λέγοι καὶ ὁ προφήτης, ὅτι καὶ αὐτὸς ἔχοι τὰ χείλη τοιαῦτα, καίτοι τῆς τοῦ Ἰσραὴλ δυσσεβείας ἀμοιρήσας παντελῶς, φαμὲν ὅτι μετριάζει μὲν ὡς ἅγιος, εἰκὸς δὲ ὅτι καὶ ὡς ὑπάρχων ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, οὐκ ἔξω τίθησι τῆς αἰτίας ἑαυτόν. Ἀλλ' ὑποφέρει τῷ κοινῷ τοῦ λαοῦ πλημμελήματι, σώζων διὰ τούτου τοὺς ἡμαρτηκότας· ἦγουν τῆς ἀνθρώπου φύσεως ὁμολογεῖ τὴν νόσον. Ὁποῖόν ἐστι τὸ παρὰ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ, κατὰ τοῦ παντὸς ἀνθρώπου λεγόμενον· « Ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. » Νοσεῖ γὰρ τὸ ψεῦδος ἡ ἀνθρώπου διάνοια, κἂν τί ἀπαλλάττοιντό τινες τοῦ κακοῦ, νήψει τὸ χρῆμα κερδαίνοντες. Δέδιε τοίνυν ὁ προφήτης ὅτι μὴ ὑπάρχων οὕτω καθαρὸς, καθάπερ ἀμέλει τὰ ἅγια Σεραφεὶμ, τεθέαται μὲν τὸν Κύριον Σαβαὼθ, σεσίγηκε δὲ, καίτοι μᾶλλον ὀφείλων δοξολογεῖν, διὰ τὸ μὴ οὕτως ἔχειν καθαρὸν τὸ στόμα. Ὅτι δὲ χρὴ καθαροῖς στόμασιν ὑμνολογεῖν, σαφὲς ἂν γένοιτο περὶ τῆς γλώσσης λέγοντος ἑνὸς τῶν ἁγίων μαθητῶν· « Ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Κύριον καὶ Πατέρα. Καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας. Οὐ χρὴ, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι. Μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν; Μὴ δύναται, ἀδελφοί μου, συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι; ἢ ἄμπελος σῦκα; Οὕτως οὐδὲ ἁλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ. »

VERS. 6, 7. *Et missus est ad me unus ex Seraphim, et in manu habebat carbonem, quem forcipe accepit ab altari, et tetigit os meum, et dixit : Ecce tetigit hoc labia tua, et adimet iniquitates tuas, et peccata tua emundabit.*

Καὶ ἀπεστάλη πρὸς μὲ ἓν τῶν Σεραφεὶμ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ.

Divinus Paulus scribit de sanctis angelis, omnes

Ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος περὶ τῶν ἁγίων

[22] Psal. CXV, 11. [22] Jac. III, 9.

Digitized by Google

ἀγγέλων, ὅτι πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Καὶ τὸ χρῆμά ἐστιν οὐκ ἀσυμφανές. Πάντα μὲν γὰρ ἐν κόσμῳ τὰ παρὰ ταῖς ἄνω δυνάμεσι καὶ τιμῆς ἥτοι λειτουργίας μέτρα παρ' αὐταῖς, καὶ ὅροι τέθεινται τῆς ἑκάστου δόξης, παρά γε τοῦ πάντα κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν διανέμοντος Θεοῦ. Ἱλὴν εἷς ἐφ' ἅπασιν ὁ ζυγὸς, καὶ ὑπηρετοῦσι νεύμασι τοῖς Δεσποτικοῖς, οὐκ ἀπαξιοῦντα τὴν δουλείαν, ἀλλ' ἐν μοίρᾳ τιμῆς καὶ δόξης καταλογιζόμενά που τὸ ἐν τούτοις γνήσιον. Προαναμορφοῦται τοίνυν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ προφήτου τὸ Χριστοῦ μυστήριον, διὰ τῶν ἄνω δυνάμεων εὖ μάλα διακονούμενον. Ἀποστέλλεται γοῦν ἓν τῶν Σεραφεὶμ ἄνθρακα ἔχον, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ τοῦτο ἄρα ἦν Χριστοῦ σύμβολον, ὃς δι' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν προσεκόμισεν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, εἰς θυσίαν πνευματικὴν καθαρὰν καὶ ἀδέβηλον καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. Ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου λαμβάνεται. Παρεικάζεταί γε μὴν ἄνθρακι· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν εἰπεῖν ἀναγκαῖον. Ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ πυρὶ τὴν θείαν παρεικάζειν φύσιν. Ὤφθη γὰρ οὕτω τῷ μακαρίῳ Ἰσραὴλ ἐν τῷ ὄρει Χωρὴμ ἤτοι Σινᾶ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐκκλησίας. Οὕτω καὶ αὐτῷ τῷ μακαρίῳ Μωσῇ ποιμαίνοντι κατὰ τὴν ἔρημον, ἐν εἴδει πυρὸς ἐν τῷ βάτῳ κατὰ καιροὺς, ὤφθη τε καὶ προσελάλει. Ὥσπερ οὖν ὁ ἄνθραξ ξύλον ἐστὶ τῇ φύσει, πλὴν ὅλος δι' ὅλου μεμέστωται τοῦ πυρὸς, καὶ τὴν αὐτοῦ δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν ἔχει· κατὰ τοῦτον, οἶμαι, τρόπον νοοῖτ' ἂν εἰκότως καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός· « Γέγονε γὰρ σὰρξ ὁ Λόγος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Ἀλλ' εἰ καὶ ἦν καθ' ἡμᾶς ὁρώμενος ἄνθρωπος οἰκονομικῶς, ἀλλ' οὖν ἅπαν τὸ τῆς θεότητος πλήρωμα κατῴκησεν ἐν αὐτῷ, κατά γέ φημι τὸν τῆς ἑνώσεως τρόπον. Ταύτῃτοι καὶ διὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς θεοπρεπεστάτας ἔχων ὁρᾶται τὰς ἐνεργείας. Ἥψατο γοῦν τῆς σοροῦ, καὶ ἀνέστησε τὸν τεθνεῶτα τῆς χήρας υἱόν. Καὶ μὴν καὶ πτύσας ἐνετίθει τυφλοῖς τὸ βλέπειν, πηλῷ καταχρίων τοὺς ὀφθαλμούς. Ἄνθρακι δὴ οὖν εὖ μάλα παρεικαστέον τὸν Ἐμμανουὴλ, ὃς εἰ καὶ γένοιτό πως ἐν τοῖς ἡμετέροις χείλεσιν, πάντη τε καὶ πάντως ἀφαιρεῖ τὰς ἁμαρτίας, καὶ περικαθαιρεῖ τὰς ἀνομίας. Εἶτα πῶς ἐν τοῖς ἡμετέροις χείλεσιν ἔσται; Ὅταν τὴν πίστιν ὁμολογῶμεν τὴν εἰς αὐτόν. Οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος· « Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν, ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τοῦτ' ἔστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν. Ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου ὅτι Κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ· καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. » Ἔστω τοίνυν ἐν τοῖς χείλεσιν ἡμῶν ὁ θεῖος ἄνθραξ, ὁ τὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας καταφλέγων συρφετὸν, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἀνομίας ἐντήκων ῥύπον, καὶ ζέοντας ἡμᾶς ἀποτελῶν τῷ πνεύματι. Εἰ δὲ δὴ λέγοιτο τῇ λαβίδι λαμβάνεσθαι,

esse administros spiritus, ad ministerium delegatos propter eos qui hæreditatem salutis accepturi sunt [24]. Quod non est obscurum. Omnia namque ab illis supremis potestatibus ornate splendideque administrantur, et honoris, et administrationis termini finesque gloriæ cuique sunt constituti a Deo, qui omnia pro arbitratu suo dispensat. Atqui idem quasi jugum est omnibus sanctis spiritibus, et Domini nutui serviunt, non indignam censentes servitutem, sed honori laudique ducentes id prompto ac liberali animo facere. Præfiguratur igitur ob oculos prophetæ mysterium Christi, per superas potestates optime administratum. Mittitur itaque e Seraphim unus, carbonem habens, quem de ara sumpsit forcipe. Hæc demum erat Christi significatio et repræsentatio, qui propter nos ac nostra causa seipsum in sacrificium spirituale, purum ac impollutum, obtulit, in odorem suavis fragrantiæ. Itaque non abs re de altari accipitur. Quam autem ob causam assimiletur prunæ, dicendum est necessario. Familiare est Scripturæ divinitus inspiratæ divinam naturam igni comparare. Sic enim apparuit Israeli in monte Choreb seu Sina, in die congregationis. Sic etiam ipsi beato Mosi pascenti in deserto, specie ignis olim in rubo conspectus est, et colloquebatur. Quemadmodum igitur carbo lignum quidem natura est, verum totus omni ex parte igni plenus est, ejusque vim et efficacitatem habet: ad eumdem, puto, modum et ipse Dominus noster Jesus Christus merito potest intelligi: « Caro enim Verbum factum est, et habitavit in nobis [25]. » Verum quamvis esset homo nobis similis ratione dispensationis, tamen omnis plenitudo divinitatis in eo habitavit, modo inquam unionis. Hinc et in carne sua **108** plane divinissimam operandi virtutem habere cernitur. Tacto siquidem loculo, mortuum viduæ filium suscitavit; et cum inspuisset, luto inunctis oculis, cæcis visum restituit. Rectissime ergo hic Emmanuel carboni comparandus est, qui si in nostris quodammodo labiis fuerit, omnino peccata auferet, et iniquitates expurgabit. Quomodo autem in labiis nostris erit? quando fidem, quæ in ipsum est, confessi fuerimus. Ita et divinus Paulus: « Prope te verbum est, in ore tuo, et in corde tuo; hæc est prædicatio fidei quam prædicamus. Quia si confessus fueris ore tuo Dominum Jesum, et credideris corde tuo Deum excitasse ipsum e mortuis, servaberis: corde enim creditur ad justificationem, ore autem confessio fit ad salutem [26 27]. » Sit itaque in labiis nostris divinus carbo, qui peccati quisquilias exurit, et iniquitatis sordes liquat, et nos spiritu ferventes reddit. Quod autem dicitur forcipe accipi, eleganter intelliges; quod fidem in ipso ac cognitionem legalibus et propheticis institutionibus sive prædictionibus, tanquam quapiam forcipe capimus. Unde passim ad veritatem probandam, sanctorum

[24] Hebr. I, 14. [25] Joan. I, 14. [26] Rom. XI, 8. [27] ibid. 10.

Digitized by Google

apostolorum obsignatur ac confirmatur oratio. Citatis enim ex lege et prophetis testimoniis, auditoribus fidem faciunt : et ipsi quoque carbonem quodammodo eorum labris admovent, cum fidem in Christum plane simpliciterque exponunt.

A συνήσεις ἀστείως ὅτι πίστιν τὴν ἐπ' αὐτῷ, καὶ μέντοι τὴν γνῶσιν, καθάπερ τινὶ λαβίδι δεχώμεθα διὰ νομικῶν τε ἅμα καὶ προφητικῶν παιδευμάτων, ἤτοι προαγορεύσεων. Ὅθεν καὶ ὁ τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἰς ἀλήθειαν πανταχῆ κατασφραγίζεται λόγος. Κεχρημένοι γὰρ ταῖς ἐκ νόμου καὶ προφητῶν μαρτυρίαις, ἀναπείθουσι τοὺς ἀκροωμένους, καὶ μονονουχὶ τὸν ἄνθρακα προσάγουσι καὶ αὐτοὶ τοῖς χείλεσιν αὐτῶν, ὁμολογεῖν τὴν πίστιν τὴν εἰς Χριστὸν παρασκευάζοντες.

VERS. 8. *Et audivi vocem Domini dicentis : Quem mittam? et quis proficiscetur ad populum istum? Et dixi : Ecce ego sum, mitte me.*

Καὶ ἤκουσα τῆς φωνῆς Κυρίου λέγοντος· Τίνα ἀποστείλω; καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; Καὶ εἶπα· Ἰδοὺ ἐγώ εἰμι· ἀπόστειλόν με.

Postquam prophetæ labia carbo tetigit, ejusque amovit iniquitates, tunc vocem Domini audit, nec extimescit amplius, et tacet illud : « O miserum me! » ac se fortiter ad legationem obeundam sistit, B eoque veluti non vocatus, ultro se ingerit : « Ecce ego, mitte me. » Quod dicat Deus : « Quem mittam, et quis proficiscetur ad populum istum? » non dicimus vocem esse dubitantis, aut quasi egentis aliquo qui mittatur, sed perstringentis potius Israelem tanquam valde inobedientem, et qui eorum qui missi sunt nemini obsecundaverit, imo eos interemerit. Nam alios contumeliose tractarunt, lapidarunt alios, **109** alios etiam interfecerunt : quemadmodum et Christus dixit, contexta nobis in Evangeliis parabola. Quem ergo mittam? Ecquis proficiscetur ad populum istum, qui ante missis non credidit, qui durus, qui crudelis fuit? Et reipsa comprobarunt non esse hominis cujusvis C cum illis rem habere, sed constantis solum, et propriam ipsam vitam abnuentis. Quod vero flecti ac moveri omnino noluerit Israel, licet ex his discere, quæ Deus ad beatum prophetam Ezechielem locutus est, quæ ita se habent : « Fili hominis, vade, ingredere ad domum Israel, et loquere sermones meos ad eum : quoniam non ad populum profundi labii et gravis linguæ emitteris, ad domum Israel, neque ad populos multos alterius vocis, vel alienæ linguæ ; neque ad eos, qui graves lingua sunt, quorum sermones non audies. Et si ad tales misissem te, audissent te : at domus Israel non vult audire te, quia nolunt audire me : quoniam tota domus Israel contentiosa est, et duro corde[26]. » Tantum non videlicet dubitans, et, ut modo dixi, D ob multam crudelitatem Israelitas insimulans. Quem igitur mitto? Propheta igitur omni cunctatione abjecta : « Ecce, inquit, ego, mitte me. » Quando ergo et nos divinus carbo contigerit, ab offensis puri erimus, et prompti, atque ad capessendam legationem juveniliter alacres : quod et fecerunt divini discipuli. Quamvis enim ex Judæis essent, et ante charitatem in Christum donatam, impura et ipsi labia haberent cum cæteris : postquam tamen fidem admisissent, præclaram confessionem ediderunt, ac carbo eos tetigit, ac tum quidem ad legationem vocati sunt, et sine mora sequebantur :

[Ὅτε τῶν τοῦ προφήτου χειλέων ὁ ἄνθραξ ἥψατο, καὶ ἀφῄρηκεν αὐτοῦ τὰς ἀνομίας, τότε καὶ ἀκούει τῆς φωνῆς Κυρίου, καὶ δέδιε μὲν οὐκέτι, καὶ σιωπᾷ τὸ, « Τάλας ἐγώ, » παρειστήκει δὲ καὶ μάλα γοργῶς ἑαυτὸν εἰς ἀποστολὴν, καὶ οἷον αὐτόμολος εἰς τοῦτό τοι ἰὼν, τὸ, « Ἰδοὺ ἐγώ, ἀπόστειλόν με. » Εἰ δὲ δὴ λέγοι Θεός· « Τίνα ἀποστείλω; καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; » οὐκ ἠπορηκότος εἶναί φαμεν τὴν φωνὴν, οὐδὲ οἷον ἐν σπάνει γεγονότος τοῦ πεμφθησομένου, καταιτιωμένου δὲ μᾶλλον τὸν Ἰσραὴλ ὡς ἀπειθῆ λίαν, καὶ εἴξαντα μὲν οὐδενὶ τῶν προαπεσταλμένων, ἀπεκτονότα δὲ μᾶλλον αὐτούς. Τοὺς μὲν γὰρ ὕβρισαν, τοὺς δὲ ἐλιθοβόλησαν, τοὺς δὲ ἀπέκτειναν, καθά φησιν ὁ Χριστὸς, τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἡμῖν συντιθεὶς παραβολήν. Τίνα δὴ οὖν ἄρα, φησὶν, ἀποστείλω; Καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; οἱ τοῖς ἤδη προαπεσταλμένοις ἠτειθηκότες, σκληροί τέ εἰσι, καὶ δυσάντητοι, καὶ δι' αὐτῶν ἔδειξαν τῶν πραγμάτων, ὡς οὐκ ἂν εἴη τοῦ τυχόντος προσβαλεῖν αὐτοῖς, μόνου δὲ τάχα τοῦ καὶ αὐτῆς ἀπεγνωκότος τῆς ἰδίας ζωῆς. Ὅτι δὲ γέγονεν ἀκαμπὴς, καὶ ἀνουθέτητος ἅγαν ὁ Ἰσραὴλ, ἀναμάθοι τις ἂν καὶ δι' ὧν ἔφη Θεὸς πρὸς τὸν μακάριον Ἐζεχιήλ. Ἔχει δὲ οὕτως· « Υἱὲ ἀνθρώπου, βάδιζε, εἴσελθε εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ λάλησον τοὺς λόγους μου πρὸς αὐτὸν, διότι οὐ πρὸς λαὸν βαθύχειλον καὶ βραδύγλωσσον ἐξαποστέλλῃ, πρὸς οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ, οὐδὲ πρὸς λαοὺς πολλοὺς ἀλλοφώνους, ἢ ἀλλογλώσσους, οὐδὲ στιβαροὺς τῇ γλώσσῃ ὄντας, ὧν οὐκ ἀκούσῃ τοὺς λόγους αὐτῶν. Καὶ εἰ πρὸς τοιούτους ἐξαπέστειλά σε, αὐτοὶ ἂν εἰσήκουσάν σου· ὁ δὲ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ οὐ μὴ θελήσουσιν ἀκοῦσαί σου, διότι οὐ βούλονται εἰσακοῦσαί μου, ὅτι πᾶς ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ φιλόνεικοί εἰσι, καὶ σκληροκάρδιοι. » Εἰκότως δὴ οὖν μονονουχὶ ἀπορήσας, μᾶλλον δὲ, ὡς ἔφην, ἀρτίως ἐπὶ πολλῇ λίαν ὠμότητι καταιτιώμενος τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ. Τίνα δὴ οὖν ἀποστείλω; Μελλήσας δὴ οὖν ὁ προφήτης κατ' οὐδένα τρόπον· « Ἰδοὺ ἐγώ, » φησὶν, « ἀπόστειλόν με. » Ὅταν τοίνυν καὶ ἡμῶν ὁ θεῖος ἄνθραξ ἐπιθιγγάνῃ, καθαροὶ μὲν ἐσόμεθα τῶν διεπτασμένων, πρόθυμοι δὲ καὶ νεανικοὶ πρὸς ἀποστολὴν, ὃ δὴ καὶ πεπράχασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. Καίτοι γὰρ ὄντες ἐξ Ἰουδαίων, καὶ πρὸ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης, ἀκάθαρτά που καὶ αὐτῶν τὰ χείλη μετὰ τῶν ἄλλων ἔχοντες, ἐπειδὴ δὲ προσήκαντο τὴν

[26] Ezech. III, 4,-7.

Digitized by Google

πίστιν, πεποίηνται τὴν καλὴν ὁμολογίαν, ἥψατο δὲ καὶ αὐτῶν ὁ ἄνθραξ, τότε καὶ κέκληνται πρὸς ἀποστολήν, καὶ ἠκολούθουν ἀμελλητί, καίτοι λέγοντος τοῦ πανσόφου Μωσέως· « Δέομαι, Κύριε, προχείρισαι ἄλλον δυνάμενον, ὃν ἀποστελεῖς· » Ἱερεμίου δὲ πάλιν· « Ὁ ὤν, Δέσποτα Κύριε, ἰδοὺ οὐκ ἐπίσταμαι λαλεῖν, ὅτι ἐγὼ νεώτερός εἰμι. » Θερμότεροι δὴ οὖν πρὸς ἀποστολὴν καὶ διακονίαν τῶν ἀρχαιοτέρων ἁγίων οἱ ἐν Χριστῷ. Καὶ σαφὴς ἂν γένοιτο τοῦ πράγματος τύπος ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας, μετὰ τὴν τοῦ ἄνθρακος ἐπαφὴν ἀνακεκραγώς τε καὶ λέγων τό· « Ἰδοὺ ἐγὼ, ἀπόστειλόν με. »

A tametsi Moses sapientissimus dicat : « Obsecro, Domine, coopta alium potentem, quem mittas [29]. » Et Jeremias iterum : « Tu qui es, o Dominator Domine, ecce non scio loqui, quoniam ego junior sum [30]. » Ferventiores igitur ad apostolatum et ministerium Christiani, quam veteres sancti. Illustris autem hujus rei typus esse poterit beatus propheta Isaias, post carbonis attactum, cum clamat et dicit : « Ecce ego, mitte me. »

Καὶ εἶπεν· Πορεύθητι, καὶ εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μή ποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.

VERS. 9, 10. *Et dixit : Proficiscere, et dic populo huic :* **110** *Auditu audietis, et non intelligetis ; et videntes videbitis, et non videbitis. Crassum enim effectum est cor populi hujus, et auribus graviter audierunt, et oculos suos occluserunt, nequando videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos.*

Πώρωσιν μὲν ἀπὸ μέρους γεγενῆσθαι τῷ Ἰσραὴλ, ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος· διερμηνεύων δὲ ὥσπερ τίνα τρόπον αὐτοῖς τὴν πώρωσιν συνέβη παθεῖν. « Ἄχρι γὰρ σήμερον, φησὶν, ἡνίκα ἂν ἀναγινώσκηται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. » Καὶ γὰρ ἦν ἀκόλουθον τοῖς εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀγριότητος τρόπων ὠλισθηκόσιν, ὡς πολὺ νοσεῖν τὸ ἐξήνιον, καὶ μήτε τοῖς Μωσέως γράμμασιν εἴκειν ἐθέλοντες, μήτε μὴν τοῖς ἁγίοις προφήταις· προσθείην δ' ἂν ὅτι μηδὲ αὐτῷ τῷ Χριστῷ, τῷ τῆς νοητῆς ἀχλύος καταλαμβάνεσθαι σκότῳ, καὶ ὀλίγα διενεγκεῖν τῶν ἀναισθήτων λίθων. Ταύτην οὖν ἄρα ποιεῖται τὴν προαγόρευσιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ τῷ προφήτῃ παρεγγυᾷ προκαταμηνύειν αὐτοῖς· ὅτι « Ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. » Γεγόνασι γὰρ αὐτήκοοι τῆς τοῦ Σωτῆρος φωνῆς· ἐδίδαξεν ἐν συναγωγαῖς, προσπεφώνηκεν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις πλειστάκις, ἀλλ' ἦσαν ἐν ἴσῳ τοῖς μηδ' ὅλως ἀκηκοόσιν. Γεγόνασι θεωροὶ τῶν παραδόξως τετελεσμένων. Τεθέανται γὰρ λεπροὺς τοῦ πάθους ἀπηλλαγμένους, ἀναπηδῶντας χωλοὺς, τυφλοὺς ἀναβλέποντας, νεκροὺς ἐκ μνημάτων ἀνισταμένους· ἀλλ' ὠφέληνται μὲν κατ' οὐδένα τρόπον, ὥσπερ δὲ καὶ αὐτῶν ὀμμάτων ἐστερημένοι, διετέλουν οἱ δεῖλαιοι. Ταύτῃ τοι καὶ ὀνειδίζονται διὰ τῆς τῶν ἁγίων φωνῆς, ὡς γεγονότες ἀεὶ σκληροτράχηλοι, καὶ ἀπειθεῖς τῇ καρδίᾳ, καὶ ἀπεκτονότες ἁγίους. Δεδόσθαι γε μὴν τὴν πώρωσιν αὐτοῖς φησιν, ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ συνῶσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσηται αὐτοῖς. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα καὶ μάλα σαφῶς, ὅπερ ἔφη Χριστὸς ἀπειθεῖν ῥηθεῖσι· « Μὴ γογγύζετε μετ' ἀλλήλων· οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατήρ μου ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν. » Καὶ πάλιν· « Πᾶς ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἔρχεται πρός με. » Οὐκοῦν οὐ κέκληνται πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Υἱοῦ, δι' ἀποκαλύψεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὅτι μηδὲ ἦσαν ἄξιοι τῆς δι' αὐτοῦ σωτηρίας καὶ ζωῆς. Εἰ δὲ δή τις βούλοιτο ἄλλως τὸν νοῦν ἐπιτιθέναι τοῖς ῥητοῖς, ἐρεῖ καὶ οὗτος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὡς ὁ εἰδὼς

Excæcationem ex parte factam Israeli divinus Paulus scribit, interpretans fere quemadmodum illis excæcatione pati contigerit. « Ad hodiernum enim usque diem, inquit, quando legitur Moses, velum cordi eorum imponitur [30a]. » Etenim qui ad istam demum morum feritatem delapsi sunt, ut effrenes plane, neque Mosaicis scriptis, neque sanctis prophetis, addo etiam, neque ipsi Christo obedire voluerint : eos nebulæ intelligibilis circumfundi tenebris, et minimo minus a lapidibus sensu carentibus abesse, consentaneum est. Hoc proinde vaticinium instituit universorum Deus, et jubet prophetam denuntiare illis : « Auditu audietis, et non intelligetis, et videntes videbitis, et non videbitis. » Fuerunt enim ipsi auriti testes, auditoresque vocis Servatoris ; docuit in synagogis, clamavit sæpenumero Hierosolymis, ac perinde erant ac si nihil omnino audivissent. Spectatores rerum admirabiliter supra fidem gestarum fuerunt. Spectarunt enim leprosos morbo liberatos, exilientes claudos, cæcos videntes, mortuos e monumentis resurgentes : at illis hæc minime profuerunt, sed miseri homines perpetuo quasi orbati ipsis oculis exstiterunt. Hac de causa voce sanctorum probro illis vertitur, quod semper præfractæ cervicis fuerint, ac corde immorigeri, sanctosque occiderint. Datam vero illis esse cæcitatem dicit, ne videant oculis, et corde intelligant, et convertantur, et sanet eos. Hoc demum erat plane quod Christus dixit his, qui nolebant credere : « Ne murmuretis inter vos : nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum [31]. » Et rursus : « Omnis qui audivit a Patre et didicit, venit ad me [32]. » Itaque ad agnitionem Christi per revelationem Dei et Patris vocati non sunt, quod salute ipsius et vita digni non erant. Si cui placet alium sensum his verbis apponere, **111** hunc ad modum intelliget. Prædicit enim universorum Deus, ut qui scit oc-

[29] Exod. IV, 13. [30] Jerem. I, 6. [30a] II Cor. III, 15. [31] Joan. VI, 44. [32] ibid. 45.

Digitized by Google

culta et futura, aitque, omnino eos visuros, et audituros, mansuros autem ac si non audissent, neque contemplati fuissent, idque ipsis propter mentis suæ malitiam accidere. Addit deinde, dum hæc faciunt, suis ipsorum capitibus insidiari, et pertinaciæ morbo laborantes, nec audire velle, nec videre posse : « Ne videant oculis, et audiant auribus, et convertant se, et sanem eos. » Auctores itaque sui ipsorum interitus fuerunt, cum nec a Christo acute dictis aurem adhiberent, nec suæ mentis oculum aperirent. Si enim hoc fecissent, conversi fuissent, et si cultum quem oportuit reliquissent, salvam ac sanam suam mentem conservassent.

A λοιτο προσβαλεῖν ἑτέρως ταῖς τῶν εἰρημένων ἐννοίαις, συνήσει τοιῶσδε. Προαγορεύει μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὡς γινώσκων τὰ κεκρυμμένα, καὶ τὰ ἐσόμενα, καί φησιν, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ὄψονται μὲν καὶ ἀκούσονται, μενοῦσί γε μὴν ὡς μήτε ἀκηκοότες, μήτε συντιθέμενοι, καὶ τοῦτο παθόντες ἐκ μοχθηρᾶς αὐτοὶ τῆς ἰδίας γνώμης. Προσεπάγει δὲ τούτοις, ὅτι ταῦτα δρῶντες ἐκεῖνοι, ταῖς ἰδίαις ἐπιβουλεύουσι κεφαλαῖς. Ἠρώτησέ γὰρ τὸ δυσήκοον, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι καθορᾶν, « Ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ ἐπιστρέψουσι, καὶ ἰάσομαι αὐτούς. » Αἴτιοι τοίνυν αὐτοὶ τῆς σφῶν αὐτῶν γεγόνασιν ἀπωλείας, μήτε τὸ οὗ παραθέντες τοῖς παρὰ Χριστοῦ λεγομένοις ὀξὺ, μήτε μὴν τὸν τῆς ἑαυτῶν διανοίας ἀνευρύνοντες ὀφθαλμόν. Εἰ γὰρ τοῦτο ἔδρων, ὑπέστρεψαν ἄν, καὶ τῆς καθηκούσης θεραπείας τετυχηκότες, σῶόν τε καὶ ὑγιᾶ τὸν ἑαυτῶν διεσώσαντο νοῦν.

VERS. 11, 12. *Et dixi : Quousque, Domine? Et dixit : Donec vastentur urbes, ut non sit qui inhabitet, et domus, ut non sint homines, et terra derelinquetur deserta. Et post hæc elongabit Deus homines, et derelicti multiplicabuntur in terra.*

B *Καὶ εἶπα· Ἕως πότε, Κύριε; Καὶ εἶπεν· Ἕως ἂν ἐρημωθῶσι πόλεις παρὰ τὸ μὴ κατοικεῖσθαι, καὶ οἶκοι, παρὰ τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπους, καὶ ἡ γῆ καταλειφθήσεται ἔρημος. Καὶ μετὰ ταῦτα μακρυνεῖ ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ οἱ καταλειφθέντες πληθυνθήσονται ἐπὶ τῆς γῆς.*

Verebatur propheta, ne perpetua et sempiterna excæcatio induceretur Israelitis. Ideoque rogat ut tempus sciat quo hoc futurum est, et quousque protrahetur hæc quasi ægrotatio. Ad quæ respondens Deus, vastationem ipsorum Hierosolymorum prænuntiat, adeoque universæ Judæorum regionis, et inquit : « Donec vastentur urbes, ut non inhabitentur, et domus, ut non sint homines. » Quod ad extremum evenit, cum Vespasianus et Titus terram Judaicam, post Servatoris crucifixionem et in cœlos C assumptionem, depopulati sunt. Quod autem hæc supplicii mensura inobedientibus, ut hucusque duntaxat patiantur, non adhibebitur, et quod in totum cum tota stirpe non sit periturus Israel, significat dicens : « Et post hæc longe faciet Deus homines, et derelicti multiplicabuntur in terra. » Longe vero facti a Deo fuerunt, cum et sanctos, et ipsum porro vitæ principem interfecerint. Qui vero relicti fuerunt, id est, salvi ac superstites, et qui in Christum crediderunt, qui et sunt reliquiæ **112** Israel, multiplicabuntur : idque in principio libri ipsemet etiam beatus Isaias significavit, cum ait : « Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, velut Sodoma facti fuissemus, et Gomorrhæ similes fuissemus [33]. » Aliis porro videtur etiam aliter hæc D verba intelligenda. Quærente enim propheta, et volente scire quousque et quandiu extenderetur excæcatio, respondet Deus : « Donec vastentur urbes, ut non habitentur, et domus, ut non sint homines, et posthæc elongabit Deus homines : » ut inde consummationis tempus intelligamus. Oportet enim primum bella et rumores bellorum audire, et gentem in gentem, et regnum contra regnum insurgere, et urbes ac domos vastari. Deinde ita fore tum finem, quo longe facti sunt homines, deinceps

Δέδιεν ὁ προφήτης, μὴ ἄρα διηνεκὴς, καὶ ἀκατάληκτος ἐπενήνεκται τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἡ πώρωσις. Ταύτῃ τοι καὶ διαμαθεῖν ἀξιοῖ τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἔσται τοῦτο αὐτοῖς, καὶ μέχρι τίνος παρατείνει τὸ ἀῤῥώστημα. Καὶ πρός γε δὴ ταῦτα Θεὸς προαγορεύει τὴν δῄωσιν αὐτῶν τε τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ ἁπάσης τῆς Ἰουδαίων χώρας, καί φησιν· « Ἕως ἂν ἐρημωθῶσι πόλεις παρὰ τὸ μὴ κατοικεῖσθαι, καὶ οἶκοι παρὰ τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπους. » Ὃ δὴ καὶ εἰς πέρας ἐκβέβηκεν, Οὐεσπασιανοῦ τε καὶ Τίτου καταδηωσάντων τὴν Ἰουδαίαν μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, καὶ ἀνάληψιν τὴν εἰς οὐρανούς. Ὅτι δὲ οὐ μέχρι τοῦ ταῦτα παθεῖν, ἐκμετρηθήσεται τοῖς ἀπειθοῦσιν ἡ κόλασις, οὔτε μὴν εἰς ἅπαν ἤγουν ὁλόῤῥιζος ὁ Ἰσραὴλ οἰχήσεται, καταμηνύει λέγων· « Καὶ μετὰ ταῦτα μακρυνεῖ ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ οἱ καταλειφθέντες, πληθυνθήσονται ἐπὶ τῆς γῆς. » Ἐμακρύνθησαν μὲν γὰρ ἀπὸ Θεοῦ, καὶ ἁγίους ἀπεκτονότες, προσθέντες δὲ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς. Οἱ δὲ δὴ καταλειφθέντες, φοῦτ' ἔστιν, οἱ περισεσωσμένοι, καὶ πεπιστευκότες εἰς Χριστὸν, οἵ καί εἰσι τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ, ἐν πολλῇ, φησὶν, ἔσονται πληθύϊ. Πεπίστευκε γὰρ οὐ βραχὺ μέρος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τοῦτο ἐν ἀρχαῖς τοῦ βιβλίου καὶ αὐτὸς ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας μεμήνυκε, λέγων· « Καὶ εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γομόῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν. » Δοκεῖ δέ τισι καὶ ἑτέρως νοεῖν τῶν προκειμένων τὴν δύναμιν. Διερωτῶντος δὲ τοῦ προφήτου, καὶ ἀναμαθεῖν ἐθέλοντος εἰς τίνα καὶ πόσον ἐκταθήσεται καιρὸν ἡ πώρωσις, ἀποκρίνεται Θεός· « Ἕως ἂν ἐρημωθῶσιν αἱ πόλεις, παρὰ τὸ μὴ κατοικεῖσθαι, καὶ οἶκοι, παρὰ τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπους, καὶ μετὰ ταῦτα μακρυνεῖ ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους· » ἵνα διὰ τούτου νοῶμεν τὸν τῆς συντελείας καιρόν. Δεῖ γὰρ πρότερον πολέμους ἡμᾶς

[33] Isa. I, 9.

Digitized by Google

ἀκοῦσαι, καὶ ἀκοὰς πολέμων, ἀναστῆναί τε ἔθνος ἐπ' ἔθνος, καὶ βασιλείας ἐπὶ βασιλείας, ἐρημωθῆναί τε πόλεις, καὶ οἴκους, εἶθ' οὕτω τὸ τέλος· μεθ' ὃν μακρύνονται λοιπὸν οἱ ἄνθρωποι, μετὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως δηλονότι καιρὸν, τὸν εὐαγῆ καὶ μακραίωνα διαζῶντες βίον, ἀνῃρημένης εἰς ἅπαν τῆς φθορᾶς, καὶ κατηργημένου τοῦ θανάτου, κα ἀπάσης ἁμαρτίας ἐξῃρημένης. Ὅτι δὲ πεπώρωται ὁ Ἰσραὴλ, κεκλήσεταί γε μὴν ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς λεγούσης σαφῶς τε καὶ ἐναργῶς, εἰκαῖον οἶμαι τὸ διατείνεσθαι, καὶ ζητεῖν τὰ τελοῦντα πρὸς πληροφορίαν.

A nimirum post tempus resurrectionis integram longamque vitam viventes, interitu prorsus sublato, morte exinanita, omnique peccato submoto. Excæcatum vero Israelem esse, et extremis mundi temporibus vocandum, cum Scriptura divinitus inspirata clare affirmet, producere et conquirere fidei faciendæ argumenta, frustraneum esse arbitror.

Καὶ ἔτι ἐπ' αὐτῆς ἐστι τὸ ἐπιδέκατον, καὶ πάλιν ἔσονται εἰς προνομὴν ὡς τερέβινθος καὶ ὡς βάλανος ὅταν ἐκπέσῃ ἀπὸ τῆς θήκης αὐτοῦ.

Διαμέμνηται καὶ νῦν ἱστορίας ὁ προφητικὸς ἡμῖν λόγος, ἦν ἀναγκαῖον, ὡς ἔοικεν, εἰπεῖν· ἔσται γὰρ οὕτω σαφὲς τὸ δηλούμενον. Καταστρατευόντων τοιγαροῦν τῆς Ἰουδαίων χώρας, ὡς ἤδη προεῖπον, Οὐεσπασιανοῦ τε καὶ Τίτου, δεδαπάνηται μὲν ἡ τῶν Ἰουδαίων χώρα, πόλεσί τε ὁμοῦ καὶ αὐτοῖς οἴκοις ἐμπεπρησμένη, θέαμα δεινὸν, καὶ παντὸς οἴκτου μεστὸν τοῖς ὁρῶσιν ἦν, ὀλιγανδρίας ἥκειν εἰς τοῦτο λοιπὸν τὸ ἔθνος αὐτοῖς, ὡς τῆς ἀληθείας οὐκ ἁφαμαρτεῖν τὸν λέγοντα, περιλελεῖφθαι μόλις ἐν αὐτῇ τοῦ παντὸς δήμου τὸ ἐπιδέκατον. Εἶτα διατετελέκασι χρόνους τινὰς τρεφόμενοι μὲν ἐν εἰρήνῃ, πλὴν οὐκ ἔξω δειμάτων, τοῦ καὶ εἰσαῦθις παθεῖν τὴν δήωσιν, ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Ἀδριανὸς γὰρ κατὰ καιροὺς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας διέπων τοὺς θάκους, καὶ μὴν Ἀντίοχος ἐπίκλην Ἐπιφανὴς, κατέδραμον τῆς Ἰουδαίων χώρας, καὶ οὐδὲν ἦν ἐν μείοσι τῶν πάλαι κακῶν προσερημουμένων λειψάνων, πεμπομένων εἰς αἰχμαλωσίαν τῶν κατειλημμένων, ὅτε καὶ τὰ τῶν Μακαβαίων συνέβη γενέσθαι πάθη. Τῶν τοιούτων διηγημάτων ἡμῖν ποιεῖται τὴν μνήμην ἐν προηγορεύσει πάλιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καί φησιν· « Ἔτι ἐπ' αὐτῆς ἐστι τὸ ἐπιδέκατον, καὶ πάλιν ἔσται εἰς προνομήν. » Οὐ γὰρ ἔξω φροντίδος κείσεται, φησὶ, κἂν εἰ ἐν λειψάνοις γένοιτο, καὶ τοῦτο μικροῖς, τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος· ἀλλ' ἔσται πάλιν εἰς προνομήν. Γενήσεται δὲ ἡ χώρα καὶ τότε πάλιν αὐτοῖς ὡς τερέβινθος, καὶ αὐτοὶ δὲ ὡς βάλανος, ὅτε ἐκπέσῃ ἀπὸ τῆς θήκης αὐτοῦ. Φυτὸν μὲν γὰρ ἡ τερέβινθος, ἀλλ' εἰ γένοιτο τῶν φύλλων ἀποβολὴ, πολὺ δή λίαν ἔχει τὸ ἀτερπὲς, ξηροτάτους ἔχων τοὺς κλῶνας. Κατὰ τοῦτον οἶμαι τὸν τρόπον, καὶ χώρα παθοῦσα τῶν ἐνοικούντων αὐτὴν ἐρήμωσιν, ἐν ἴσῳ που πάντως ξηροῖς ἔσται φυτοῖς, τοῖς κατ' αὐτὴν οὐκ ἔχουσι τὴν ἄνθην, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς παθούσης τῆς φυλλίδος τὴν ἀποβολήν. Ὁμοίως ἡ βάλανος καρπὸς μέν ἐστι δρυός· ὅταν δὲ τῆς θήκης ἐκπέσῃ, τότε παρακείσεται τοῖς εἰωθόσιν αὐτὴν κατανέμεσθαι τῶν ζώων. Οὐκοῦν ἡ μὲν τῶν Ἰουδαίων χώρα μεμίμηται τὴν τερέβινθον ἀποβαλοῦσαν τὰ φύλλα. Οἱ δὲ ταύτης ἀποπεπτωκότες διὰ τοῦ δραμεῖν εἰς αἰχμαλωσίαν, ὡς βάλανοι κείσονται, μονονουχὶ θήκης ἰδίας ἐκπεπτωκότες τῆς ἐνεγκούσης αὐτούς. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Σολομὼν φησιν· « Ὥσπερ ὄρνεον ὅταν ἐκ-

VERS. 13. *Et adhuc in illa est decimatio, et rursus erunt direptioni ut terebinthus, et ut glans quando exciderit ex theca sua.*

Incidit etiam nunc in mentionem historiæ prophetica oratio, quam necesse est, ut videtur, commemorare : sic erit quod exponitur manifestum. Oppugnantibus igitur regionem Judaicam, ut jam ante dixi, Vespasiano et Tito, ipsa adeo urbs Judæorum excisa est, una cum civitatibus et domibus exusta, et spectaculum crudele fuit, ac videntibus quam luctuosissimum. Etenim ad tantam virorum paucitatem gens illorum recidit, ut a vero defluxurus non sit, qui vix totius populi decimationem in ea superfuisse dixerit. Deinde aliquantulum temporis in pace alti conservatique permanserunt, non citra metum tamen etiam deinceps vastationem perpetiendi : quod factum est. Nam Adrianus olim regni Romani solium tenens, et Antiochus Illustris, in regionem Judæorum incursionem fecerunt, et nihil superiorum malorum **113** non erat in istis minimis quidem, reliquiis devastatis, missis in captivitatem his qui comprehensi erant, quando etiam Maccabæorum mala acciderunt. Hujusmodi igitur historiarum mentionem nobis facit denuo in vaticinio universitatis Deus, et inquit : « Adhuc erit in illa decimatio, et rursus erit direptioni. » Non enim cura abjicietur populi Judaici, tametsi positus sit in reliquiis parvis : sed rursus erit direptioni. Eritque etiam tunc iterum illis regio ceu terebinthus, et ipsi ceu glans quando ceciderit e theca sua. Arbor quidem est terebinthus, at si folia defluxerint, valde erit deformis, ramos habens aridissimos. Pari ratione etiam regio, ut mihi videtur, cum habitatoribus suis destituetur, similis omnino erit arboribus aridis, quæ florem suum non habent, sed et foliis destituuntur. Similiter glans fructus quidem est quercus; quando autem theca exciderit, tum his quæ eam depascere solent animantibus prostituetur. Proinde Judæorum regio imitata est terebinthum quæ folia abjecit. Qui autem ea exciderint, in captivitatem fugientes, jacebunt instar glandium, propemodum sua theca, terra, inquam, quæ tulit eos exturbati. Simile quiddam et Solomon ait : « Sicut avis cum ceciderit ex suo nido, sic et homo cum suo loco dimovebitur [24]. » Quid enim his qui in captivitate sunt fieri potest miserabilius? Quid

[24] Prov. xxvii, 8.

Digitized by Google

vero tam miserum est et tam proculcatum ac contemptibile, quam homines in manum victoris incidere?

ἐλεεινὸν καὶ πεπατημένον, ὡς ἀνθρώπους ὑπὸ χεῖρα πεσεῖν τῶν κεκρατηκότων.

CAP. VII, VERS. 1. *Et factum est in diebus Achazi filii Joatham, filii Oziæ regis Judæ, ascendit Rhaasson rex Syriæ, et Phacee filius Romeliæ rex Israel, contra Jerusalem ad obsidendum eam, et non potuerunt expugnare eam.*

Καὶ ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἄχαζ τοῦ Ἰωαθὰμ τοῦ υἱοῦ Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα, ἀνέβη Ῥαασσὼρ βασιλεὺς Συρίας, καὶ Φακεὲ υἱὸς Ῥομελίου βασιλεὺς Ἰσραὴλ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ πολεμῆσαι αὐτὴν, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν πολιορκῆσαι αὐτήν.

Qui in Scripturis divinitus inspiratis historiam ut rem frivolam repudiant, fugiunt, ut videtur, eo quo decet modo, ea quæ in ipsis scripta sunt, intelligere. Speculatio enim spiritalis, quæ bona est et utilis, et intelligentiæ oculos maxime collustrans, cordatissimos quidem efficit; quando **114** autem aliquid historice gestum ex sacris Litteris nobis affertur, tunc illam quæ ex historia utilitatem nascitur, aucupari decet, ut Scripturam divinitus inspiratam undecunque nos et servare et juvare appareat. Enarrat itaque nobis hisce verbis sermo propheticus, quæ tempore regni Oziæ tribubus Juda et Benjamin, decemque tribubus in Samaria, quæ et Ephraim nominabantur et Israel, contigerunt. Cum vero quatuor regum temporibus universa prophetiæ oratio habita sit, quæ sigillatim contingunt, ponit propheta, significatque necessario, ordinem visis atque sermonibus suis optimum adhibens. Defuncto igitur Azaria, qui et Ozias, succedit in regnum Joatham, scopumque ac instituta patris sui persecutus est. Dicitur quippe et ipse in oculis Domini fecisse rectum, quemadmodum et Ozias; verum excelsa non sustulit, sed etiamnum populus in excelsis adolebat. Et Ozias quidem præter fas sacrum munus ambiit, et offerre incensa aggressus est, et eam ob causam lepra affectus est. Joatham autem non sic. Postquam et ille migrasset e vivis, subrogatur in regnum Achazus, imperitante adhuc Israelitis, id est, decem tribubus, Phacee filio Romeliæ. Hic bellum contra Achazum et Judam movit, et uno die centum viginti millia interemit. Irritatus est enim universitatis Deus, propter impietates Achazi, de quo scriptum est quarto Regnorum, quod in via regis Israel ambularit. Erat enim vir impius, et serviebat idolis, et liberos suos per ignem traduxit, immundis dæmonibus sacrificans. Temporibus itaque ipsius regni, et ipse Phacee filius Romeliæ, et Rhaasson rex Aram, id est Syriæ, contra Hierosolyma et Juda conspirarunt, veneruntque populabundi. Verum non ceperunt urbem. Achazus autem, impressionem intolerabilem metuens, acervo pecuniarum magno congesto, ad Theglaphasarum regem Assyriorum legatos mittit, rogans ut velit sibi subsidio esse, utque contra Rhaasson arma capiat. Quod etiam ad exitum perductum est; **115** profectusque Assyrius cepit Damascum, obtruncavit Rhaasson. Mortuo autem Phacee filio Romeliæ, qui regnavit in Samaria super Israelem, sceptrum capessit Osee filius Elæ; quo regnante, invadit Samariam Salmanasar Assyrius, totamque occupavit,

Οἱ τὴν ἐν ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς ἱστορίαν ὡς ἔωλον παραιτούμενοι, φεύγουσι κατὰ τὸ εἰκὸς τὸ νοεῖν δύνασθαι, καθ' ὃν προσήκει τρόπον, τὰ ἐν αὐτοῖς γεγραμμένα. Θεωρία μὲν γὰρ πνευματικὴ καλή τε καὶ ὀνησιφόρος, καὶ τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν εὖ μάλα καταλαμπρύνουσα νουνεχεστάτους ἀποτελεῖ. Ὅταν δέ τι τῶν ἱστορικῶς πεπραγμένων διὰ τῶν ἱερῶν ἡμῖν Γραμμάτων εἰσφέρηται, τότε δὴ τότε τὸ ἐκ τῆς ἱστορίας χρήσιμον θηρᾶσθαι πρέπει, ἵνα πανταχόθεν ἡμᾶς ἡ θεόπνευστος Γραφὴ σώζουσά τε καὶ ὠφελοῦσα φαίνηται. Ἀφηγεῖται τοίνυν ὁ προφητικὸς ἡμῖν ἐν τούτοις λόγος τὰ ἐν καιροῖς τῆς Ὀζίου βασιλείας συμβεβηκότα τοῖς ἐξ Ἰούδα καὶ Βενιαμὶν, καὶ ταῖς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ δέκα φυλαῖς, αἳ καὶ Ἐφραΐμ ὠνομάζοντο, καὶ μέν τοι καὶ Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ δὲ ἐν καιροῖς τεσσάρων βασιλέων ὁ σύμπας τῆς προφητείας γέγονε λόγος, τὰ ἐν τοῖς ἑκάστου καιροῖς συμβαίνοντα τίθησιν ὁ προφήτης, καὶ ἀναγκαίως ἐπισημαίνεται, τάξιν ταῖς ὁράσεσιν, ἤτοι τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις τὴν ἀρίστην ἐπιτιθείς. Τεθνεῶτος τοιγαροῦν Ἀζαρίου καὶ τοῦ Ὀζίου, διαδέχεται τὴν βασιλείαν Ἰωαθὰν, ἠκολούθησέ τε τῷ σκοπῷ, καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τοῦ ἰδίου πατρός. Λέγεται μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου ποιῆσαι τὸ εὐθὲς, καθὰ καὶ Ὀζίας, πλὴν τὰ ὑψηλὰ οὐκ ἐξῆρεν, ἀλλ' ἔτι ὁ λαὸς ἐθυμίων ἐν τοῖς ὑψηλοῖς. Καὶ ἐζήτησε μὲν Ὀζίας παρὰ τὸ ἐξὸν ἱερατεῦσαι Θεῷ, καὶ προσενεγκεῖν θυμιάματα, καὶ λελέπρωται ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας. Ἰωαθὰν γε μὴν οὐχ οὕτως. Ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὸς ἀπεβίω, διαδέχεται τὴν βασιλείαν ὁ Ἄχαζ, βασιλεύοντος ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, τοῦτ' ἔστι, τῶν δώδεκα φυλῶν, Φακεὲ υἱοῦ Ῥομελίου. Οὗτος κεκίνηκε πόλεμον κατὰ τοῦ Ἄχαζ καὶ τοῦ Ἰούδα, καὶ ἀπέκτεινε μὲν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι χιλιάδας. Παρωτρύνετο γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐν ταῖς τοῦ Ἄχαζ δυσσεβείαις, περὶ οὗ καὶ γέγραπται ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Βασιλειῶν, ὅτι ἐπορεύθη ἐν ὁδῷ βασιλέως Ἰσραήλ. Γέγονε γὰρ ἀνὴρ δυσσεβὴς, καὶ λελάτρευκεν εἰδώλοις, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ διήγαγε διὰ πυρὸς καταθυμιῶν τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν. Ἐν καιροῖς τοιγαροῦν τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας συνεφράξαντο κατά τε τῶν Ἱεροσολύμων καὶ Ἰούδα, αὐτός τε Φακεὲ ὁ τοῦ Ῥομελίου, καὶ Ῥαασσὼν βασιλεὺς Ἀρὰμ, τοῦτ' ἔστι Συρίας. Καὶ ἦλθον ὡς καταδηώσοντες, πλὴν οὐχ εἷλον τὴν πόλιν. Δεδιὼς δὲ τὴν ἔφοδον ἀφόρητον οὖσαν ὁ Ἄχαζ, ἄθροισιν μὲν ποιεῖται χρημάτων πολλὴν, πρεσβεύεται δὲ πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων Θεγλαφολλασὰρ, ἐπαμύνεσθαί τε αὐτῷ παρακαλεῖ, καὶ καταστρατεύσασθαι τοῦ Ῥαασσὼν, ἃ δὴ καὶ εἰς πέρας ἐνήνεκται. Ἐλθὼν δὲ Ἀσσύριος εἷλε τὴν Δαμασκὸν, ἀπέκτεινε δὲ καὶ τὸν Ῥαασσών.

Digitized by Google

Τελευτήσαντος δὲ καὶ τοῦ Φακεὲ τοῦ Ῥομελίου τοῦ βασιλεύσαντος κατὰ τὴν Σαμαρείαν ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ, διαδέχεται τὸ σκῆπτρον Ὥσηὲ υἱὸς Ἥλα, οὗ βασιλεύσαντος, ἔρχεται κατὰ τὴν Σαμαρείαν Σαλμανασὰρ ὁ Ἀσσύριος, καὶ εἶλε μὲν πᾶσαν, ἀπεκόμισε δὲ τὸν Ἰσραὴλ αἰχμάλωτον, καὶ ἀπῴκησεν ἐν τοῖς ὄρεσι Περσῶν καὶ Μήδων· εἶτα τινὰς τῶν ὑφ' ἑαυτῷ κατοικεῖν ἐκέλευσε τὴν Σαμαρείαν, τόν τε ἐκ Χουνθὰ, καὶ τὸν Σαπφαρουΐαν. Γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν ταῖς Βασιλείαις, καὶ μακρὸς μὲν ὁ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων λόγος παρά γε τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ, πλὴν πεποίημαι τὴν ἀφήγησιν βραχυλογήσας ὡς ἐνι. Ἐροῦμεν δὲ καὶ ἀνὰ μέρος ἕκαστα, ταῖς τῶν προκειμένων ἐννοίαις ἑπόμενοι. Ἐν ταῖς ἡμέραις τοίνυν, φησὶν, Ἄχαζ τοῦ Ἰωαθὰν τοῦ υἱοῦ Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα, συμπεφωνήκασιν ὅ τε Ῥαασσὼν βασιλεὺς Ἀρὰμ, τοῦτ' ἔστι, Συρίας, καὶ Φακεὲ υἱὸς Ῥομελίου βασιλεὺς Ἰσραὴλ, κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων, ἀφίκοντο δὲ καταδηώσοντες, πλὴν οὐκ ἠδυνήθησαν πολιορκῆσαι αὐτήν. Εἴρηται δὲ ταῦτα τέως ἐν προγραφῆς δυνάμει, καὶ ὡς ἐν ἀφηγήσει τοῦ συμβεβηκότος. Δηλοῖ γὰρ τὴν σκέψιν καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ἐγχείρημα, προσεπάγει δὲ παραχρῆμα, καὶ τὸ τοῦ πράγματος πέρας· Οὐ γὰρ ἠδυνήθησαν, φησὶ, πολιορκῆσαι αὐτήν.

A Israelem captivum abduxit, et in finibus Persarum ac Medorum collocavit : deinde quosdam qui secum erant, jussit incolere Samariam, qui de Chuntha et Sappharviam. Sic enim in Regnis scriptum est. Et quidem de singulis quæ dicta sunt longa est in Scriptura divinitus inspirata oratio, at narrationem hanc quanta licuit brevitate persecutus sum. Sed particulatim dicemus singula, verborumque sententiam ordine explicabimus. Diebus igitur, inquit, Achazi filii Joatham, filii Ozæ regis Juda, Rhaasson rex Aram, hoc est Syriæ, et Phacee filius Romeliæ rex Israel, conspirarunt contra Hierosolyma, et pervenerunt civitatem deleturi, eam tamen oppugnare non potuerunt. Dicta sunt hæc inscriptionis et præfationis loco et ceu per narrationem eventorum. Declaravit item consilium ipsumque conatum, subjicitque continuo rei ipsius exitum : non enim potuerant eam oppugnare.

Καὶ ἀνηγγέλη εἰς τὸν οἶκον Δαβὶδ λέγοντες, Συνεφώνησεν Ἀρὰμ πρὸς τὸν Ἐφραΐμ, καὶ ἐξέστη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ὃν τρόπον ὅταν σαλευθῇ ξύλον ὑπὸ πνεύματος σαλευθῇ.

VERS. 2. *Et renuntiatum est domui Davidis a dicentibus, Conspiravit Aram cum Ephraim, et consternata est anima ejus, et anima populi ejus, quemadmodum in silva lignum a vento movetur.*

Ὁρισάμενος, ὡς ἔφην, τῶν διηγημάτων τὴν πρόφασιν, καὶ ὡς ἐν βραχεῖ κεφαλαίῳ συλλήβδην εἰπὼν τὸ ἐγχείρημα τῶν δύο βασιλέων, καὶ ὅτι πρὸς πέρας αὐτοῖς οὐκ ἐκβέβηκεν ὁ σκοπὸς, ἄρχεται λοιπὸν ἀνὰ μέρος ἕκαστα κατισχνοῦν τῷ λόγῳ. Ἀνηγγέλη γὰρ, φησὶν, εἰς τὸν οἶκον Δαβὶδ, τοῦτ' ἔστι, τὸν βασιλεύοντα, καὶ ἀπήγγελλον ὅτι συνεφώνησεν Ἀρὰμ πρὸς τὸν Ἐφραΐμ. Ἀρὰμ δέ φησι τὸν Σύρον, καὶ Ἐφραΐμ ὁμοίως τὰς ἐν Σαμαρείᾳ δέκα φυλάς. Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα τουτον ἔχει τὸν τρόπον, ἐπύθετο καὶ πεπίστευκεν ὁ οἶκος Δαβὶδ, τοῦτ' ἔστιν, ὁ Ἄχαζ. Ἐξέστη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ὃν τρόπον ὅταν ἐν δρυμῷ ξύλον ὑπὸ πνεύματος σαλευθῇ. Τὸ δὲ, ἐξέστη, τίθησι κοινῶς, ἀντὶ τοῦ, κατεπλάγη, καὶ μικρὸν καὶ αὐτῆς ἐκπέπτωκε φρενός. Τὰ γάρ τοι δεινὰ τῶν δειμάτων, ἱκανά πώς ἐστι εἰς τὸ κατασεῖσαι δύνασθαι τὸν νοῦν, καὶ καταδονῆσαι τὴν ψυχὴν, καί τι τοιοῦτον ὑπομεῖναι δοκεῖν, ὁποῖον ἂν πάθοι καὶ τὸ ἐν δρυμοῖς ξύλον, πνευμάτων ἀγρίων προσβολαῖς τῇδέ τε κἀκεῖσε διαῤῥιπτούμενον. Γέγονε δὲ μάλιστα τῆς δειλίας ἡ πρόφασις, ἤτοι τῆς ἐκστάσεως αὐτῷ τὸ συμβεβηκός. Ἤδη γὰρ ἔφην ὅτι βασιλεύοντος αὐτοῦ, πεπολεμήκει πρὸς τὸν Ἰούδαν ὁ Φακεὲ, καὶ ἀνεῖλεν ἐκ τοῦ λαοῦ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἑκατὸν εἴκοσι χιλιάδας. Ὅτε τοίνυν καὶ μόνος ὁ Φακεὲ τοσοῦτος γέγονεν, ὡς κατισχῦσαι ῥᾳδίως τῶν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις· πῶς οὐκ ἔδει τὸν ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἐνδείξασθαι φόβον, αὐτόν τε τὸν Ἄχαζ, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ λαὸν, συμπεφωνηκότος τοῦ Σύρου, καὶ συνεξοπλίζοντος τῷ Ἐφραΐμ μετὰ τῶν Ἱεροσολύμων;

Definita ac declarata, ut dicebam, narrationum occasione, et tanquam in brevi summa comprehensim conatu duorum regum commemorato, utque ad exitum eorum consilia non pervenerint, incipit deinceps per partes singula quasi oratione persequi. Renuntiatum est, inquit, domui Davidis, id est, regnanti, et annuntiarunt Aram cum Ephraim conspirasse. Aram vero Syrum dicit, Ephraim similiter decem tribus in Samaria. Hæc cum ita se haberent, audivit et credidit domus David, hoc est, Achaz. Consternata est anima ejus, et anima populi, quemadmodum cum in silva lignum a vento movetur. Illud autem ἐξέστη, *consternata* seu *stupore commota est*, ponit communiter pro, κατεπλάγη, **116** perculsa est, et propemodum ipsa mente excidit. Ex gravibus enim terroribus concutitur mens, animusque exagitatur, idemque videtur pati quod lignum in silvis sævorum ventorum impetu huc illuc jactatum. Causa autem metus sive exstaseos ac perturbationis ei fuit id quod contigerat. Jam enim dicebam, illo regnante Phacee adversum Judam bellum suscepisse, et uno die ex populo centum viginti millia e medio sustulisse. Cum igitur solus Phacee talis tantusque exstiterit, ut facile Hierosolymitanos superarit, annon his extremis temporibus tum Achazum ipsum, tum subditos timere oportuit, cum consenserit Syrus, et arma copiasque cum Ephraim adversum Hierosolyma tulerit ?

Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Ἡσαΐαν, Ἔξελθε εἰς συνάντησιν Ἄχαζ, σὺ καὶ ὁ καταλειφθεὶς Ἰασοὺβ ὁ υἱός σου, πρὸς τὴν κολυμβήθραν τῆς

VERS. 3. *Et dixit Dominus ad Isaiam : Egredere in occursum Achazi, tu et derelictus Jasub filius tuus, ad piscinam superioris viæ agri fullonis. Et*

Digitized by Google

dices ei, Observa ut quiescas, et ne metuas, ne anima tua debiliteur a lignis duobus titionum fumantium istorum. Cum enim ira furoris mei fuerit, iterum sanabo.

Omnino clemens est et misericors Dominus, et omnes homines servari vult, et ad agnitionem veritatis venire[35], omniaque gubernat sapienter, cuique salutis viam æquabilem planamque faciens. Quod ita esse ex ipsis rebus licet nobis cernere. Nam Achazus fuit idololatra, abominabilis et profanus. Cum autem in malis non fugiendis jam versaretur, et calamitatibus tantum non inebriatum atque obrutum eum clementissimus conspicatus esset, consequendæ ab ipso salutis spem facit e vestigio, ac pollicetur auxilium, ut ab idolomania desistat, studeatque jam sibi a prioribus vitiis temperare, et veræ Dei cognitionis lucem recipere. Itaque propheta jubetur ei obviam facere una præsente Jasobo, qui *derelictio* et *derelictus* exponitur, figura propemodum significante tanquam in symbolo Achazo, conservandas esse reliquias Juda, qui Deo adhæserat. Typum enim Dei repræsentans propheta, percommode affert pollicitationem auxilii in piscina superioris viæ agri fullonis. Figura rursum est **117** piscina salutaris fontis sacri baptismi, quæ nos etiam in viam deducit superiorem, et fullonis sub intelligentiam cadentis, id est, ejus qui sordes nostras omnes detergit, et ab inquinamentis liberat. Firma est hæc ergo pollicitatio: et in figura particulari sapiens ænigma ac insinuatio rei generalis et per Christum, a propheta tradita est. Ait autem: « Vide ut quiescas, et ne timeas, nec anima tua debilitetur, a duobus lignis titionum istorum fumigantium.» Quod quiescere curisque vacare, et a trepidationibus molestis liberum esse præcipiat: vocantis nimirum est, idque prudentissime, ad obedientiam, et veluti reducentis ad principia, ut colat sermones divinos, et veritatem eorum quæ dixi, prompte suo suffragio confiteatur. Faces vero et ligna fumantia vocat eos, qui contra illum conspirarunt, quasi qui paulo post et esse et regnare desituri sint. Quemadmodum enim lignum seu titio quando ex igne extrahitur, fumigat quidem, verum ignem in sese amplius habere desinit: pari quoque ratione, arbitror, homo vel vitæ, vel rei alicujus finem facturus, merito fax dici poterit, aut lignum adhuc fumigans. Cæterum ubi eos timidos admodum et mœrore magno defectos esse intelligeret, quod dimicantes contra Phacee vincerentur, et quod centum viginti millia ex Juda, ut dixi, uno die corruissent: etiam his terriculamentis eos eximit, et inquit: «Quando enim ira furoris mei fuerit, iterum sanabo,» id est, nequaquam cecidissent, nisi furor meus in manum hostium eos tradidisset. Sed, inquit, si fuerit ira mea contra quosdam accensa, rursus eos qui passi sunt sanabo. Nam qui ex ira tradidit, facile ex

[35] I. Tim. II, 4.

A ἄνω ὁδοῦ τοῦ ἀγροῦ τοῦ κναφέως. Καὶ ἐρεῖς αὐτῷ, Φύλαξαι τοῦ ἡσυχάσαι, καὶ μὴ φοβοῦ, μηδὲ ἡ ψυχή σου ἀσθενείτω ἀπὸ τῶν δύο ξύλων τῶν δαλῶν τῶν καπνιζομένων τούτων. Ὅταν γὰρ ὀργὴ τοῦ θυμοῦ μου γένηται, πάλιν ἰάσομαι.

Οἰκτείρμων ὄντως καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος, καὶ πάντας ἀνθρώπους ἐθέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· οἰκονομεῖ δὲ πάντα σαφῶς, καὶ καταλειαίνων ἑκάστῳ τῆς σωτηρίας τὴν ὁδόν. Καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐξ αὐτῶν ἔνεστι τῶν πραγμάτων οὕτως ἔχον ἰδεῖν. Ἀνὴρ μὲν γὰρ γέγονεν εἰδωλολάτρης ὁ Ἄχαζ, βδελυρὸς καὶ βέβηλος. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἐν ἀφύκτοις ἤδη κακοῖς, καὶ μονονουχὶ μεθύοντα ταῖς συμφοραῖς ὁ φιλοικτείρμων τεθέαται, προστίθησιν εὐθὺς τὸ ἐξεῖναι μεταλαχεῖν τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας, ὑπισχνεῖται δὲ τὴν ἐπικουρίαν, ἵνα παύσῃ μανίας εἰδωλομάνους, καὶ ἀποσχέσθαι παρασκευάζῃ τῶν ἤδη προσεπταισμένων, καὶ τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἐκδέξασθαι φῶς. Προστάττει τοίνυν ὁ προφήτης ὑπαντῆσαί τε αὐτῷ συνόντος Ἰασοῦμ, ὃς *ὑπόλειμμα* καὶ *ὑπολελειμμένος* ἑρμηνεύεται· μονονουχὶ τοῦ τύπου σημαίνοντος ὡς ἐν συμβόλῳ τῷ Ἄχαζ, ὅτι σωθήσεται τὸ ὑπόλειμμα τοῦ Ἰούδα μετὰ Θεοῦ μεμενηκός. Θεοῦ γὰρ εἰς τύπον ὁ προφήτης λαμβάνεται, εὖ δὲ δὴ σφόδρα τῆς ἐπικουρίας ποιεῖται τὴν ὑπόσχεσιν ἐπὶ τῇ κολυμβήθρᾳ τῆς ἄνω ὁδοῦ τοῦ ἀγροῦ τοῦ κναφέως. Τύπος δὲ πάλιν ἡ κολυμβήθρα τῆς σωτηρίου πηγῆς τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ἡ καὶ εἰς ὁδὸν ἡμᾶς ἀποφέρει τὴν ἄνω, καὶ τοῦ νοητοῦ κναφέως, τοῦτ' ἔστι, τοῦ πάντα ῥύπον ἡμῶν ἐξεσμήχοντος, καὶ ἀπαλλάττοντος μολυσμῶν. Ἀσφαλὴς οὖν ἡ ὑπόσχεσις, καὶ ὡς ἐν τύπῳ τῆς μερικῆς τῆς καθόλου καὶ διὰ Χριστοῦ, σοφὸν δέδοται τῷ προφήτῃ τὸ αἴνιγμα. Φησὶ δὲ τὸ, « Φυλάσσου τοῦ ἡσυχάσαι, καὶ μὴ φοβοῦ, μηδὲ ἡ ψυχή σου ἀσθενείτω ἀπὸ τῶν δύο ξύλων τῶν δαλῶν τῶν καπνιζομένων τούτων. » Καὶ τὸ μὲν ἐπιτάττειν ἠρεμεῖν καὶ φροντίδων δίχα διατελεῖν, καὶ μὴν καὶ δειμάτων ἀπαλλάττεσθαι χαλεπῶν· καλοῦντος ἦν ἄρα καὶ μάλα ἐμφρόνως εἰς εὐπείθειαν, καὶ οἱονεὶ εἰς ἀρχὰς ἀναφέροντος τοῦ χρῆναι τιμᾷν τοὺς περὶ Θεοῦ λόγους, καὶ οἷς ἂν λέγοι τὸ ἀληθὲς ἑτοίμως ἐπιψηφίζεσθαι. Δαλοὺς δὲ καὶ ξύλα καπνιζόμενα καλεῖ, τοὺς κατ' αὐτοῦ συμπεφωνηκότας, ὡς ὅσον οὐδέπω πεπαυσομένους καὶ αὐτοῦ τοῦ εἶναι, καὶ τῆς βασιλείας. Ὥσπερ γὰρ ξύλον ἤγουν ὁ δαλὸς, ὅταν ἐξέληται τοῦ πυρὸς, καπνίζεται μὲν, πλὴν ἐν καταλήξει γίνεται, τοῦ καὶ ἔτι τὸ πῦρ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ· κατὰ τὸν ἴσον, οἶμαι, τουτονὶ τρόπον, καὶ ἄνθρωπος μέλλων ἢ ζωῆς ἢ πράγματος ἐν καταλήξει γίνεσθαι, λέγοιτ' ἂν εἰκότως δαλὸς ἢ ξύλον καπνιζόμενον ἔτι. Ἐπειδὴ δὲ ἠπίστοιτο περιδεεῖς μάλιστα γεγονότας, καὶ ἐν κατηφείᾳ πολλῇ, διά τε τὸ ἡττᾶσθαι μεμαχημένους πρὸς Φακεὲ, ὅτε καὶ πεπτώκασιν, ὡς ἔφην, ἑκατὸν εἴκοσι χιλιάδες ἐκ τοῦ Ἰούδα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ· καὶ τούτων ἐξίστησι τῶν δειμάτων αὐτοὺς, καί φησιν· « Ὅταν γὰρ ὀργὴ τοῦ θυμοῦ μου γένηται, πάλιν ἰάσομαι· » τοῦτ' ἔστιν, οὐδ' ἂν ἐκεῖνοι πεπτώκασιν, εἰ μὴ δέδωκεν αὐτοὺς ὑπὸ χεῖρα τῶν

Digitized by Google

ἐχθρῶν θυμὸς ἐμός. Ἀλλ' εἰ γένοιτο, φησὶ, τὰ ἐξ ὀργῆς κατά τινων, ἰάσομαι πάλιν τοὺς πεπονθότας. Ὁ γὰρ παραδοὺς ἐξ ὀργῆς, ἐξελεῖται ῥᾳδίως δι' ἔμφυτον ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν.

A innata quadam mansuetudine ac humanitate eximit.

Καὶ ὁ υἱὸς τοῦ Ἀρὰμ, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ Ῥομελίου, ὅτι ἐβουλεύσαντο βουλὴν πονηρὰν περὶ σοῦ λέγοντες· Ἀναβησόμεθα εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ συλλαλήσαντες αὐτοῖς ἀποστρέψομεν αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς, καὶ βασιλεύσομεν αὐτοῖς τὸν υἱὸν Ταβεήλ· τάδε λέγει Κύριος Σαβαώθ· Οὐ μὴ ἐμμείνῃ ἡ βουλὴ αὕτη, οὐδὲ ἔσται.

Vers. 5. *Et filius Aram et filius Romeliæ, quia inierunt consilium pravum contra te, dicentes: Ascendemus in Judæam, et colloquentes cum eis transferemus eos ad nos, et regem præficiemus illis filium Tabeel: hæc dicit Dominus Sabaoth: Non manebit consilium istud, neque erit.*

Οὔτε τῶν κατ' αὐτοῦ σκευωρημάτων τὴν ἀπαγγελίαν ἀπιστεῖσθαι συγχωρεῖ, οὔτε μὴν ἐφίησι περισσῶς συνθραύεσθαι δείματι. Βεβαιώσας δὲ μᾶλλον, καὶ ἀληθεῖς ἀποφήνας τὰς κατ' αὐτοῦ συναινέσεις ἧγουν συμφωνίας τῶν δύο βασιλέων, ὑπισχνεῖται τὴν ἐπικουρίαν μετατάττων ἐπὶ τὸ ἐπ' αὐτῶν μᾶλλον ἐρηρεῖσθαι δεῖν, καὶ μὴ ταῖς τῶν εἰδώλων προσκεῖσθαι λατρείαις, καὶ τοῖς τῶν ψευδομαντέων λόγοις, οἳ μυρία μὲν ὅσα κατὰ γνώμην φασὶ τοῖς τὰς πεύσεις προσάγουσι, B λαλοῦσί γε μὴν τῶν ἀληθῶν οὐδέν. Ὅτι τοίνυν ἐβουλεύσαντο, φησὶν, ἀνελθεῖν μὲν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ συλλαλῆσαι τοῖς ὑπὸ χεῖρα σὴν, ἀναπεῖσαί τε ταῖς αὐτῶν ἔπεσθαι γνώμαις, ἀληθὲς καὶ ὁμολογημένον. Βούλονται γὰρ ἐπιστῆσαι τὸν τοῦ Ταβεὴλ υἱόν. Ἀλλ' οὐκ ἔσται τοῦτο, φησίν. Καὶ τίς ὁ ὑπισχνούμενος; Κύριος Σαβαὼθ, τοῦτ' ἔστι, Κύριος τῶν δυνάμεων, ἤτοι ἐκ στρατιῶν· οὗ δὴ συννεύοντος τὸ χρῆναι νικᾷν, οἷς ἂν ἕλοιτο τυχὸν, τίς ὁ ἀναστρέφων τὰ ἐψηφισμένα; Καὶ τοῖς θείοις αὐτοῦ κρίμασιν, τίς ὁ ἀντεξάγειν δυνάμενος; Βεβαιοῖ τοιγαροῦν εἰς πίστιν τοὺς ἀπίστους ἔτι. Οὐ γὰρ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες, καθὰ καὶ αὐτὸς εἴρηκεν ὁ Σωτήρ. Ἰστέον δὲ ὅτι υἱὸν μὲν τοῦ Ἀρὰμ C τὸν Σύρον ἀποκαλεῖ, τοῦτ' ἔστι, τὸν Ῥαασσὼν, τοῦ γε μὴν Ῥομελίου τὸν Φακεὲ, ὃς βεβασίλευκεν ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, τοῦτ' ἔστι, τῶν δέκα φυλῶν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ.

Insidiarum contra ipsum rumorem neque concedit non credendum, neque permittit eum nimio terrore constringi: sed confirmat potius, et **118** conjurationes consensusque contra ipsum duorum regum veros esse demonstrat, subsidium promittit, eoque transfert ac ducit, uti dixi, ut ipsi inniterentur, ac considerent, nec idolorum cultibus addicerentur, falsorumque vatum sermonibus, qui infinita quidem pro animi sui libidine sciscitantibus pronuntiant, veri autem nihil loquuntur. Quod igitur consilium inierint revertendi in Judæam, et sermones cum tuis subditis conferendi, persuadendique ut suam sequantur voluntatem ac sententiam, verum est et confessum: volunt etenim illis Tabeelis filium prostituere. Verum non erit hoc, inquit. Et quis tandem est qui promittit? Dominus Sabaoth, id est virtutis seu exercituum: quo annuente victoriam quibus voluerit, quis ea quæ decreta sunt evertet? Et divinis ejus judiciis quis potest resistere? Confirmat proinde in fide etiam jam infideles. Non enim opus habent sani medico, sed male habentes [24], sicut et ipse dixit Servator. Sciendum præterea, quod filium Aram appellet Syrum, id est Rhaasson, filium Romeliæ Phaceem, qui regnavit super Israel, id est, decem tribus in Samaria.

Ἀλλ' ἡ κεφαλὴ Ἀρὰμ Δαμασκὸς, καὶ ἡ κεφαλὴ Δαμασκοῦ Ῥαασσών· ἀλλ' ἔτι ἑξήκοντα καὶ πέντε ἐτῶν, ἐκλείψει ἡ βασιλεία Ἐφραὶμ ἀπὸ λαοῦ, καὶ ἡ κεφαλὴ Ἐφραὶμ Σομόρων, καὶ ἡ κεφαλὴ Σομόρων, υἱὸς τοῦ Ῥομελίου. Καὶ ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε.

Vers. 8. *Sed caput Aram Damascus, et caput Damasci Rhaasson: sed in annis sexaginta et quinque deficiet regnum Ephraim a populo, et caput Ephraim Somoron, et caput Somoron filius Romeliæ. Et nisi credideritis, nequaquam intelligetis.*

Τοῖς διατρανοῦν ἐθέλουσι τὰ ἐν τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ, χρεία δὴ πάντως καὶ ἀφηγήσεως ἱστοριῶν, ἵνα πανταχόθεν τὸ ἀληθὲς τοῖς θείοις ἕπηται λόγοις. Ἐξηγεῖται τοίνυν ὁ προφήτης τὰ ἐν τοῖς ἱεροῖς Γράμμασι, δι' ὧν ἔστι μάλιστα ταῖς τῶν προκειμένων ἐννοίαις ἄριστα προσβαλεῖν. Οὐκοῦν ἐν καιροῖς D βασιλείας τοῦ Ἄχαζ συμπεφωνήκασι μὲν μετὰ τοῦ Ἰούδα καὶ τῶν Ἱεροσολύμων ὅ τε Ῥαασσὼν βασιλεὺς Συρίας καὶ Δαμασκοῦ, καὶ Φακεὲ υἱὸς Ῥομελίου βασιλεύων ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐν τῇ Σαμαρείᾳ. Δεδιὼς τοίνυν τὴν ἔφοδον ὁ Ἄχαζ πείθει χρήμασι τὸν Θεγλαφαλλασὰρ τῶν Ἀσσυρίων βασιλέα ἐπαμῦναί τε ἑαυτῷ, καὶ τῶν συμπεφωνηκότων ἀνατρέψαι τὴν ἔφοδον. Ὃς καὶ ἐλθὼν ἀνεῖλε μὲν τὴν Δαμασκὸν, μητρόπολιν οὖσαν τῶν Σύρων, ἀπέκτεινε δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Ῥα-

Qui exponere volunt quæ Scriptura divinitus inspirata continentur, hi opus omnino habent etiam narratione historiarum, ut undequaque veritas divinos sermones consequatur. Enarrat igitur propheta quæ in sacris Litteris prodita sunt, ex quibus maxime poterimus sensum horum verborum optime consequi. Itaque temporibus regni Achazi consenserunt contra Judam et Hierosolyma Rhaasson rex Syriæ et Damasci, et Phacee filius Romeliæ, qui Israelitico regno præerat in Samaria. Metuens ergo incursum Achazus, persuadet pecunia Theglaphallasaro Assyriorum regi, ut sibi ferat suppetias, et confederatorum insultum propulset. Qui expeditione facta Damascum evertit, quæ Syrorum metropolis erat, ipsumque Rhaassonem occidit. Defuncto

[24] Matth. IX, 12.

Digitized by Google

vero etiam in Samaria Phacee, qui erat Romeliæ filius, regnum **119** accipit Osee filius Elæ, vir improbus, et dæmonum deceptionibus addictior. Quo regnum gubernante, ascendit Salmanasar Assyrius adversus totam Samariam, et confestim capto Osea, et in loco servi habito, ac cuncta regione vastata, et Israelitarum terra desolata ac deserta, loco ipsorum incolarum inquilinos quosdam constituit, aut sane ex subditis suis, Ecchuthamque et Sappharvian. Gentes autem, credo, hæ Persicæ : sic enim in libris Regnorum scriptum est. Hujus nobis historiæ narrationem propheta commemorans : « Hæc dicit Dominus, inquit : Non manebit consilium hoc, neque erit, sed caput Aram Damascus, et caput Damasci Rhaasson, sed intra annos sexaginta et quinque deficiet regnum Ephraim a populo. » Et obscura quidem est verborum structura, at hunc in modum assequenda est : Caput, inquit, Aram, id est Syriæ, Damascus. Metropolis enim Syriæ Damascus, et caput Damasci Rhaassim, id est Rhaasson. Caput siquidem regionis et civitatis est, qui regnum in illos gerit. Et regnum Ephraim deficiet a populo ; in annis sexaginta et quinque deficiet regnum Ephraim, id est Israel; deficiet quoque caput Aram, id est Damascus, et caput Damasci, id est Rhaasson. Cepit enim, ut dixi, Theglaphallasarus Damascum et Rhaasson, et Salmanasarus, Oseam regem Ephraim, sive Israelis, et Somorrham, sive Samariam, communiter currente et inserviente illo verbo, *Deficiet :* et caput Ephraim civitas Somorrhorum, deficiet rursus. Caput autem Ephraim Somorrha vocat, id est Samariam. Mater enim principsque civitas Samariæ Somorrha. Ephraim autem quando dicit, Israelem notat; et caput Somorrhorum filius Romeliæ, id est Phacee : redit ac recurrit iterum illud *deficiet* in omnibus. Adjungit porro hisce : « Et si non credideritis, non intelligetis. » Et hæc quidem non immerito dicuntur. Etenim qui Dei verbum propter incredulitatem onerant contumeliis, hi cognitione ejus præditi esse non possunt. Oportet igitur incunctanter recipere quæ exhibentur a Deo, et quæ pollicetur ac loquitur, his annuere alacriter. Ita nobis inerit cognitio bona, et mentem nostram illustrabit lux sapientiæ ejus.

A ασσών. Ἀποθανόντος δὲ καὶ τοῦ Φακεὲ, ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, ὃς ἦν τοῦ Ῥομελίου, διαδέχεται τὴν βασιλείαν Ὡσηὲ υἱὸς Ἠλᾶ, πονηρὸς ἀνὴρ, καὶ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀπάταις ἐγκείμενος. Οὗ διέποντος τὴν βασιλείαν ἀνέβη Σαλμανασὰρ ὁ Ἀσσύριος κατὰ πάσης τῆς Σαμαρείας, καὶ παραχρῆμα μὲν εἷλεν τὸν Ὡσηὲ, καὶ ἐν οἰκέτου τάξει πεποίηται· καταδηώσας δὲ τὴν χώραν ἅπασαν, καὶ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἀποφήνας ἐρήμην, καθίστησιν ἀντ' αὐτῶν τῶν ἰδίων τινὰς ἐνοίκους, ἤτοι τῶν ὑπὸ χεῖρα, τόν τε Ἐχουθὰ καὶ τὸν Σαπφαρουΐαν· ἔθνη δὲ οἶμαι ταυτὶ Περσικά. Γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν βίβλοις Βασιλειῶν. Ταύτης ἡμῖν ἱστορίας τὴν ἀφήγησιν ὁ προφήτης, λέγων· « Τάδε λέγει Κύριος· Οὐ μὴ ἐμμείνῃ ἡ βουλὴ αὕτη, οὐδὲ ἔσται, ἀλλ' ἡ κεφαλὴ Ἐφραὶμ Δαμασκὸς, καὶ B ἡ κεφαλὴ Δαμασκοῦ Ῥαασσίμ· ἀλλ' ἔτι ἑξήκοντα καὶ πέντε ἐτῶν ἐκλείψει ἡ βασιλεία Ἐφραὶμ ἀπὸ λαοῦ. » Καὶ ἀσαφὴς μὲν ἡ τῶν λέξεων συνθήκη· προσβαλεῖν δὲ χρὴ τοιῶσδε· Ἡ κεφαλὴ, φησὶν, Ἀρὰμ, τοῦτ' ἔστι τῆς Συρίας, Δαμασκός. καὶ ἡ κεφαλὴ Δαμασκοῦ Ῥαασσὶμ, τοῦτ' ἔστιν ὁ Ῥαασσών· κεφαλὴ γὰρ τῆς τε χώρας καὶ τῆς πόλεως ὁ βασιλεύων αὐτῶν. Καὶ ἡ βασιλεία δὲ Ἐφραὶμ ἐκλείψει ἀπὸ λαοῦ· ἔτι ἑξήκοντα καὶ πέντε ἐτῶν ἐκλείψει ἡ βασιλεία Ἐφραὶμ, τοῦτ' ἔστι, τοῦ Ἰσραήλ· ἐκλείψει καὶ ἡ κεφαλὴ Ἀρὰμ, τοῦτ' ἔστιν ἡ Δαμασκὸς, καὶ ἡ κεφαλὴ Δαμασκοῦ, τοῦτ' ἔστιν ὁ Ῥαασσών. Εἶλεν γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ μὲν Θεγλαφαλλασὰρ τήν τε Δαμασκὸν καὶ τὸν Ῥαασσὼν, ὁ δὲ Σαλμανασὰρ τὸν Ὡσηὲ βασιλέα C Ἐφραὶμ, ἤτοι τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τὴν Σομόρων, ἤτοι Σαμαρείαν, ἀπὸ κοινοῦ τρέχοντος τὸ *ἐκλείψει*· καὶ ἡ κεφαλὴ δὲ Ἐφραὶμ Σομόρων ἐκλείψει πάλιν. Κεφαλὴν δὲ Ἐφραὶμ τὰ Σόμορα καλεῖ, τοῦτ' ἔστι τὴν Σαμαρείαν· μητρόπολις γὰρ Σαμαρείας Σόμορα. Ἐφραὶμ δὲ ὅταν λέγει, τὸν Ἰσραὴλ δηλοῖ· καὶ ἡ κεφαλὴ Σομόρων υἱὸς τοῦ Ῥομελίου, τοῦτ' ἔστιν ὁ Φακεέ· τρέχει δὲ πάλιν τὸ *ἐκλείψει* κατὰ πάντων. Προσεπάγει δὲ τούτοις· « Καὶ ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε. » Ἔχει δὲ καὶ σφόδρα τὸ εἰκὸς ὁ λόγος. Τοῖς γὰρ ταῖς ἀπιστίαις περιυβρίζουσι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, οὐδ' ἂν ἐγγένοιτο σύνεσις ἡ παρὰ αὐτοῦ. Δεῖ τοιγαροῦν ἀμελλητὶ δέχεσθαι τὰ παρὰ Θεοῦ, καὶ οἷς ἂν ὑπισχνεῖται καὶ λαλεῖ συννεύειν ἑτοίμως. Ἔσται γὰρ ἐν ἡμῖν οὕτως ἡ σύνεσις ἀγαθὴ, καὶ περιαστρά D ψει τὸν νοῦν τῆς παρ' αὐτοῦ σοφίας ὁ φωτισμός.

Vers. 10. *Et perrexit Dominus loqui Achazo, dicens : Postula tibi signum a Deo* **120** *tuo, in profundum, vel in excelsum. Et dixit Achaz : Nequaquam postulabo, nequaquam tentabo Dominum.*

Achazo thronum regni obtinente Hierosolymis, et ad effrenationem quamdam valde prolapso, et dæmoniorum cultibus falsis adhærescente, eum omnibus modis conatur ad melius traducere, et ut veritatis opiniones consectetur ac cupiat, et recta de Deo sentire velit. Quoniam igitur idolorum cultores magnificit, ac curæ studioque ei fuit rerum eventus curiosius scrutari, et ex sacris sciscitari oracula, verbisque falsorum vatum ludificari, periculis impendentibus, Achazum hæc molientem retrahit ante

Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἄχαζ λέγων· Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου Θεοῦ σου εἰς βάθος, ἢ εἰς ὕψος. Καὶ εἶπεν Ἄχαζ· Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδ' οὐ μὴ πειράσω Κύριον.

Τοὺς τῆς βασιλείας διέποντα θάκους ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τὸν Ἄχαζ, καὶ πολὺ λίαν ἀπονενευκότα πρὸς τὸ ἐξήνιον, καὶ εἰς τὸ προσκεῖσθαι φιλεῖν ταῖς τῶν δαιμονίων ψευδολατρείαις, διὰ παντὸς πειρᾶται τρόπου μετακομίζειν ἐπὶ τὸ ἄμεινον, καὶ εἴς γε τὸ δεῖν τῶν τῆς ἀληθείας ἐφικέσθαι δογμάτων, καὶ ὀρθὰ φρονεῖν ἐλέσθαι περὶ Θεοῦ. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ τοῖς τῶν εἰδώλων θεραπευταῖς περὶ πολλοῦ ἐτέθειτο, καὶ ἦν ἐν σπουδῇ τὸ χρῆναι περιεργάζεσθαι τὰς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεις, καὶ χρησμοὺς αἰτεῖν ἐξ ἱερῶν,

Digitized by Google

καὶ τοῖς τῶν ψευδομάντεων φενακίζεσθαι λόγοις, κινδύνων αὐτοῖς ἐπηρτημένων, προανακόπτει τρόπον τινὰ τοῦτο μέλλοντα ποιεῖν Ἄχαζ, καὶ πρὸς τὸ τετραχέναι τι σημεῖον, οὐκ ἐκ τῶν συνηθῶν αὐτῶν τεμενῶν, οὐδ' ἐκ τῶν ψευδομάντεων ἔτι, μᾶλλον δὲ παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὸν τῆς αἰτήσεως τρόπον ταῖς αὐτοῦ ψήφοις ἀπονενέμηκεν εἰπών· « Εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος, » τοῦτ' ἔστιν, ἢ εἰς οὐρανὸν, ἢ εἰς γῆν, καὶ τὰ ἔτι κατωτέρω. Καὶ πεπληροφόρηκεν διὰ τούτου, καὶ δίδωσι νοεῖν, ὅτι Θεὸς ὑπάρχων τῶν ὅλων καὶ Κύριος, ἐπ' ἐξουσίας ἐργάζεται τὸ δοκοῦν, κἂν εἴτε τι τῶν ἐν οὐρανῷ βλέπειν βούλοιτο, κἂν εἴτε τι τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Παραιτεῖταί γε μὴν ὁ Ἄχαζ, οὐχ ὡς Θεὸν αἰδούμενος, περιυβρίζων δὲ μᾶλλον ὁ δείλαιος, κἂν εἰ τοῖς ἐξ εὐλαβείας ἐπισεμνύοιτο λόγοις. Οὐ γὰρ μὴ αἰτήσω, φησὶν, οὐδ' οὐ μὴ πειράσω τὸν Κύριον. Ἐπειδὴ γὰρ Θεοῦ προστάττοντος αἰτεῖν, τὸ μὴ αἰτεῖσθαι θέλειν ἐναργὲς ἔχει τὸ δυσσεβὲς, ὑποπλάττεται τὸ μὴ πειρᾶσθαι θέλειν αὐτὸν, καὶ νομικὸν ὥσπερ προῖσχεται λόγον· « Οὐ γὰρ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου. » Καίτοι πῶς οὐχ ἁπαστισοῦν τῆς τοῦ Ἄχαζ σκαιότητος καταδοήσει λόγος; Αὐτοῦ γὰρ ἐφιέντος αἰτεῖν τοῦ Θεοῦ, πῶς οὐκ ἄμεινον τὸ ἐλέσθαι μᾶλλον ἐκεῖνο δρᾶν, ὃ προστέταχεν, ἢ δυστρόπως εὑρεσιλογεῖν, καὶ πρόφασιν εὐπειθείας ποιεῖσθαι σαθρὰν τὸ, Οὐ μὴ πειράσω Κύριον; Ἀλλ' ἦν ὁ σκοπὸς αὐτῷ τοὺς μὲν ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ μὴ προσίεσθαι λόγους, ψήφῳ δὲ μᾶλλον τῇ κρείττονι στεφανοῦντας τὸν χρησμολόγον, ψευδοπείας καὶ ταῖς οἰωνῶν τάχα που περιεργάζεσθαι πτήσεσι, καὶ τὰς ἐκ τῶν δαιμονίων ἐπικουρίας αἰτεῖν.

A et impedit, præcipitque ut non jam ex consuetis sibi delubris, non ex vanis vatibus, sed a Domino Deo potius signum petat. Genus etiam et modum petitionis assignat sua sententia, cum dicit : « In profundum, vel in excelsum, » hoc est, in cœlum vel in terram, atque adeo inferiora. Quibus verbis probat ac significat, Deum esse universitatis Dominum, et per potestatem et auctoritatem quidquid visum est efficere, sive rerum cœlestium, sive terrestrium procurationem voluerit suscipere. Repudiat deinde Achazus, non quasi Deum reveritus, sed contumelia potius afficiens miser, etiamsi verbis piis et religiosis glorietur. Non enim, inquit, petam, nec tentabo Dominum. Nam cum jubente Deo petere, si petere nolis, sapit manifestam impietatem, si- B mulat se nolle ipsum tentare, et verba fere legis obtendit : « Non enim tentabis Dominum Deum tuum [37]. » Annon autem est huic perversitati Achazi pleno ore reclamitandum? Nam cum Deus petere juberet, annon præstabat, illud quod præcepit facere, quam maligne captiones comminisci, et excusationem inobedientiæ frivolam prætexere, scilicet : Non tentabo Dominum? Verum hoc illi in animo erat, superos atque divinos sermones non amplecti, sed fatidicorum potius deliramenta coronare, et candidiore calculo anteferre, auguriorum responsa curiosius sciscitari, et dæmonum præsidium implorare.

Καὶ εἶπεν· Ἀκούσατε δὴ, οἶκος Δαβὶδ, μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις; καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον.

C Vers. 13. *Et dixit : Audite, domus David : num parum vobis est molestiam exhibere hominibus? 121 etiamne Domino facessitis negotium? Propterea dabit Dominus ipse vobis signum.*

Ἀπειρηκότος τοῦ Ἄχαζ τοῦ σημείου τὴν αἴτησιν, οὐκ ἀνεχομένου τε τιμᾷν ἢ εἰδέναι τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, καὶ τῶν ὅλων Κύριον, ὅτι μὴ εἰς ἅπαν ἀγνοηθήσεται παρὰ τοῦ Ἰσραὴλ, μήτε μὴν τὸν θεῖον ἀπολέσει κλῆρον, ἀλλ' ἐπιγνώσονται κατὰ καιροὺς, αὐτὸν πειρᾶται διδάσκειν. Πλὴν οὐκέτι λόγου μὲν ἀξιοῖ τὸν Ἄχαζ, ὑβριστὴν ὄντα καὶ θεομισῆ, προσπεφώνηκε δὲ μᾶλλον τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, τοῦτ' ἔστι, τοῖς ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ἐξ ἧς καὶ αὐτὸς γέγονε τὸ κατὰ σάρκα Χριστός. Ἀνεξικάκως[5] δὲ λίαν ὡς Θεὸς ποιεῖται τὴν προαγόρευσιν. Προαιτιασάμενος γὰρ ὅτι πεποίηται παρ' οὐδὲν τὸ καὶ αὐτῷ προσκροῦσαι τῷ πάντα ἰσχύοντι Θεῷ, καὶ οἷον ἀγῶνας αὐτῷ καὶ καμάτους, τόγε ἧκον εἰς αὐτοὺς, σαλεύειν ἐπιχειρεῖν διά γε τοῦ μὴ θέλειν ὀρθοποδεῖν· τότε δὴ τότε τῆς καθόλου τε καὶ γενικωτάτης ἐπικουρίας ποιεῖται τὴν προανάρρησιν. Ὦ, τοίνυν, φησὶν, οἶκος Δαβὶδ, εἰ τὸ ἀνθρώποις προσκροῦειν οὐκ ἀζήμιον, τί τῷ Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα, τῷ κολάζειν μὲν οὐκ ἐθέλοντι, ἰσχύοντι δὲ τοῦτο δρᾶν καὶ λίαν εὐκόλως; Ἐπειδὴ δὲ παραιτεῖσθε τοῦ σημείου τὴν αἴτησιν, αὐτόμολός εἰμι πρὸς τοῦτο, φησὶν· κἂν εἰ βούλοισθε νοσεῖν, ἐπάγω τὴν θεραπείαν, ἐπείπερ εἰμὶ χρηστὸς καὶ φιλάνθρωπος. Αὐτὸς ὑμῖν Κύριος

Cum Achazus signi petitionem detrectasset, nec sustineret colere aut cognoscere natura et vere Deum, et Dominum universitatis, conatur docere, eum non penitus ignotum fore Israeli, neque suam sortem perditurum, sed olim eos illum agnituros. Achazum vero insolentem et Dei hostem, non ulterius alloquio dignatur, sed domum potius Davidicam compellat, id est, eos qui ex tribu Juda erant, ex qua natus est secundum carnem ipse Christus. Vaticinium autem hoc clementissime ut Deus instituit, accusans primum, quod pro nihilo haberetur, D ipsum etiam Deum omnipotentem offendere et veluti molestias ac negotia exhibere ei quod ad ipsos attinet, eo quod recto pede incedere nollent. Tunc catholici latissimeque patentis auxilii vaticinium profert. O domus, inquit, Davidis : si homines quidem offendere non licet impune, Domino qui punire quidem non vult, potest autem et facillime, quid creatis molestiam? Quoniam autem vos recusatis signum petere, ipse sponte mea venio ad hoc, inquit, et licet velitis ægrotare, adduco medicinam, quandoquidem benignus sum, et hominis amantissimus. Ipse Dominus vobis signum dabit, certo per-

[37] Deut. VI, 16.

Digitized by Google

suadens Israelem errantem suo tempore servatum iri : et non ignoraturum Dominum, sed cultorem Dei servatoris evasurum. Id autem per Christum perfectum est, qui vocavit ad agnitionem Israelem, omnique peccato et lignorum ac lapidum cultu liberavit ipsum.

VERS. 14-16. *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus, Emmanuel. Butyrum et mel comedet; priusquam sciat ille mala præponere, eligat bonum. Ideo priusquam sciat puer bonum vel malum, malitiæ non obtemperat, ut eligat bonum. Et relinquetur terra quam tu metuis, a facie duorum regum.*

Reddiderunt quidam eorum qui divinas Scripturas interpretati sunt : Ecce puella in utero habebit. Videtur quidem Judæis puellæ nomine oportere Matrem Domini subnotari, nec vocari virginem. Existimant siquidem fas esse vim mysterii enervare, si puella non virgo dicatur. Cæterum rudes eos esse multis modis videre licet. **122** Primum enim licet dicatur hæc virgo puella, non privabitur eo, ut sit virgo. Dein asseverant prophetam de uxore Achazi dicere illud : Ecce puella in utero habebit, et pariet filium, ut intelligamus ex eo natum Ezechiam. Atqui dum prophetiæ verba non examinantes, inconsiderate quod lubet arripiunt, tum hoc etiam solum habere videntur quo suum propositum ac sententiam confirment. Verum, o viri optimi, dixerit quispiam illis, quis Ezechiam vocavit Emmanuel? Vel unde demonstrare poterunt, quod priusquam sciret ille bonum vel malum, malitiæ non obtemperaret, ut eligeret bonum? Igitur valedicamus istorum præstigiis et quod rectum verumque est amplectamur; sanctam Virginem hac prophetia nobis a Deo denotari credamus. Sic enim erit paradoxum vere, atque incredibile, et signum maximum, in profundum simul et excelsum, juxta divinam promissionem. E supernis enim, et ex Deo Patre secundum naturam genitus Filius unigenitus, exinanivit seipsum, et ex utero virginali editus est secundum carnem, non humana seminis emissione unde generatio secuta sit, sed vi et efficientia sancti Spiritus. Ita namque dictum est sanctæ Virgini voce beati Gabrielis : « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi [38]. » Pariet igitur, ait, filium. Et tu, o domus David, quæ nunc, inquit, renuis Deo credere, signumque ab eo postulare, ad confirmationem eorum quæ promissa sunt, propterea quod magis idolis afflicta et addicta sis : vocabis nomen ejus Emmanuel, hoc est, confiteberis Deum in humana forma apparuisse. Cum enim apparuit secundum nos unigenitus Dei Sermo, tunc etiam nobiscum factus est. Qui enim supra omnem creaturam fuit, factus est nobis similis. Observa

[38] Luc I, 35.

δώσει σημεῖον, πληροφορῶν ὅτι καὶ σωθήσεται κατὰ καιροὺς ὁ πεπλανημένος Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἀγνοήσει τὸν Δεσπότην, ἀλλ' ἔσται προσκυνητὴς τοῦ σεσωκότος Θεοῦ. Κατώρθωται δὲ τοῦτο διὰ Χριστοῦ κεκληκότος εἰς ἐπίγνωσιν τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἀπάσης αὐτὸν ἀπαλλάξαντος ἁμαρτίας, καὶ τοῦ προσκυνεῖν ἐθέλειν ξύλοις καὶ λίθοις.

Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Βούτυρον καὶ μέλι φάγεται· πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν ἢ προελέσθαι πονηρὰ, ἐκλέξασθαι τὰ ἀγαθόν. Διότι πρὶν γνῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν καὶ κακόν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ, ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν (1). *Καὶ καταλειφθήσεται ἡ γῆ, ἣν σὺ φοβῇ, ἔρημος ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων.*

Ἐκδεδώκασι μέν τινες τῶν τὰς θείας ἑρμηνευσάντων Γραφὰς, τὸ, Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ ἕξει. Δοκεῖ γε μὴν Ἰουδαίοις τῷ τῆς νεάνιδος ὀνόματι κατασημαίνεσθαι δεῖν τὴν τοῦ Κυρίου Μητέρα, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον καλεῖσθαι παρθένον. Οἴονται γὰρ ὅτι τὴν τοῦ μυστηρίου δύναμιν ἀπρακτῆσαι θέμις, εἰ νεᾶνις λέγοιτο, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον παρθένος. Ἀμαθαίνοντας δὲ κατὰ πολλοὺς τρόπους κατίδοι τις ἂν αὐτούς. Πρῶτον μὲν γὰρ, κἂν εἰ λέγοιτο νεᾶνις ἡ παρθένος, οὐκ ἔξω κείσεται τοῦ εἶναι παρθένος. Εἶτά φασι περὶ τῆς τοῦ Ἄχαζ γυναικὸς τὸν προφήτην εἰπεῖν τὸ, Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, ἵνα νοῶμεν τὸν Ἐζεχίαν τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγονότα. Ἀλλὰ τοὺς τῆς προφητείας οὐ βασανίζοντες λόγους, τὸ ἀπερισκέπτως δοκοῦν ἁρπάζουσιν, εἶτα τὸν ἑαυτῶν οἴονται σκοπὸν ἐμπεδοῦν διὰ τούτου καὶ μόνου. Ἀλλ', ὦ βέλτιστοι, φαίη τις ἂν πρὸς αὐτοὺς, τίς τὸν Ἐζεχίαν ἐκάλεσεν Ἐμμανουήλ; Ἢ πόθεν ἂν ἐπιδείξειαν ὅτι πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἠπείθησε πονηρίᾳ τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν; Οὐκοῦν ἐρρῶσθαι φράσαντες ταῖς ἐκείνων τερθρείαις, τὸ ὀρθῶς τε καὶ ἀληθῶς ἔχον παραδεξόμεθα, τὴν ἁγίαν Παρθένον διὰ τῆς προκειμένης ἡμῖν προφητείας κατασημαίνεσθαι παρὰ Θεοῦ πιστεύοντες. Οὕτω γὰρ ἔσται παράδοξον ἀληθῶς καὶ ὑπερμέγεθες τὸ σημεῖον, εἰς βάθος τε ὁμοῦ καὶ ὕψος κατά γε τὴν θείαν ὑπόσχεσιν γεγονός. Ὁ γὰρ ἄνωθεν καὶ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς κατὰ φύσιν γεγενημένος Υἱὸς μονογενὴς, κεκένωκεν ἑαυτὸν, καὶ λαγόνων ἐξεδόθη τῶν παρθενικῶν τὸ κατὰ σάρκα, οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνης καταβολῆς λαβούσης τὴν γένεσιν, ἀλλ' ἐκ δυνάμεώς τε καὶ ἐνεργείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οὕτω γὰρ εἴρηται πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον διὰ φωνῆς τοῦ μακαρίου Γαβριήλ· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σε. » Τέξεται τοίνυν, φησὶν, υἱόν. Καὶ σὺ, ὦ οἶκος Δαβὶδ, ὁ νῦν, φησὶ, παραιτούμενος τὸ ἐπὶ Θεῷ πεποιθέναι, καὶ παρ' αὐτοῦ σημεῖον αἰτεῖν, εἰς βεβαίωσιν ὧν ἐπήγγελται, διὰ τὸ προσκεῖσθαι μᾶλλον εἰδώλοις, καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, τοῦτ' ἔστιν, ὁμολογήσεις τὸν Θεὸν ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ πεφηνότα. Ὅτε γὰρ πέφηνε καθ' ἡμᾶς

(1) Hæc, Διότι... τὸ ἀγαθόν, propter homœoteleuton, ut videtur, in editione Auberti deerant. EDIT.

Digitized by Google

ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, τότε καὶ γέγονε καὶ μεθ' ἡμῶν. Ὁ γὰρ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν, γέγονε καθ' ἡμᾶς. Ἄθρει δὲ ὅπως, ἵνα δείξῃ τὸν αὐτὸν ἀληθῶς Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον, τίθησιν ἐπ' αὐτοῦ τὰ θεῖά τε καὶ ἀνθρώπινα. Ὅτι μὲν γὰρ ἐν σαρκὶ γέγονε κατ' ἀλήθειαν, πειρᾶται πληροφορεῖν, τροφὴν αὐτῷ γεγενῆσθαι λέγων τὴν νηπίοις πρέπουσαν, βούτυρόν τε καὶ μέλι. Ὅτι δὲ, καίτοι σὰρξ γεγονὼς, οὐδὲν ἧττον ἔσται κρείττων ἁμαρτίας ὡς Θεὸς, διδάσκει πάλιν ἐπιφέρων εὐθύς· « Διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ, τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ οὔπω πρὸς ἥβην ἐλάσαντες, οὔτε μὴν εἰς μέτρον ἡλικίας ἀφιγμένοι, τῆς ὡς ἀπό τε χρόνου φρονήσει τετιμημένης, οὐδ' ἂν εἶεν ὅλως ἐπιτήδειοι διακρίνειν δύνασθαι, τί μὲν ἂν εἴη τὸ φαῦλον, τί δὲ τὸ ἀγαθόν· καλοῦντος δὲ ἤδη πρὸς τοῦτο καιροῦ, τότε τῶν πρακτέων ἐλευθέραν ποιοῦνται τὴν αἵρεσιν. Ἡ δέ γε θεία καὶ ἀνωτάτω φύσις, οὐκ ἔν γε τοῖς καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐν ἰδίοις καὶ τοῖς αὑτῇ πρέπουσιν ὑψώμασιν, ἄβατος ἀεὶ πονηρίας ἐστίν· καὶ τοὺς τῆς φαυλότητος ἀποσείεται τρόπους, οὐ πειραζομένη ποθὲν, οὐκ ὄχλησιν ὑπομένουσα, φυσικῶς δὲ μᾶλλον καὶ οὐσιωδῶς ἀπειθοῦσα τῇ πονηρίᾳ. Καὶ οὐ καθ' ἕτερον, οἶμαι, τρόπον, ἢ ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι περὶ τοῦ φωτὸς, ὅτι ἀπειθεῖ που εἶναι σκότος. Θὺ γὰρ ἀνέχεται παθεῖν τὸ μὴ εἶναι φῶς. Φύσεως οὖν ἄρα τῆς θείας τὸ ἀεὶ πεπηγὸς εἰς τὸ ἀγαθὸν καταστηµαίνει λέγων, ὅτι « Ἀπειθεῖ πονηρίᾳ τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. » Ἀληθὲς δὲ τοῦτο καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ καὶ γεγένηται κατὰ σάρκα διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου, Θεὸς ὢν φύσει καὶ ἐκ Θεοῦ πεφηνὼς ὁ Λόγος, ἀλλ' ἦν ἐκ μήτρας καὶ πρὸ αὐτῆς, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος ἅγιος ὡς Θεὸς, τῶν ἰδίων πλεονεκτημάτων οὐκ ἀπολισθήσας διὰ τὸ ἀνθρώπινον· ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀνθρωπίνων ἀμελήσας διὰ τὴν οἰκονομίαν· ἵνα πιστεύσηται κατ' ἀλήθειαν γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, καὶ αὐτὴν ἡμῶν ἁγιάσῃ τὴν γένεσιν. Καταλειφθῆναι δέ φησι τὴν γῆν, περὶ ἧς ὑφορᾶται καὶ ἐδεδίει ἐκ προσώπου τῶν δύο βασιλέων. Ὅμοιον δὲ ὡσεὶ καὶ λέγοι σαφῶς· Ὅταν ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λαβοῦσα τέκοι, σὺ, ὦ οἶκος Δαβὶδ, καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· τότε πάντες οἱ παρενοχλοῦντες τῇ ἁγίᾳ γῇ καταλείψουσιν αὐτήν. Ἔσται γὰρ οὐκέτι βατὴ τοῖς ἐθέλουσι καταδηοῦν. Πνευματικὸς δὲ ὁ λόγος. Γεννηθέντος γὰρ τοῦ Ἐμμανουὴλ, ἡ ἀληθῶς ἁγία γῆ καὶ πόλις, τοῦτ' ἔστιν ἡ Ἐκκλησία, γέγονεν ἐν καλῷ τῆς ἐλπίδος, καὶ πάντα πεπάτηκεν ἐχθρὸν, οἳ καὶ ἄμαχον εἰδότες αὐτὴν ἀνακεχωρήκασι, καταλελοιπότες ὡς παρὰ Θεοῦ σωζομένην. Ἐγὼ γὰρ ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος, τεῖχος πυρὸς κυκλόθεν, καὶ εἰς δόξαν ἔσομαι ἐν μέσῳ αὐτῆς.

vero, ut ostendat eum vere Deum simul et hominem fuisse, quo pacto ei divina et humana attribuat. Nam in carne fuisse vere, conatur certo persuadere, cum dicit, cibum ei fore parvulis convenientem butyrum et mel. Quod etiam licet caro exstiterit, nihilominus futurus esset peccato superior, Deus iterum docet cum mox infert : Antequam sciat puer bonum vel malum, malitiæ non obtemperat, ut eligat bonum. Homines enim nondum ad pubertatem provecti, **123** nec mensuram ætatis assecuti (quæ ipso tempore prudentia exculta est et ornata), nequaquam habiles et idonei esse possunt, ut quid vitiosum, quid bonum sit, valeant decernere : cum autem ad id tempus vocat, tunc rerum agendarum liberam facultatem habent. Divina autem et suprema natura, in sublimitate quadam non nostra, sed propria et sibi congruente collata est, ad quam malitiæ accessum non habet ; vitiique omne genus excutit, non tentata aliquando, perturbationibus vacua ; imo natura sua et essentia, malitiæ non obtemperans. Non aliter, credo, quam si quis de luce dicat, quod refragetur, esse caligo, ut enim lux non sit, ferre non potest. Naturæ igitur divinæ esse, semper bono adhærere, declarat, cum ait, eam non obtemperare malitiæ, quo bonum eligat. Quod in ipso Christo verum est. Etsi enim genitus fuit secundum carnem per sanctam Virginem, Deus natura et ex Deo natus Verbum : tamen ex vulva erat, et ante ipsam, imo et ante omne sæculum, sanctus ut Deus, a sua prærogativa non deturbatus propter humanitatem ; sed nec humana neglexit propter administrationem, ita uti credatur vere nostræ conditionis fuisse, et nostram hanc creationem sanctificasse. Relinquendam præterea asserit terram quam suspicatur et timet, a facie duorum regum. Simile autem est ac si quis dicat aperte : Quando Virgo prægnans pepererit, et tu, o domus David, vocabis nomen ejus Emmanuel : tunc omnes qui affligunt sanctam terram, relinquent eam, nec erit deinceps obvia ulli vastitatem inferre volenti. Spiritualis vero hæc oratio. Nato enim Emmanuele, ea quæ vere facta terra est civitas, id est Ecclesia, in bonam spem vocata est, omnesque hostes calcavit, qui invictam illam videntes, recesserunt, et ut a Deo conservatam reliquerunt. Ego enim ero illi, dicit Dominus, murus igneus circumquaque, et in gloriam ero in medio ejus.

ΛΟΓΟΣ Ε'.

Ἀλλ' ἐπάξει Κύριος ἐπὶ σὲ, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός σου ἡμέρας, αἳ οὐδέπω ἦκασιν, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀφεῖλεν Ἐφραὶμ ἀπὸ Ἰούδα τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων.

Τεθορυβημένῳ λίαν τῷ Ἄχαζ ἐπὶ τῇ συμφωνίᾳ τῶν δύο βασιλέων, τοῦ τε Ῥαασσὼν καὶ τοῦ Φακεὲ,

124 ORATIO V.

VERS. 17. *Sed invehet Dominus tibi, et populo tuo, et domui patris tui dies, quales non venerunt, a die quo abstulit Ephraim a Juda principem Assyriorum.*

Turbato plurimum Achazo propter conspirationem duorum regum, Rhaasson et Phacee, pollicitus

Digitized by Google

est universitatis Deus subsidium : et in fide eum volens corroborare, signum petere jussit « in profundo, sive in excelso. » Renuente autem Achazo, et perversissime dicente : Non petam, neque tentabo Dominum (attendit enim magis vanorum vatum imposturis), sua sponte quodammodo Deus ipse domui Davidis signum exhibuit. Ecce enim, inquit, virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel. Oratione demum de his sane belle confecta, transfert rursus futurorum prædictionem ad ipsius Achazi personam. Oportebat enim, oportebat salutis per Christum prænuntiationem fieri ad eos qui ex familia erant Davidica, id est ex tribu Juda, de qua ortus est secundum carnem ipse Christus. Prædictionem autem gravium et inauspicatissimorum malorum inobedientibus proponi decebat, ut perspicerent vere acerbum fore, et non impune cessurum his qui divinam majestatem dedecore aspergunt, quod Domino molestias facesserent, et præter ipsum alios qui dii non sunt, adorarent. Itaque successu temporis et ipsa Hierosolyma, et cunctam Judæorum regionem in ultimas calamitates devolvendam esse, et manibus hostium subdendam, enucleate præmonstrat. Cæterum obscuriorem dictionum compositionem et structuram, quoad potero, ante alia etiam aggrediar enodare. Invehet Deus, inquit, tibi et populo tuo, et domui patris tui dies, quales nunquam venerunt, a quo die sustulit Ephraim a Juda. Est autem horum versuum hæc sententia : Temporibus regni Roboami filii Salomonis, abstulit, id est avulsit seipsum Ephraim, id est 125 decem tribus a Juda tribu. Divisæ sunt enim, et decem tribus a tribu Juda inhabitarunt Samariam, tribus autem Juda et dimidium tribus Manasse Hierosolymis remanserunt. At processu temporis multa adversa illis acciderunt. Vastata est enim Samaria, et conterminæ gentes, Idumæi, Moabitæ et Philistini incursum in Judæam fecerunt. Itaque perpessi sunt tam hi quam illi multa et gravia, et tempora aspera senserunt. Dies igitur invehet Deus, quales non fuerunt, sive invaserunt nos ab eo tempore, ex quo abstulit, sive sejungit se a Juda Ephraim. Quod tandem vobis erit hoc tempus, et quinam dies? Rex, inquit, Assyriorum, nimirum Nabuchodonosorus, qui Hierosolyma vastavit, universamque Judæam vi occupavit, qui divinum fanum cremavit, et nullum non ferinæ crudelitatis genus exercuit, cujusmodi nunquam in ullam gentem patrasse reperitur.

A κατεπηγγέλλετο μὲν τὴν ἐπικουρίαν ὁ τῶν ὅλων Θεός· ἐπειδὴ δὲ προσεμπεδοῦν ἤθελεν εἰς πίστιν αὐτὸν, αἰτεῖν ἐκέλευσε σημεῖον, « εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος. » Παραιτουμένου δὲ τοῦ Ἄχαζ, καὶ δυστροπώτατα λέγοντος, Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδ' οὐ μὴ πειράσω Κύριον (ἐζήτει γὰρ μᾶλλον τοὺς ἐκ τῶν ψευδομάντεων φενακισμούς), ἠὐτομόλησε τρόπον τινὰ Θεὸς, καὶ τῷ οἴκῳ Δαβὶδ ἐδίδου σημεῖον αὐτός. Ἔφασκε γάρ· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. » Ἐπειδὴ δὲ ὁ περὶ τούτων εὖ μάλα διεπεραίνετο λόγος, μεθίστησι πάλιν τῶν ἐσομένων τὴν προαγόρευσιν, ἐπ' αὐτὸ τοῦ Ἄχαζ τὸ πρόσωπον. Ἔδει γὰρ, ἔδει σωτηρίας μὲν τῆς διὰ Χριστοῦ γενέσθαι τὴν προανάῤῥησιν πρὸς τοὺς ἐκ τοῦ οἴκου Δαβὶδ, τοῦτ' B ἔστι, τοὺς ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς, ἐξ ἧς καὶ αὐτὸς ἀνατέταλκε τὸ κατὰ σάρκα Χριστός· τῶν γεμὴν συμβησομένων κατὰ καιροὺς δεινῶν τε καὶ ἀπευκτῶν τοῖς ἀπειθεῖν ἠρημένοις ποιεῖται τὴν προανάῤῥησιν, ἵν' εἰδεῖεν ὅτι πικρὸν ἀληθῶς, καὶ οὐκ ἀζήμιον, τοῖς τὴν θείαν ἀτιμάζουσι δόξαν τὸ παρέχειν ἀγῶνα Κυρίῳ, καὶ προσκυνεῖν ἐλέσθαι παρ' αὐτὸν ἑτέροις τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς. Ὅτι τοίνυν ἐμελλον κατὰ καιροὺς, αὐτά τε τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ἅπασα δὲ τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα ταῖς ἐσχάταις περιπεσεῖσθαι ταλαιπωρίαις, καὶ ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι τῶν ἐχθρῶν, προκαταμηνύει λεπτῶς. Ἀσαφεστέραν δὲ οὖσαν τὴν τῶν λέξεων συνθήκην, ὡς ἂν οἷός τε, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων διατρανοῦν πειράσομαι. « Ἐπάξει, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐπὶ σὲ, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός C σου, ἡμέρας, αἳ οὔπω ἦκασιν, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀφεῖλεν Ἐφραὶμ ἀπὸ Ἰούδα. » Ἔστι δὲ τῶν στίχων τοιοῦτος ὁ νοῦς· Ἐν καιροῖς τῆς βασιλείας Ῥοβοὰμ υἱοῦ Σολομῶνος ἀφεῖλε, τοῦτ' ἔστιν, ἀπέσπασεν ἑαυτὸν ὁ Ἐφραὶμ, τοῦτ' ἔστι, πάλιν αἱ δέκα φυλαὶ, ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς. Ἐχωρίσθησαν γὰρ, καὶ αἱ μὲν δέκα φυλαὶ ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς, κατῳκήκασι τὴν Σαμάρειαν, ἡ δέ γε φυλὴ Ἰούδα καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Μανασσῆ μεμενήκασιν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις. Ἀλλὰ προϊόντος τοῦ καιροῦ πολλὰ συμβέβηκε τῶν ἀπευκτῶν αὐτοῖς. Πεπόρθηται γὰρ ἡ Σαμάρεια, κατέδραμον δὲ καὶ τὴν Ἰουδαίαν τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν, Ἰδουμαῖοι, Μωαβῖται, καὶ οἱ ἐκ τῆς Φιλιστιείμ. Πεπόνθασι τοίνυν πολλὰ δεινὰ, καὶ ἡμερῶν πεπείρανται D σκληρῶν, οὗτοί τε κἀκεῖνοι. Ἡμέρας τοίνυν, φησὶν, ἐπάξει Θεὸς, ὧν ἴσαι οὔπω γεγόνασιν, ἤτοι ἀφίκοντο καθ' ὑμῶν ἐξ ἐκείνου τοῦ καιροῦ, ἀφ' οὗ ἀφεῖλεν, ἤτοι ἀπέσπασεν ἑαυτὸν ὁ Ἐφραὶμ ἀπὸ τοῦ Ἰούδα. Ποῖος δὲ ἡμῖν οὗτος ὁ καιρὸς, ἢ τίνες αἱ ἡμέραι; Ὁ βασιλεὺς, φησὶν, Ἀσσυρίων, τοῦτ' ἔστιν, ὁ Ναβουχοδονόσορ, ὃς πεπόρθηκε τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ κατὰ κράτος εἶλε πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν, ἐνέπρησε δὲ καὶ τὸν θεῖον ναὸν, καὶ οὐδὲν τὸ παράπαν τῶν εἰς ὠμότητα θηριοπρεπῆ παραλέλοιπεν, ὃ μὴ κατὰ παντὸς δεδρακὼς εὑρίσκηται τοῦ ἔθνους.

Vers. 18. *Et erit in die illa, sibilabit Dominus muscis quæ dominantur parti fluminis Ægypti, et api quæ est in regione Assyriorum, et venient omnes, et residebunt in vallibus regionis, et in cavis petrarum, et in speluncis, et in omni scissura, et in omni ligno.*

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ συριεῖ Κύριος μυίαις, ὃ κυριεύει μέρους ποταμοῦ Αἰγύπτου, καὶ τῇ μελίσσῃ, ἥ ἐστιν ἐν χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων· καὶ ἐλεύσονται πάντες, καὶ ἀναπαύσονται ἐν ταῖς φάραγξι τῆς χώρας, καὶ ἐν τρώγλαις τῶν πετρῶν, καὶ εἰς τὰ σπήλαια, καὶ εἰς πᾶσαν ῥαγάδα, καὶ ἐν παντὶ ξύλῳ.

Digitized by Google

Κατευρύνει τὸ διήγημα, καὶ διεισι λεπτῶς τοῦ πολέμου τὴν ἔφοδον, καὶ ὅτι πᾶσαν αὐτῶν κατανεμηθήσονται γῆν, κώμας τε καὶ πόλεις, οἱ κατ' αὐτῶν ἥξοντες κατὰ καιρούς. Χρῆναι δὲ οἶμαι τὰ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Βασιλειῶν γεγραμμένα πάλιν εἰπεῖν, πρὸς τὴν τῶν ἐσομένων ἀκριβῆ διασάφησιν. Γέγονε τοίνυν υἱὸς μὲν τοῦ Ἄχαζ, πρὸς ὃν νῦν ὁ λόγος, Ἐζεχίας, Ἐζεχίου δὲ Μανασσῆς· Μανασσῆ δὲ Ἀμώς. Τούτου δὲ παῖς Ἰωσίας ἀνὴρ εὐσεβής, πλὴν ἀπεβίω τοιῷδέ τινι τρόπῳ. Φαραὼ Νεχαὼ βασιλεὺς Αἰγύπτου τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀφεὶς ἐξέθει πανστρατιᾷ καὶ κατὰ τῆς Ἀσσυρίων ἠπείγετο γῆς. Δεδιώς τε τοίνυν ὁ Ἰωσίας, μὴ ἄρα πως καὶ κατὰ τῆς Ἰουδαίας ἐλθὼν, ὑπὸ χεῖρά τε τὴν ἑαυτοῦ λάβοι, καὶ κατάρξειεν αὐτῆς, ἀντεξάγειν ἤθελε, καίτοι τοῦ Φαραὼ, τὴν πρὸς αὐτὸν πραιτουμένου μάχην· ἐνιστάμενος δὲ τετελεύτηκεν ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ κατεκράτησε τῆς Ἰουδαίων γῆς ὁ Αἰγύπτιος, εἰς τοῦτο δὲ διήλασεν ἰσχύος, ὥστε καὶ βασιλεύσαντα τὸν Ἰωαχὰς τὸν Ἰωσίου παῖδα μεταστῆσαι τῆς βασιλείας, καὶ δεδεμένον εἰσενεγκεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν, καὶ χειροτονῆσαι βασιλέα τὸν Ἐλιακεὶμ, καὶ δασμοὺς ἐπιθεῖναι τῷ ἔθνει, καὶ χρημάτων ἄθροισιν αἰτῆσαι πολλήν. Εἶτα βασιλεύσαντος τῆς Ἰουδαίας Ἐλιακεὶμ ἐπ' ἔτεσιν ὅλοις ἕνδεκα τὸν ἀριθμὸν, διαδέχεται τοὺς θάκους Ἰεχονίας υἱὸς αὐτοῦ· εἶτα μετὰ τοῦτον Σεδεκίας, οὗ τὴν βασιλείαν διέποντος, κατεστράτευσε τῆς Ἰουδαίας ὁ Ναβουχοδονόσορ, ὃς καὶ πάσας κατεμπρήσας, καὶ προσθεὶς ταῖς ἄλλαις πόλεσιν καὶ αὐτὴν τὴν Ἱερουσαλὴμ, εἶλεν αἰχμάλωτον τὸν Ἰσραὴλ, ὁμοῦ τοῖς σκεύεσι τοῖς ἱεροῖς, κἀκεῖνα πέπραχεν, ὅσα καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς κεῖται Γράμμασι. Τούτων ἡμῖν τῶν ἱστοριῶν ποιεῖται τὴν ἀφήγησιν τῶν προκειμένων ἡ δύναμις. « Ἔσται τοίνυν, φησὶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ (τοῦτ' ἔστι, κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ), συριεῖ Κύριος μυίαις, ὃ κυριεύει μέρους ποταμῶν Αἰγύπτου, καὶ τῇ μελίσσῃ, » ἥ ἐστιν ἐν χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων. Πεποίηται τοίνυν ὁ λόγος ὡς ἐκ μεταφορᾶς τῆς τῶν μελισσοκόμων ἐμπειρίας, οἱ συρίσμασι τὰς μυίας ἀποφέρουσί τε τῶν σίμβλων εἰς ἀγροὺς καὶ πάλιν ἀνακομίζουσι, καθάπερ τισὶ σηκοῖς ἐγκαθειργνύντες θρέμματα. Μυίαις δὲ παρεικάζει τοὺς Αἰγυπτίους, καθάπερ ἐγῷμαι, διάτοι τὸ πλῆθος καὶ τὸ μὴ λίαν εὔηχες τῆς φωνῆς. Μελίσση δὲ, τὸ τῶν Ἀσσυρίων ἔθνος· ποικίλη γὰρ, εὔχρως τε καὶ κατεστιγμένη πολυτρόπως ἡ μέλιττα. Τοιοῦτοι δέ πως, ὅσον ἦκεν εἰς ἀμφιά τε καὶ στολὴν, Ἀσσύριοί τε καὶ Πέρσαι· φιλόκοσμοι γὰρ, καὶ τὸ ποικίλως ἐστάλθαι τιμῶντες ἀεὶ, καὶ πρός γε τοῦτο κεκεντρωμένοι. Οὗτοι, φησὶν, ἥξουσι πάντες, καὶ ἀναπαύσονται ἐν ταῖς φάραγξι τῆς χώρας, καὶ ἐν ταῖς τρώγλαις τῶν πετρῶν, καὶ εἰς τὰ σπήλαια, καὶ ἐπὶ πᾶσαν ῥαγάδα, καὶ ἐν παντὶ ξύλῳ. Ἐπειδὴ γὰρ ὡς περὶ μυιῶν πεποίηται τοὺς λόγους, ἐπιμένει τῇ τροπῇ. Δηλοῖ γεμὴν ὅτι πᾶσαν αὐτῶν ἐρευνήσουσι τὴν χώραν, ὡς μηδένα δύνασθαι τῶν κεκρυμμένων λαθεῖν· κἂν εἴτε τυχὸν ἐν πέτραις, ἤτουν ἐν φάραγξι, ἢ καὶ ἐν δρυμοῖς καὶ νάπαις ἑαυτοὺς κατακρύψειαν. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἐν τοῖς παροτρύνουσι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, καὶ προσκρούειν αὐτῷ μὴ παραιτου-

A Amplificat narrationem, et minutim impetum belli describit, et quod omnem eorum terram, oppida et urbes excisuri essent, qui temporibus succedentibus eos invasuri erant. Hic rursus quo hæc melius illustrentur dicenda judico, quæ in quarto Regnorum scripta sunt. Fuit igitur filius Achazi ad quem nunc sermo est, Ezechias, Ezechiæ autem Manasses, Manassis Amos; hujus filius Josias fuit, vir pius quidem, verumtamen hunc ad modum e vivis emigravit. Pharao Nechao rex Ægypti, patria relicta, omnes copias eduxit, et contra terram Assyriorum propere expeditionem fecit. Veritus ergo Josias, ne quando terram Judaicam invadens eam suæ ditioni subjiceret, in eaque dominaretur, arma contra ferre voluit, etiam cum in illum Pharao pugnam detrectaret: urgens vero in bello occubuit, terramque **126** Judæorum expugnavit Ægyptius, qui ad tantam potentiam aspiravit, ut etiam Joachaz filium Josiæ regnum obtinentem, regno pelleret, vinctum in suam regionem inferret: Eliachim regem constitueret, vectigalia genti imponeret, pecuniarumque grandem vim exigeret. Deinceps cum regnasset in Judæa Eliachimus annos undecim integros, succedit in locum Jechonias filius ejus; tum post hunc Sedechias, quo tenente regnum bellum gerit contra Judæam Nabuchodonosorus: qui eam totam incendit, et præter alias urbes, ipsam etiam Jerusalem, captivum cepit Israelem, cum sacris vasis, eaque gessit quæ sunt in sacris Litteris. Has historias nobis ea quæ proposita sunt innuunt et insinuant. Erit igitur in die illa, id est, sub id temporis, sibilabit Deus muscis, quæ parti fluminis Ægypti dominantur, et api quæ est in regione Assyriorum. Efficta proinde et figurata est oratio, quasi metaphora ab ope et industria eorum qui apibus curandis præsunt, et qui muscas sibilo e nidis in agros evocant, et iterum reducunt, veluti stabulis quibusdam concludentes pecora. Muscis autem, ut ego quidem judico, confert Ægyptios tum propter multitudinem, tum ob vocem absonam nec ita bene sonoram. Apis vero gens est Assyriorum: variegata enim est apis et pulchre colorata, et multis modis notata ac maculata. Tales quidem fere, quantum ad amictum et ad ornatum pertinet, erant et Assyrii et Persæ: nam et elegantiæ studiosi erant, et variegatam vestem semper plurimi æstimabant, et præterea etiam erant aculeati. Illi, inquit, venient omnes, et in regionis vallibus, et in cavis petrarum, et in speluncis, et in omni scissura, omnique ligno residebunt. Quoniam enim veluti de muscis oratio instituta est, in hoc tropo perstat. Enimvero omnem ipsorum regionem perscrutaturos ostendit, quasi nemo quantumvis absconditus latere posset, puta sive in petris, sive in vallibus, sive in lucis ac silvis sese occultent. Porro aliter etiam in his qui universitatis Deum exasperant illumque offendere non verentur, vesparum instar consident adversariæ potestates; et fœdæ quæ nobis insunt cupiditates, **127** arcente nullo, vel succurrente. Si enim

Digitized by Google

Deus affligere velit, quis nobis opem afferre poterit?

ἔκτοπα τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν ἀποσοβοῦντος οὐδενὸς, ἦγουν ἐπαμύνοντος καὶ σώζειν ἰσχύοντος. Θεοῦ γὰρ κακοῦν ἐθέλοντος, τίς ἡμᾶς ὁ ὠφελῆσαι δυνάμενος;

VERS. 20. *In die illa radet Dominus novacula magna et inebriata, quæ est trans fluvium regis Assyriorum, caput et pilos pedum, et barbam auferet.*

Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ξυρήσει Κύριος τῷ ξυρῷ τῷ μεγάλῳ καὶ μεμεθυσμένῳ, ὃ ἐστι πέραν τοῦ ποταμοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων, τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς τρίχας τῶν ποδῶν, καὶ τὸν πώγωνα ἀφελεῖ.

Primum componenda necessario et ordinanda est dictio in his verbis: sic demum quid hæ sententiæ præ se ferant, dicendum. Proin, inquit, in die illa, hoc est sub id temporis, magna novacula et inebriata, quæ est regis Assyriorum qui est trans fluvium, videlicet Euphraten, radet Deus caput et pilos pedum, et barbam auferet. Novaculam autem magnam et inebriatam regis Assyriorum transfluviani, appellat gladium ejus, detondentem scilicet immisericorditer, et cadentium sanguine inebriari gestientem. Et hic quidem est sensus verborum. Dicimus autem infamiæ cujusdam insignis genus fuisse certo tempore, et capite et barba derasos conspici. Nunc etiam universitatis Deus comminatus filiabus Sion, fastuosis et incedentibus elata cervice, oculorumque nutibus, felicitatis ademptionem, dixit: Et erit pro odore suavi fetor, et pro zona, funiculo succingeris, et pro ornamento capitis aureo, calvitium habebis propter opera tua. Fecerunt deinde hæc quidam et super mortuis, ac dedecore sese affecerunt: unde et lex Mosaica præcipit illis qui divinum ministerium sortiti sunt, ne more aliorum super cadavere abradantur, neque formam barbæ corrumpant. Sic enim scriptum est. Devastatis vero Hierosolymis a Nabuchodonosoro, ascenderunt viri a Sichem et a Salem et Samaria, quemadmodum ait Jeremias [29]: Octoginta viri circumcisi barba, et rupti vestibus et concisi, et manna et libanus in manibus eorum, ut in domum Domini importarent. Itaque luctus simul et dedecoris species erat, novacula caput juxta et barbam resecare. Hoc olim Judaicæ regioni fore ut contingeret, propheticus sermo confirmat. Manebit enim, inquit, exstinctis ipsius liberis, plorans et contemptissima. Si cui vero placet alio **128** modo commentari, hujusmodi quidpiam fere intelliget. Capillos siquidem capitis fortasse vocat, honoratissimos homines, et opibus, rerumque cæterarum prærogativa insigniter antestantes. Superius enim capite nihil est: barbæ autem crines dicit, intelligentia et mente præditos. Sic enim barba semper in Scriptura divinitus inspirata sumitur. Quando etiam pedum crines nominat, in extrema et postrema classe constitutos homines denotare videtur. Pepercit vero omnino nulli novacula inebriata: sed una cum præstantibus viris, medios et ultimos ac prudentes e terra Judæorum excidit et amputavit, ut eam nudam et spoliatam relinqueret. Nam in montes Persarum ac Medorum universum fere Israelem Nabu-

[29] Jerem. XLI, 5.

Συνθεῖναι πρῶτον τὴν λέξιν καὶ ἐν τούτοις ἡμᾶς ἀναγκαῖον· εἶθ' οὕτω λοιπὸν τὸ ἐκ τῶν ἐννοιῶν ὑποδηλούμενον εἰπεῖν. Οὐκοῦν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, φησὶ, τοῦτ' ἔστι, κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, τῷ μεγάλῳ ξυρῷ καὶ μεμεθυσμένῳ, ὅ ἐστι τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων, τοῦ ὄντος πέραν τοῦ ποταμοῦ, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ Εὐφράτου, ξυρήσει Κύριος τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰς τρίχας τῶν ποδῶν, καὶ τὸν πώγωνα ἀφελεῖ. Ξυρὸν δὲ μέγα καὶ μεμεθυσμένον τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων, τοῦ ὄντος πέραν τοῦ ποταμοῦ, καλεῖ τὴν μάχαιραν αὐτοῦ, τὴν οἷον ἀφειδῶς ἀποκείρουσαν, καὶ χαίρουσαν τῷ μεθύειν τῷ τῶν πιπτόντων αἵματι. Καὶ ὁ μὲν νοῦς τῶν λέξεων οὗτος. Φαμὲν δὲ ὅτι ἀτιμίας ἦν ἐσχάτης τρόπος, τὸ καθ' ἕνα καιρὸν ὁρᾶσθαί τινας κεφαλήν τε καὶ πώγωνα κατεξυρημένους. Καὶ γοῦν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐπηπείλησέ που ταῖς θυγατράσι Σιὼν, ὑψουμέναις τε καὶ πορευομέναις ὑψηλῷ τραχήλῳ καὶ νεύμασιν ὀφθαλμῶν, τῆς εὐημερίας τὴν ἀφαίρεσιν. Ἔφη γὰρ, ὅτι Καὶ ἔσται, καὶ ἀντὶ ὀσμῆς ἡδείας κονιορτὸς, καὶ ἀντὶ ζώνης σχοινίῳ ζώσῃ, καὶ ἀντὶ τοῦ κόσμου τῆς κεφαλῆς τοῦ χρυσοῦ, φαλάκρωμα ἕξεις διὰ τὰ ἔργα σου. Ἑδρων δὲ τοῦτό τινες, καὶ ἐπὶ νεκροῖς ἑαυτοὺς ἀτιμάζοντες· ὅθεν καὶ ὁ νόμος ὁ διὰ Μωσέως, τοῖς τὴν θείαν λαχοῦσιν ἱερουργίαν παρεγγυᾷ, τὸ μὴ ἐν ἴσῳ τοῖς ἄλλοις ἐπὶ νεκρῷ κατεξυρῆσθαι, μήτε μὴν καταφθείρειν τὴν ὄψιν τοῦ πώγωνος. Γέγραπται γὰρ ὡδί. Πεπορθημένων δὲ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, ἀνέβησαν ἄνδρες ἀπὸ Συχὲμ, καὶ ἀπὸ Σαλὴμ, καὶ Σαμαρείας, καθά φησιν Ἱερεμίας· Ὀγδοήκοντα ἄνδρες ἐξυρημένοι πώγωνας, καὶ διερρωγότες τὰ ἱμάτια, καὶ κοπτόμενοι, καὶ μάννα καὶ λίβανον ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, τοῦ εἰσενεγκεῖν εἰς τὸν οἶκον Κυρίου. Οὐκοῦν πένθους τε ἅμα, καὶ ἀτιμίας ἦν τρόπος τὸ ἀποκείρειν ξυρῷ κεφαλήν τε καὶ πώγωνα. Τοῦτο πείσεσθαι κατὰ καιροὺς τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν ὁ προφητικὸς ἔφη λόγος. Ἀπομενεῖ γὰρ, φησὶν, ἀπολωλότων αὐτῆς τῶν τέκνων, πενθοῦσά τε καὶ ἀτιμωτάτη. Εἰ δὲ δή τις βούλοιτο καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τοῖς θεωρήμασι προσβαλεῖν, ἐννοήσει τι τοιοῦτον. Τρίχας μὲν γὰρ κεφαλῆς τάχα πού φησι τοὺς ἐντιμωτάτους πλούτῳ τε καὶ ὑπεροχαῖς τῶν ἄλλων ὑπερανεστηκότας· ἀνωτέρω γὰρ κεφαλῆς οὐδέν· πώγωνα δὲ, τοὺς ἐν συνέσει καὶ φρεσίν· οὕτω γὰρ πώγων ἀεὶ λαμβάνεται παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ. Ὅταν δὲ καὶ ποδῶν ὀνομάζει τρίχας, σημαίνει που, κατὰ τὸ εἰκὸς, τοὺς ἐν τάξει κειμένους τῇ ἐσχάτῃ καὶ κατωτάτῳ. Ἐφείσατο δὲ τὸ παράπαν οὐδενὸς τὸ ξυρὸν μεμεθυσμένον, ἀλλ' ὁμοῦ σὺν ὑπερκειμένοις, μέσους τε καὶ τελευταίους, καὶ

Digitized by Google

συνετοὺς τῆς Ἰουδαίων ἀπέκειρε χώρας, ὡς ἀφεῖναι γυμνὴν καὶ ἐψιλωμένην. Μετεκόμισε γὰρ ὁ Ναβουχοδονόσορ εἰς τὰ ὄρη Περσῶν καὶ Μήδων σχεδὸν ἅπαντα τὸν Ἰσραήλ.

chodonosorus traduxit.

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, θρέψει ἄνθρωπος δαμαλιν βοῶν, καὶ δύο πρόβατα· καὶ ἔσται ἀπὸ τοῦ πλεῖστον ποιεῖν γάλα, [βούτυρον καὶ μέλι φάγεται], πᾶς ὁ καταλειφθεὶς ἐπὶ τῆς γῆς.

Τοῦ ξυροῦ καὶ μεμεθυσμένου καὶ μεγάλου, τοῦτ' ἔστι τῆς Βαβυλωνίων μαχαίρας, ἐμφανῆ καταστῆσαι τὴν ἐνέργειαν ὁ σκοπὸς αὐτῷ. Καταψιλωθήσεσθαι γάρ φησιν ἅπασαν τῶν Ἰουδαίων τὴν χώραν, πτωχείας τε ὁμοῦ καὶ ὀλιγανδρίας εἰς τοῦτο ἐλθεῖν, ὡς τὸν περιλειφθέντα καὶ ἀνασεσωσμένον ἐκ τῆς τῶν πολεμίων χειρὸς, ἐναπομείναντά τε τῇ γῇ, δεσπότην ἔσεσθαι δαμάλεώς τε μιᾶς· καὶ προβάτων δύο καίτοι πάλαι πλείστας τε ὅσας οἵων ἀγέλας, καὶ μὴν καὶ βοῶν κεκτῆσθαί τε καὶ νέμειν εἰωθότων τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν. Οὐκοῦν πτωχείας μὲν τῆς εἰς ἄκρον ἀπόδειξις ἥδε σαφής. Ὅτι δὲ καὶ κομιδῇ βραχεῖς ἐν ἀριθμῷ κατὰ τόπους ἔσονται προσαποδείκνυσι λέγων· « Καὶ ἔσται ἀπὸ τοῦ πλεῖστον ποιεῖν γάλα, βούτυρον καὶ μέλι φάγεται πᾶς ὁ καταλειφθεὶς ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐκ δύο προβάτων καὶ δαμάλεως μιᾶς τοσοῦτον γάλα ἔσεσθαί φησιν, ὥστε πᾶσιν ἀρκέσαι τοῖς καταλειφθεῖσιν εἰς κόρον, εἰ δὴ βούλοιντο τὰς διὰ γάλακτος ποιεῖσθαι τροφάς. Ἆρ' οὖν οὐκ ἐναργὲς, ὡς εὐαρίθμητοι παντελῶς οἱ διαφυγόντες τὸ ξυρὸν, καὶ ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τῆς Ἰουδαίας μεμενηκότων; Πόσοι γὰρ ἂν εἶεν, οἷς ἀρκέσει πρὸς τροφὴν καὶ κόρον [γάλα] δύο προβάτων καὶ δαμάλεως μιᾶς; Τί οὖν ἄρα τὸ ἐντεῦθεν εἰς ὄνησιν ἡμῖν τοῖς πνευματικοῖς ἐκβήσεται, ἔξεστιν ἰδεῖν διὰ πραγμάτων αὐτῶν. Ὅσοι μὲν μελετῶντες τὸ δυσήκοον, καὶ γαῦρον ἐξανιστάντες τῷ Θεῷ τὸν αὐχένα, καὶ τῇ τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν ἐνδείᾳ κατατακήσονται, καὶ ὀλιγοστοὶ παντελῶς γενηθήσονται, καὶ παντὸς ἐνδεεῖς εὑρεθήσονται τοῦ τρέφειν εἰδότος εἰς εὐεξίαν τὴν νοητὴν, καὶ ἀνακομίζειν οἷου τε, καὶ μάλα γοργῶς, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας, τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. Ἀκούσονται δὲ οἱ τοιοῖδε Θεοῦ λέγοντος διὰ φωνῆς ἁγίου· Ἰδοὺ οἱ δουλεύοντές μοι φάγονται, ὑμεῖς δὲ πεινάσετε. Ἰδοὺ οἱ δουλεύοντές μοι πίονται, ὑμεῖς δὲ διψήσετε. Ἀμφιλαφεστάτη γὰρ λίαν ἡ παντὸς ἀγαθοῦ μέθεξις παρὰ Θεοῦ τοῖς τὰ αὐτοῦ φρονεῖν ἐγνωκόσιν, οἷς καὶ αὐτὸς προσπεφώνηκε λέγων· « Φάγετε, καὶ πίετε, καὶ μεθύσκητε » οἱ πλησίον μου. »

Vers. 21. *Erit etiam in die illa, alet homo buculam, et duas oves, et erit ex eo quod multum lactis proveniet, butyrum et mel comedet omnis superstes in terra.*

Novaculæ magnæ et inebriatæ, id est gladii Babylonici, effectum ac vim declarare propositum est, dicitque totam regionem Judæorum nudatum iri, et eo mendicitatis virorumque paucitatis redituram, ut qui relictus est et servatus e manu hostium, remanseritque in terra, vix futurus sit unius buculæ et duarum ovium dominus : licet olim numerosos ovium greges et boum tum possidere, tum pascere per totam Judæam consueverint. Quare summæ paupertatis indicium manifestum hoc est. Quod autem et vere pauci numero in locis exsistent, præsignificat dicens : Et erit, eo quod multum lactis proveniet, butyrum et mel comedet, quisquis in terra erit superstes. E duabus ovibus et bucula una tantum lactis fore affirmat, ut omnibus derelictis abunde sit suffecturum, si ex lacte proveniens alimentum facere velint. Annon igitur perspicuum est eos qui novaculam effugerunt, qui singulis in locis Judææ hæserunt, facile numerabiles esse? Quot enim esse possint quibus ad nutritionem et satietatem, duarum ovium uniusque buculæ lac satis erit? Cæterum quid nobis spiritualibus hinc utilitatis proveniet, licet ex ipsis rebus cernere : quod qui volunt esse contumaces, et contra Deum superbam cervicem tollunt, tum spiritualium bonorum inopia **129** contabescent, tum omnino fient paucissimi, et quidquid eos bona mentis intelligentiæque habitudine enutriret, et ad virum perfectum mensuramque ætatis plenitudinis Christi solide perduceret, eo omni carere deprehendentur. Tale quiddam etiam audient Deum voce sancti loquentem : Ecce qui serviunt mihi, manducabunt : vos autem esurietis. Ecce qui serviunt mihi, bibent : vos autem sitietis. Etenim abunde cumulateque suppeditatur omnium bonorum participatio a Deo his, qui illa quæ ejus sunt sapiunt, quos affatus est etiam ipse : « Edite, inquit, et bibite, et ingurgitamini, o proximi [10] ! »

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, πᾶς τόπος, οὗ ἐὰν ὦσι χίλιαι ἄμπελοι χιλίων σίκλων, εἰς χέρσον ἔσονται καὶ εἰς ἄκανθαν· μετὰ βέλους καὶ τοξεύματος ἐλεύσονται ἐκεῖ· ὅτι χέρσος καὶ ἄκανθα ἔσται πᾶσα ἡ γῆ.

Vers. 23. *Et erit in die illa, omnia loca, in quibus sunt mille vites mille siclorum, solitudo erunt et spineta ; cum sagitta et arcubus venietur eo, quia solitudo et spina erit omnis terra.*

Ἔργον ἂν εἴη τοῦτο τοῦ ξυροῦ τοῦ μεγάλου καὶ μεμεθυσμένου, καὶ ἀπόδειξις ἐναργὴς τῆς τοῦ ἔθνους ὀλιγανδρίας. Δεδαπάνηκε γὰρ οὕτως ὁ πόλεμος τοὺς κατοικοῦντας τὴν Ἰουδαίαν, ὡς περιλειφθῆναι μόλις ἀριθμῷ βραχεῖς τοὺς ἐν αὐτῇ. Ταύτῃτοι καὶ ἀμεληθήσεσθαί φησι, καὶ εἰς χέρσον ἔσεσθαι καὶ εἰς ἄκαν-

Effectus hic est novaculæ magnæ et inebriatæ, et paucitatis virorum in hac gente aperta demonstratio. Sic enim attrivit bellum Judææ incolas, ut vix in ea numero pauci superstites fuerint. Hinc neglectum iri et solitudinem fore et spinetum, possessiones ipsorum pulcherrimas et lectissimas

[10] Cant. v, 1.

ait, nimirum cum nulli sint qui norunt terram colere. Si enim, inquit, in uno loco mille vites mille siclorum sint, ut singulæ vites singulos siclos valeant, æstimationis hæc mensura vertetur in solitudinem et in spinas, ut si quis velit regionem invadere, et ingrediatur solum, hoc non possit absque sagitta et arcu efficere. Spinæ quidem non arcus, non sagittas desiderant, at statim ejus qui velit inambulare pedes sauciare poterunt. Causa igitur ratioque efficiens omnium malorum nobis erit, ea quæ fas non est velle designare. Destituemur enim quodammodo Deo, si illum non vereamur offendere. Si enim præstamus et quæ illi grata et amica sunt, sapere voluimus, nec tergiversamur, virtutis fructus proferemus, nosque sua cura dignabitur. Audiemus siquidem dicentem Christum: « Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est. [41] » Omnis palmes in me non ferens fructum, tollit eum: 130 et omnis palmes ferens fructum, purgabit ipsum, ut fructum copiosiorem ferat. Verum si effrenate in impietatem morum provolvimur, spina sub intelligentia cadente replemur, omni vitiorum genere in nobis invalescente. Finis vero spinæ, ignis; et fomentum ignis est, aut materia inutilis. Hoc etiam beatus Paulus nobis planum faciet, cum inquit: Terra enim quæ venientem in se pluviam combibit, et herbam parit accommodatam his propter quos colitur, ea benedictionem a Deo participat. [42] At quæ profert spinas et tribulos, improba est et maledictioni affinis, cujus finis combustio.

θαν τὰ κάλλιστα παρ' αὐτοῖς καὶ ἐξαίρετα τῶν κτημάτων, οὐκ ὄντων δηλονότι τῶν γηπονεῖν εἰδότων. Εἰ γὰρ εἶεν, φησὶν, ἐν ἑνὶ τόπῳ χίλιαι ἄμπελοι χιλίων σίκλων, ὡς ἀξίαν ἄμπελον ἑκάστην σίκλου ἑνὸς (τιμήματος δὲ τοῦτο μέτρον), εἰς χέρσον ἔσεσθαι καὶ εἰς ἄκανθαν· ὥστε κἂν εἴ τις βούλοιτο τῷ χωρίῳ προσβαλεῖν, καὶ εἰσελάσαι μόνον, μὴ ἂν ἰσχύσαι τοῦτο δρᾷν δίχα βέλους καὶ τοξεύματος. Ἀποδέουσαι γὰρ οὐδὲν αἱ ἄκανθαι τοξευμάτων καὶ βελῶν, καταπρώσειαν ἂν εὐθὺς τοῦ περιπατεῖν ἐθέλοντος τοὺς πόδας. Πρόξενον οὖν ἄρα παντὸς ἡμῖν ἔσται κακοῦ τὸ βούλεσθαι δρᾷν ἃ μὴ θέμις. Καταχερσούμεθα γὰρ τρόπον τινὰ, Θεῷ προσκρούειν οὐ παραιτούμενοι. Δρῶντες μὲν γὰρ, καὶ μὴν καὶ φρονεῖν ἐθέλοντες ἃ αὐτῷ θυμήρη καὶ φίλα, καρποφορήσομεν τὴν ἀρετὴν, τῆς παρ' αὐτοῦ φροντίδος ἀξιούμενοι. Ἀκουσόμεθα γὰρ λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστιν. Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον, καρπὸν, αἴρει αὐτό· καὶ πᾶν κλῆμα τὸ καρπὸν φέρον καθαίρει αὐτὸ, ἵνα καρπὸν πλείονα φέρῃ. » Ἀπονενευκότες δὲ ἀχαλίνως εἰς ἀνοσιότητα τρόπων, ἀκάνθης τῆς νοητῆς πληρούμεθα, παντὸς εἴδους φαυλότητος ἀνίσχοντος ἐν ἡμῖν. Τέλος δὲ ἀκάνθης, τὸ πῦρ· καὶ τροφὴ πυρὸς, ἢ ἄχρηστος ὕλη. Καὶ τοῦτο ἡμῖν ὁ μακάριος Παῦλος ἐναργὲς καταστήσει λέγων· « Γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους, ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγὺς, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν. »

A

B

C

Vers. 23. *Et omnis mons arando arabitur, et non veniet eo terror. Erit enim ex solitudine et vepreto in pascua ovium, et in conculcationem bovis.*

Καὶ πᾶν ὄρος ἀροτριώμενον ἀροτριαθήσεται, καὶ οὐ μὴ ἐπέλθῃ ἐκεῖ φόβος. Ἔσται γὰρ ἀπὸ τῆς χέρσου καὶ ἀκάνθης εἰς βόσκημα προβάτων, καὶ εἰς καταπάτημα βοός.

Paucos forte superstites in Judæa dicit, et eo timiditatis et ignaviæ venturos, ut præ ingenti et incredibili timore, in montibus commoraturi sint, et ab urbibus habitationibusque desideratissimis semigraturi, et festinaturi in montibus, insidiisque delitescere. Sic enim facere consuevit tota regio et civitas, si quando aliqua sit hostium incursatio. Accurrunt enim ad editos et impervios montes, et difficultate loci, ceu armatura se muniunt, et timiditatis pharmacum ac remedium est, in fissuris esse petrarum. Quinimo hoc etiam Servator ipse dixit populo Judaico: « Tum » enim, inquit, « qui in Judæa sunt, fugiant ad montes. [43] » Itaque, inquit, pulcherrima prædia in solitudinem et in vepreta mutabuntur: cum derelicti timerent, etiam in illis, et spineta solum etiam subire non permitterentur: sed ad montes potius confugerent, ibique suspirantes rusticis laboribus manum admoverent. Arabitur enim omnis mons et omnis collis, ab his qui ad eos confugiunt, cupientes colligere, non quæ ad opes aut voluptates spectant, sed quantum ad necessarium usum corporis suppeditat, et

Ὀλίγους μὲν ἔσεσθαι τοὺς περιλειφθέντας ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φησὶν, ἥξειν τε εἰς τοῦτο δειλίας αὐτοὺς, καὶ μέντοι καὶ κακανδρείας, ὡς ὑπό γε δεινοῦ τε καὶ ἀφορήτου δείματος, τὰς ἐν ὄρει ποιεῖσθαι διατριβὰς, καὶ πόλεων μὲν ἀποφοιτᾷν, καὶ τῶν πάλαι τριποθήτων αὐτοῖς ἐνδιαιτημάτων, ἐπείγεσθαι δὲ λανθάνειν ἐν ὕλαις τε καὶ λόχμαις. Ἔθος γὰρ τοῦτο δρᾷν τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν τε καὶ πόλιν, εἰ δή τις γένοιτο πολεμίων ἐκβολή. Ἀναθέοντες γὰρ εἰς ὑψηλὰ καὶ δύσβατα τῶν ὀρῶν, ὅπλον ποιοῦνται τὴν δυσχωρίαν, καὶ δειλίας φάρμακον τὸ ἐν σχισμαῖς εἶναι πετρῶν. Τοῦτό τοι καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τοῖς Ἰουδαίοις ἔφασκε δήμοις· « Τότε » γὰρ, φησὶν, « οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη. » Οὐκοῦν τὰ μὲν κάλλιστα τῶν χωρίων, εἰς χέρσον ἔσονται, φησὶ, καὶ εἰς ἄκανθαν, δεδιότων τῶν περιλειφθέντων κἂν γοῦν ἐν αὐτοῖς εἰσελάσαι μόνον, ἢ καὶ ὑπὸ τῆς ἀκάνθης οὐ συγχωρουμένων· ἀναφυγόντες δὲ μᾶλλον ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἐκεῖ στένοντες τῶν εἰς γεωργίαν ἀφονται πόνων. Ἀροτριαθήσεται γὰρ πᾶν ὄρος καὶ πᾶς βουνὸς, τῶν ἐν αὐτοῖς ἀναφυγόντων, συλλέγειν ἐπιθυμούντων, οὐ τὰ εἰς πλοῦτον καὶ τρυφὰς, ἀλλ' ὅσα τὴν

D

[41] Joan. xv, 1. [42] Hebr. vi, 7. [43] Matth. xxiv, 16.

Digitized by Google

ἀναγκαίαν τοῦ σώματος θεραπεύει χρείαν, καὶ στε- A
νὴν καὶ δυσπόρευτον παρατίθησι τροφήν. Ποία τις
οὖν πρόφασις τοῦ καὶ ἐν δρεσιν οἰκεῖν, καὶ αὐτὰ
γεωργεῖν ἐθέλειν, καίτοι τῶν ἐξαιρέτων ὑπερεωρα-
μένων χωρίων; « Οὐ μὴ ἐπέλθῃ, » φησὶν, « ἐκεῖ
φόβος. » Ταῦτα λογιοῦνται καθ' ἑαυτοὺς, ὡς οὐκ ἂν
αὐτοῖς ἐκεῖ κατοικεῖν ἐθέλουσιν ἐπέλθῃ φόβος. Εἶτα
τῆς εἰς ἄκρον ἐρημίας καταδεικνύει τὸ μέγεθος.
Ἔσεσθαι γάρ φησιν ἅπασαν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς
χερσείας καὶ τῆς ἀκάνθης εἰς βόσκημα προβάτων,
καὶ εἰς καταπάτημα βοὸς, τοῦτ' ἔστιν, εἰς κατανομὰς
θρεμμάτων, τὴν πίονα, τὴν εὐάμπελον, τὴν ἐλαιο-
φόρον, τὴν εὐδενδροτάτην, τὴν ἀεὶ κομῶσαν καρποῖς,
τὴν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, κατὰ τὸ γεγραμμένον.
Οὐκοῦν Θεὸν εὐφραίνοντες ταῖς εἰς πᾶν ὁτιοῦν εὐπει- B
θείαις, ἀσφαλῶς οἰκήσομεν, καθάπερ τινὰ χώραν ἢ
πόλιν, τὴν ἀρετὴν, καὶ κατευμεγεθήσομεν τῶν ἐχθρῶν.
Καταπτοήσει δὲ τὸ σύμπαν ἡμᾶς οὐδέν. Ἐσόμεθα δὲ
μᾶλλον ἁπάσης ἐπιεικείας καὶ καλῶν ἔργων ἐπιμε-
ληταὶ, καὶ εὐκαρπίας ἀνάμεστοι τῆς ἀρεσκούσης
Θεῷ, καὶ νοητῆς ἀκάνθης ἀπηλλαγμένοι, καὶ γῇ θε-
λητῇ, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, καὶ Θεοῦ
γεώργιον ἀληθῶς.

[*Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Λάβε σεαυτῷ τόμον*
καινοῦ μεγάλου, καὶ γράψον εἰς αὐτὸν γραφίδι
ἀνθρώπου, τοῦ ὀξέως προνομῆσαι σκύλων.
Πάρεστι γὰρ, καὶ μάρτυράς μοι πoίησον πιστοὺς
ἀνθρώπους, τὸν Οὐρίαν, καὶ τὸν Ζαχαρίαν υἱὸν
Βαραχίου.

Ἀποχρῶσαν εὖ μάλα ποιησάμενος τὴν προαγό- C
ρευσιν τῶν μελλόντων συμβήσεσθαι κατὰ καιροὺς
τῇ τῶν Ἰουδαίων χώρᾳ, καὶ τὸ τῆς συμφορᾶς κατα-
δείξας μέγεθος, προσεπάγει χρησίμως τὰ περί γε
τοῦ Ἐμμανουὴλ, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ γε παραδείξας
μυστήριον, ἐναργέστερον ἀποφαίνει τῷ προφήτῃ
Θεός. Ἔφη μὲν γάρ· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ
ξξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ
Ἐμμανουήλ. » Ὅτι μὲν γὰρ καινῆς διαθήκης
ἔσται μεσίτης, καταργουμένης δηλονότι τῆς πρώτης,
ὡς πολὺ τὸ ἀδρανὲς ἐχούσης, πεπαλαιωμένης δὲ,
καὶ τελειούσης οὐδένα κατὰ συνείδησιν, ὑποφαίνει
λέγων· « Λάβε σεαυτῷ τόμον καινοῦ μεγάλου. » Καὶ τί
τὸ, σεαυτῷ, κατασημαίνειεν ἄν, ἢ ἐκεῖνό που πάντως;
Οὐ γάρ τοί φησιν τοῖς ἀπειθεῖν ἠρημένοις, ἀλλὰ τοῖς D
ἐν πίστει τετιμηκόσι τὸν ἐπ' αὐτῷ λόγον τὰ ἐν τῷ
καινῷ δοθήσεται τόμῳ. Τοῦτ' ἔστιν, ἀποκαλυφθήσε-
ται τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Καινὸς οὖν ὁ τόμος καὶ
μέγας. Οὐ γάρ τοι κατὰ τὴν πρώτην συντέτακται
διαθήκην ἡ καινή τε καὶ νέα τὸ τοῦ Χριστοῦ
λαλοῦσα μυστήριον, οὔτε μὴν ὀφθήσεται τὸ τῆς
νομικῆς ἱστορίας ἔχουσα ταπεινὸν, ἀλλ' ὡς ἐν ὑπεροχῇ
καὶ ὕψει γνώσεως καὶ δογμάτων. Ὅθεν καὶ ὁ θεσπέ-
σιος Παῦλος ἡδιστά φησιν, ἐζημιῶσθαι πάντα τὰ ἐν
νόμῳ διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ.
Πρόδηλον οὖν ὅτι πεπαλαιωμένης τῆς πρώτης, ὡς
ἔφην, καινὸς ὁ τόμος καὶ μέγας λαμβάνεται τῆς

quantum tenuem et angustum difficulterque pa-
rabilem victum subministrat. Quid est ergo causæ,
ut in montibus habitare eosque colere velint, con-
temptis prædiis electissimis? « Non veniet illuc
terror, » inquit. Hæc apud se reputabunt ad eos,
qui incolere ibi volent, metum non perventurum.
Deinceps vero extremæ solitudinis **131** ac deso-
lationis magnitudinem ostendit. Mutabitur nam-
que, inquit, propter vastitatem et vepreta in pas-
cua ovis, et in conculcationem bovis, id est, in
depastionem ovium universa regio, regio, inquam,
præpinguis, vitibus fecunda, oleæ ferax, arboribus
egregie consita, semper fructibus compta quasi
et culta, lacte et melle affluens, juxta id quod
scriptum est. Itaque quandiu Deo nostra in om-
nibus obedientia placemus, tuto virtutem quasi
civitatem vel regionem colemus et inhabitabimus,
hostibus superiores erimus, neque quisquam nos
omnino perterrebit : sed potius omnis probitatis
et bonorum operum sectatores erimus, copia et
ubertate fructuum Deo placentium, abundabimus :
intelligibili spineto liberabimur, et terra spon-
tanea erimus, juxta vocem prophetæ, et vere Dei
agricolatio.

CAP. VIII, VERS. 1, 2. *Et dixit Dominus ad me :*
Sume tibi librum novi magni, et scribe in eo styla
hominis, ut celeriter deripiat spolia. Adest enim, et
testes mihi adhibe fidos homines, Uriam sacerdotem,
et Zachariam filium Barachiæ.

Cum plenam et copiosam adhibuerit prædictionem
eorum quæ Judaicæ regioni progressu temporis
erant obventura, magnitudinemque calamitatis exhi-
buerit, commode de Emmanuele subtexit, et myste-
rium ejus Deus monstrat prophetæ luculentius.
Dicebat enim : « Ecce virgo in utero habebit, et
pariet filium ; et vocabunt nomen ejus Emmanuel. »
Quod autem Novi Testamenti sequester sit, abrogato
nimirum primo, quod multum haberet infirmitatis,
et quod antiquaretur, ac neminem secundum con-
scientiam perficeret, subindicat dicens : Sume
librum novum, magnum. Et quidnam illud tibi signi-
ficat, nisi illud plane; Siquidem, inquit, non contu-
macibus, sed in fide sermonem ejus amplectentibus,
quæ in novo libro sunt dabuntur, id est, Christi
mysterium revelabitur. Novus igitur hic liber et
magnus. Non enim ad veteris fœderis instar, hoc
novum et nuperum compositum est, quod Christi my-
sterium enuntiat, neque legalis historiæ exilitatem
habere, sed in eminentia et sublimitate cognitionis
ac dogmatum versari conspicietur. Unde et divinus
Paulus suavissime dicit, pro damnis haberi **132**
omnia quæ sunt legis, præ notitiæ Christi excellen-
tia. Patet ergo quod antiquato primo, ut dixi,
novum et magnum volumen secundi fœderis sumi-
tur : quod præstantioribus sacrificiis sancitum est,
quemadmodum sanctissimus Paulus ait [a]. Scribitur

[a] Hebr. IX, 11-23.

Digitized by Google

porro hic liber stylo hominis. Quid ita? Quando enim animi oculis sacrosanctæ et consubstantialis Trinitatis mysterium pervestigamus, dein aliis aliquando arcanum ortum unigenæ Filii Dei tradere instituimus : tunc sane, tunc opus nobis est non humano stylo, et nobis familiari. Quæ enim oratio satis erit, ut quod supra mentem et orationem est, expedire posset? His adeo subtilibus omnemque mentem ac cogitationem superantibus enarrationibus ille solum calamus suffecerit, de quo Deus et Pater voce Davidica loquitur : « Lingua mea calamus scribæ, celeriter scribentis [48]. » Nemo enim novit Filium nisi Pater, sed nec Patrem quisquam agnoscit qui sit, nisi Filius, et cui volet Filius revelare. At quando de humanitate ejus verba facimus, tunc humano stylo opus est, quod et fecit sapiens Joannes, dicens : « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [49]. » Nec vero difficile est, etiam mortem ejus secundum carnem, et ex mortuis resurrectionem nostris verbis annuntiare : et quasi primitias humanæ naturæ ad incorruptionem renovatæ ad Patrem ascendisse, et in cœlis consedisse, ac constituto tempore venturum, judicemque sessurum. Proinde hominis penna de humanitate Unigeniti, homines spiritu afflati conscribunt. Porro autem præcipit, inquiens : Testes mihi adhibe fidos homines, Uriam et Zachariam filium Barachiæ. Sciendum quo tempore de hisce rebus sermo a Deo ad beatum Isaiam habitus est, Uriam prophetam fuisse, Zachariam sacerdotem et legis doctorem. Adhibentur ergo ad hanc de Christo testificationem mystagogia, quæ lege constat sanctisque prophetis, et cognitio, sive prædictio. Finis quippe legis ac prophetarum Christus. Tale quiddam monstratum fuisse sanctis apostolis tempore transfigurationis Christi in monte asserimus. Scriptum est enim quod « Post dies sex assumpsit Jesus Petrum, et Jacobum, **133** et Joannem fratrem ejus, et ducit illos in montem valde excelsum seorsum : et transfiguratus est coram ipsis. Et resplenduit vultus ejus sicut sol, et vestes ejus factæ sunt candidæ sicut lux. Et ecce apparuerunt illis Moses et Elias, colloquentes cum ipso [50]. » Observa itaque quomodo Moses et Elias, id est, sacerdotium ac lex (utraque enim Moses), quin et Elias assumptus ante faciem sanctorum prophetarum, ipsi inter se colloquebantur de exitu, quem esset in Jerusalem impleturus. Qualis tandem exitus? Dispensationis nimirum finis, crux, mors, ex mortuis resurrectio, in cœlos assumptio. Nam hæc omnia præfiguravit per umbram lex, prædixit etiam illustris et magnus sanctorum prophetarum chorus.

δευτέρας διαθήκης, ἥτις ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις παραλαμβάνεται, καθά φησιν ὁ ἱερώτατος Παῦλος. Γράφεται δὲ ὁ τόμος γραφίδι ἀνθρώπου. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Ὅτε μὲν τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι τὸ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος πολυπραγμονῶμεν μυστήριον, εἶτα λέγειν ἑτέροις ἐπιχειρῶμεν ἔστ' ὅτε τὴν ἀπόῤῥητον γέννησιν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· τότε δή, τότε χρεία γραφίδος ἡμῖν οὐκ ἀνθρωπίνης καὶ καθ' ἡμᾶς. Ποῖος γὰρ ἂν ἀρκέσει [ε] λόγος εἰς γε τὸ δύνασθαι διατρανοῦν τὸ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον; Ἀπόχρη δὲ μόνος τοῖς οὕτως ἰσχυροῖς καὶ ὑπὲρ πάντα νοῦν διηγήμασιν ἐκεῖνος ὁ κάλαμος, περὶ οὗ φησιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· « Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. » Οἶδεν γὰρ οὐδεὶς τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· ἀλλ' οὐδὲ τὸν Πατέρα οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τίς ἐστιν, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι. Ὅταν δὲ τοὺς περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ ποιούμεθα λόγους, τότε δή, τότε χρεία γραφίδος ἀνθρωπίνης· ὃ δὴ καὶ πέπραχεν ὁ σοφὸς Ἰωάννης λέγων· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Χαλεπὸν δὲ ὅλως οὐδὲν, καὶ τὸν κατὰ σάρκα θάνατον αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ταῖς καθ' ἡμᾶς ἀναγγέλλειν φωναῖς, καὶ ὅτι πρωτόλειον ὥσπερ τι καὶ ἀπαρχὴ τῆς ἀνθρώπου φύσεως ἀνανεουμένης εἰς ἀφθαρσίαν, ἀνέβη πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ κεκάθικεν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἥξει τε κατὰ καιροὺς, καὶ καθιεῖται κριτής. Οὐκοῦν ἀνθρώπου γραφίδι τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς γράφουσιν οἱ πνευματογράφοι. Προσεπιτάττει δὲ λέγων· « Μάρτυράς μοι ποίησον πιστοὺς ἀνθρώπους, τὸν Οὐρίαν, καὶ τὸν Ζαχαρίαν υἱὸν Βαραχίου. » Ἰστέον δὲ ὅτι κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ὁ περὶ τούτων λόγος παρὰ Θεοῦ γέγονε πρὸς τὸν μακάριον Ἡσαΐαν, Οὐρίας μὲν ἦν τις προφήτης, Ζαχαρίας γεμὴν ἱερεὺς καὶ νομοδιδάσκαλος. Παραλαμβάνονται τοίνυν εἰς μαρτυρίαν τὴν ἐπὶ Χριστῷ, ἥ τε διὰ νόμου καὶ προφητῶν ἁγίων μυσταγωγία καὶ σύνεσις, ἧγουν προαγόρευσις. Τέλος γὰρ νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός. Τοιοῦτόν τι δεδεῖχθαί φαμεν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐν καιρῷ τῆς ἐν τῷ ὄρει μεταμορφώσεως τοῦ Χριστοῦ. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Μεθ' ἡμέρας ἓξ παρέλαβεν ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον, καὶ τὸν Ἰάκωβον, καὶ τὸν Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν· καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν. Καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λευκὰ ὡς τὸ φῶς. Καὶ ἰδοὺ ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἠλίας συλλαλοῦντες μετ' αὐτοῦ. » Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως Μωσῆς καὶ Ἠλίας, τοῦτ' ἔστιν, ἱερωσύνη καὶ νόμος (ἀμφότερα γὰρ ὁ Μωσῆς), καὶ μὴν καὶ Ἠλίας εἰς πρόσωπον τῶν ἁγίων προφητῶν παραληφθεὶς, προσελάλουν ἀλλήλοις, περὶ τῆς ἐξόδου, φησὶν, ἧς ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλήμ. Ποία δὲ ἔξοδος; Τῆς οἰκονομίας δηλονότι τὸ πέρας, ὁ σταυρὸς, ὁ θάνατος, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσις, ἡ εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψις. Ταῦτα γὰρ πάντα προανετύπου μὲν διὰ σκιᾶς ὁ νόμος, προηγόρευσε δὲ καὶ ὁ λαμπρὸς καὶ μέγας τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ χορός.

[48] Psal. XLIV, 2. [49] Joan. I, 1. [50] Matth. XVII, 1, 3.

Digitized by Google

Καὶ προσῆλθε πρὸς τὴν προφῆτιν, καὶ ἐν γαστρὶ A *ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν ὅρσεν.*

continet ac conservat, et quod infirmum est, facit consistere : sive humanam naturam, quæ tantum non conquassata est, et ærumnis et afflictionibus obruta, et quodammodo inebriata. Cantat igitur beatus David, communi omnium persona sibi imposita : « Virga tua, et baculus tuus, ipsa me consolata sunt [36]. » Confirmat enim justos Deus, quemadmodum scriptum est : et vocatus est voce prophetarum, baculus gloriosus, virga **192** magnificentiæ [37]. Virga etiam aliter, quia bonus pastor est, animam suam ponens pro ovibus [38]. Dictum est igitur ei a quopiam sanctorum prophetarum : « Pasce populum tuum in virga, tribum tuam, oves hæreditatis tuæ [39]. » Sin autem cuiquam videtur, quia judex est, et reddit singulis pro ratione operum suorum, idcirco eum et meritissimo nominari virgam, rite intelliget. Nam dictum est ei, Israele in illum debachante, et impotenter ad inobedientiam prolapso : « Pasces eos in virga ferrea, et ut vasa figuli comminues eos [40]. » Sic nobis illum sapientissimi Moysis lex designat. Assumitur enim in typum Christi etiam virga Aaronis quæ floruit, et in Sancta sanctorum illata est. Effloruerunt enim juglandes : quid autem causæ sit, et quæ umbrarum sententia, dicendum est. Quidam enim physiologiam rationesque naturales attingunt, et affirmant virgam ex juglandibus, si capiti alicujus apponatur, vigilantiam naturaliter efficere. Itaque cum Christus, sicuti dicit B. Paulus [41], gratia Dei pro omnibus mortem gustaturus esset, et paulisper veluti nictans tanquam ex somno excitatus esset iterum, et morte conculcata divinitus revixisset, hinc virgæ juglandium comparatur. Hac divina et intelligibili virga Moyses operatus est miracula, dum Israelem servitute Ægyptiaca eximit, ideoque eam virgam Dei nominavit. Erat quippe ei virga virtutis, sicut scriptum est [42]. Cum igitur propheta ænigmatice et tectius mysterium Christi subinnuens, e stirpe Jessæ virgam nobis exoriri dicit, tunc quidem, tunc animi oculis illum unigenitum Dei Sermonem, illum per quem omnia, et in quo sunt omnia, et incarnatum, et hominem factum, et ad voluntariam exinanitionem se demittentem, et propter nos nativitatem dispensationis suæ causa subeuntem, juxta carnem, inquam, et ex muliere contemplans, dicit cum propheta : « Domine, audivi D vocem tuam, et pertimui, cognovi opera tua, et obstupui. » Virga itaque propter causas quas modo commemoravimus, vocatus est. Flos vero rursum, quoniam hominis natura in illo ad incorruptionem et ad novitatem conversationis evangelicæ refloruit. Aliter etiam flos propter suavem fragrantiam sub intelligentiam cadentem appellatur. « Ego enim, inquit, flos campi, **193** lilium convallium [43]. » Erat sane et nobis veluti odor quidam cognitionis Dei et Patris. Nimirum divinus Paulus in epistola dicit : « Deo autem gratia, qui semper triumphat

αὐτόν πού φησι τὸν Υἱόν· « Ὁ θρόνος σου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα, ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. » Ῥάβδος δὲ καὶ ἑτέρως, ὡς ἂν ἔχων τὰ πάντα, καὶ εἰς τὸ εὖ εἶναι συνέχων, συνεστᾶναί τε ποιῶν τὸ ἠσθενηκὸς, ἤτοι τὴν ἀνθρώπου φύσιν, μονονουχὶ κατασειομένην, καὶ μεθύουσαν ὑπὸ παθῶν. Ψάλλει γοῦν ὁ μακάριος Δαβὶδ, τὸ κοινὸν ἁπάντων πρόσωπον ἑαυτῷ περιθείς, « Ἡ ῥάβδος σου, καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν. » Ὑποστηρίζει γὰρ τοὺς δικαίους ὁ Κύριος κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὠνόμασται δὲ διὰ φωνῆς προφητῶν βακτηρία εὐκλεὴς, ῥάβδος μεγαλοσύνης· ῥάβδος δὲ καὶ ἑτέρως, ἐπείπερ ἐστὶ ποιμὴν ἀγαθὸς, τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ τιθεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων. Εἴρηται γοῦν πρὸς αὐτὸν δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Ποίμαινε λαόν σου ἐν ῥάβδῳ, φυλὴν σου, πρόβατα κληρονομίας σου. » Εἰ δέ τῳ δοκεῖ, καὶ ἐπείπερ ἐστὶ κριτὴς, καὶ ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ταύτῃ τοι, καὶ μάλα εἰκότως ὀνομάζεσθαι ῥάβδον, νοήσει καλῶς. Εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτὸν, ἐμπαροινήσαντός τε αὐτῷ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἀκρατῶς ἀπονενευκότος εἰς ἀπείθειαν· « Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, καὶ ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. » Οὕτως ἡμῖν αὐτὸν καὶ ὁ τοῦ πανσόφου Μωσέως κατασημαίνει νόμος· παραλαμβάνεται γὰρ εἰς τύπον Χριστοῦ καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσκεκομισμένη. Ἐξήνθησε γὰρ κάρυα, καὶ τί δὴ τὸ χρῆμα τῶν ἐν σκιαῖς ἐννοιῶν, εἰπεῖν ἀναγκαῖον. Ἅπτονται μὲν γὰρ φυσιολογίας τινὲς, καὶ δὴ καί φησι τὴν καρυΐνην ῥάβδον, εἰ πρὸς τῇ κεφαλῇ κέοιτό τινων, ἀνυπνίας εἶναι φυσικῶς ἐμποιητικήν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἔμελλεν ὁ Χριστὸς, χάριτι μὲν Θεοῦ, καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, ὑπὲρ παντὸς γεύσασθαι θανάτου, βραχὺ δὲ ὥσπερ ἀπονυστάξας, καθάπερ ἐξ ὕπνου διεγερθῆναι πάλιν, ἀναβιῶναί τε θεοπρεπῶς, πεπατημένου θανάτου. Ταύτῃ τοι ῥάβδῳ καρυΐνῃ παρεικάζεται. Διὰ ταύτης τε τῆς θείας τε καὶ νοητῆς ῥάβδου τεθαυματούργηκεν ὁ Μωσῆς, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας ἀπαλλάττων τὸν Ἰσραήλ. Ῥάβδον γοῦν αὐτὴν ὠνόμαζε Θεοῦ. Γέγονε γὰρ αὐτῷ ῥάβδος δυνάμεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὅταν τοίνυν ὁ προφήτης αἰνιγματωδῶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον ὑποφαίνων, ἐκ τῆς Ἰεσσαὶ ῥίζης τὴν ῥάβδον ἡμῖν ἀναφανῆναι λέγῃ, τότε δὴ, τότε τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν αὐτὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, σεσαρκωμένον τε καὶ ἐνανθρωπήσαντα θεωρῶν, καὶ εἰς ἑκούσιον ἑαυτὸν καθέντα κένωσιν, καὶ τὴν δι' ἡμᾶς οἰκονομικὴν ἀνατλάντα γέννησιν, φημὶ δὴ τὴν κατὰ σάρκα καὶ ἐκ γυναικὸς, ὁμοῦ τῷ προφήτῃ λέγει· « Κύριε, εἰσάκηκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην· κατενόησα τὰ ἔργα, καὶ ἐξέστην. » Ῥάβδος δὴ οὖν ὠνόμασται διάτοι τὰς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένας αἰτίας. Ἄνθος δὲ πάλιν· ἀνέθαλε γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν αὐτῷ πρὸς ἀφθαρσίαν, καὶ εἰς ζωὴν, καὶ εἰς καινότητα πολιτείας εὐαγγελικῆς· ἄνθος δὲ καὶ ἑτέρως, διὰ τὴν

[36] Psal. xxii, 4. [37] Jerem. xlviii, 17. [38] Joan. x, 15. [39] Mich. vii, 14. [40] Psal. ii, 9. [41] Hebr. ii, 10. [42] Psal. cix, 2. [43] Cant. ii, 1.

Digitized by Google

νοητὴν εὐοσμίαν. « Ἐγὼ γάρ, » φησὶν, « ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων. » Γέγονε δὲ καὶ ἡμῖν ὀσμή τις ὥσπερ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐπιστέλλει, καί φησι· « Τῷ Θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ, ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν, τῷ Θεῷ ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. » Ταύτῃ τῇ ῥάβδῳ φησὶν, ἤτοι τῷ ἄνθει τῷ ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ τεχθησομένῳ, κατὰ καιροὺς ἐπαναπαύσεσθαι Πνεῦμα Θεοῦ πολλὰς ἔχον τὰς ἐνεργείας. Πνεῦμα γὰρ αὐτὸ βουλῆς καὶ συνέσεως ὀνομάζει, γνώσεώς τε καὶ σοφίας, εὐσεβείας καὶ φόβου Θεοῦ. Φαμὲν δὲ, ὅτι τῆς προφητικῆς εὐτεχνίας τὸ κήρυγμα οὐκ ἄνθρωπον ἡμῖν ψιλὸν εἰσκομίζει τὸν Ἰησοῦν, εἶτα γεγονότα πνευματοφόρον, καὶ ὡς ἐν τάξει τῇ καθ' ἡμᾶς χαρισμάτων τῶν παρὰ Θεοῦ γεγονότα μέτοχον, ἐνανθρωπήσαντα δὲ μᾶλλον τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον καταδηλοῖ, πλήρη μὲν ὄντα παντὸς ἀγαθοῦ, τό γε ἧκον εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν, οἰκειουμένου δὲ μετὰ τῆς ἀνθρωπότητος καὶ τὰ αὐτῆς. Ἴδιον γὰρ ἀνθρωπότητος, τὸ οἰκοθεν μὲν ἔχειν, καὶ ὡς ἐξ ἰδίας φύσεως τῶν ἄνωθεν χαρισμάτων οὐδέν· « Τί γὰρ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; » εἴρηται πρὸς αὐτὴν, καταπλουτεῖν δὲ μᾶλλον ἔξωθέν τε καὶ ἐπακτῶς, παρὰ Θεοῦ δηλονότι, τὰ ὑπὲρ φύσιν ἰδίαν. Ἔδει τοίνυν καθέντα πρὸς κένωσιν ἑαυτὸν τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον, τὸ ἐκ τῆς κενώσεως μὴ παραιτεῖσθαι σμικροπρεπὲς, καὶ πλήρη κατὰ φύσιν ὄντα δέχεσθαι διὰ τὸ ἀνθρώπινον, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἐν ἐνδείᾳ παντὸς ἀγαθοῦ. Ὥστε κἂν εἰ λέγοιτό ποτε τὸ Πνεῦμα λαβεῖν, καίτοι χορηγὸς ὢν αὐτὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ οὐκ ἐκ μέτρου διδοὺς, ἀλλ' ὡς ἐξ ἰδίου πληρώματος διανέμων αὐτὸ τοῖς ἀξίοις, τῶν τῆς κενώσεως μέτρων νοείσθω τὸ λαβεῖν, κατευθὺ γὰρ οὕτω τῆς ἀληθείας ἥξομεν. Πλὴν ἐκεῖνο ἄθρει· « Ἀναπαύσεται γὰρ ἐπ' αὐτὸν, φησὶ, Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. » Δέδοται γὰρ ἐν ἀρχαῖς τῇ τοῦ γένους ἡμῶν ἀπαρχῇ, τουτέστι, τῷ Ἀδὰμ, ἀλλὰ γέγονε ῥάθυμος περὶ τὴν τήρησιν τῆς δοθείσης αὐτῷ ἐντολῆς, κατημέλησε τῶν προστεταγμένων, κατεδιβάσθη πρὸς ἁμαρτίαν, οὐχ εὗρεν ἀνάπαυσιν ἐν ἀνθρώποις τὸ πνεῦμα. « Πάντες γὰρ ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός. » Εἶτα γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καίτοι τὸ εἶναι Θεὸς οὐ μεθείς. Ἐπειδὴ δὲ καίτοι γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, ἀνάλωτος ἦν ἁμαρτίαις, ἐπανεπαύσατο τῇ ἀνθρώπου φύσει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἐν αὐτῷ καὶ πρώτῳ, καὶ ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους δευτέρᾳ, ἵνα καὶ ἡμῖν ἐπαναπαύηται, καὶ μένῃ λοιπὸν ταῖς τῶν πιστευόντων διανοίαις ἐμφιλοχωροῦν. Οὕτω γάρ που καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης τεθεᾶσθαί φησιν ἐξ οὐρανοῦ καταφοιτῆσαν τὸ Πνεῦμα ἐπὶ Χριστόν. Ὥσπερ συγκληρονόμοι γεγόναμεν τῶν συμβεβηκότων τῷ πρωτοπλάστῳ κακῶν, οὕτως ἐσόμεθα μέτοχοι τῶν ὑπαρχθέντων οἰκονομικῶς τῇ

nos in Christo, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis vero odor vitæ in vitam [44]. » Idcirco in hac virga, seu in hoc germine ex stirpe Jessæ, suis temporibus acquieturum ait Spiritum Dei, multis virtutibus et viribus pollentem. Spiritum enim ipsum nominat consilii, et intelligentiæ, et cognitionis, et sapientiæ, et fortitudinis, et religionis, et timoris Dei [45]. Dicimus autem prophetam in hoc præconio suo artificium sic temperasse, ut non hominem merum nobis inducat Jesum, dein Spiritu afflatum, et quasi nostri ordinis ac conditionis esset, charismatum divinorum participem factum, sed potius Dei Verbum humanam naturam assumpsisse declarat, cumulatum bonis omnibus (quatenus ad ipsius naturam pertinent) ac etiam una cum humanitate quæ ad eam spectant, velut sua ac propria sibi vindicans. Proprium namque humanitatis est, ex se et ex propria quasi natura nihil supernorum donorum habere (dictum enim est ei : « Quid enim habes quod non accepisti? »), at exterius magis et aliunde adscititiis, nimirum a Deo, locupletari donis, quæ propriam naturam superant. Oportebat igitur unigenitum Dei Sermonem qui se exinanivit et demisit, illius exinanitionis humilitatem non recusare, sed propter humanitatem suscipere, non sua causa, sed nostra potius, qui omnium bonorum laboramus indigentia. Itaque licet interdum dicatur Spiritum accipere, cum sit tamen ipse subministrator sancti Spiritus, et non ex mensura det, sed veluti de propria plenitudine illud dignis impartiat, hoc pro mensura et modulo exinanitionis intelligatur accipere : sic enim recta ad verum perveniemus. Verum illud mihi specta : « Requiescet enim super ipsum, inquit, Spiritus Dei. » A principio enim datum est nostri generis primitiis, id est, Adamo, verum in observatione mandati, quod traditum erat piger et remissus, jussa posthabuit, ac demersus est in peccatum, nec invenit in hominibus requietem spiritus. « Omnes » etenim « declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non erat qui **194** faceret bonum, non erat usque ad unum [46]. » Post factus est homo unigenitum Dei Verbum, licet Deus esse non desineret : cumque similis nobis esset, irretitus tamen peccatis non est, Spiritusque sanctus in hominis natura insedit, velut in ipso primo et quasi in secundis primitiis generis, ut et in nobis deinceps conquiesceret ac maneret, et in credentium mentibus cum voluptate habitaret. Sic enim et divinus Joannes vidisse ait se descendentem de cœlo Spiritum in Christum. Ut enim consortes eramus, et hæredes malorum quæ protoplasto primumque condito homini acciderunt : sic etiam eorum quæ per dispensationem exstiterunt secundis nostri generis primitiis, id est, Christo, erimus participes. Quod autem

[44] II Cor. II, 14, 16. [45] Isa. XI, 2. [46] Rom. III, 12.

Digitized by Google

non particularem aliquam ei gratiam addiderit, quemadmodum in sanctis conquiescere dicitur Spiritus, sed quod plenitudo deitatis in sacrosancta carne velut in suo templo commorata fuerit, et non in experte animi, sed potius animato anima intelligenti, planum faciet propheta, dicens : « Complebit eum spiritus timoris Domini. » Uni autem Spiritui multiplicem tribuit efficacitatem : nec enim alius est Spiritus sapientiæ, alius intelligentiæ, vel consilii, et fortitudinis, ac reliquorum : at quemadmodum unus est ex Deo Patre Sermo, energia autem et efficientia nominatur multifariam (vita namque est, et lux, et virtus) : sic etiam in sancto Spiritu intelliges : unus nimirum cum sit, intelligitur multipliciter, et sic etiam operatur. Quippe Paulus sapientissimus ubi diversorum charismatum species nobis enumeravit : « Hæc omnia, inquit, operatur unus et idem Spiritus, dividit singulis prout vult [47]. »

VERS. 4, 5. *Non secundum gloriam judicabit, neque juxta sermonem arguet, sed judicabit humili judicium, et arguet humiles terræ, et percutiet terram verbo oris sui, et spiritu per labia necabit impium. Et erit justitia cinctus lumbum suum, et veritate involutus costas.*

Emmanuelem suo tempore nasciturum cum optime prædixisset, adducit porro peropportune ex quibus rebus posset inclarescere, a virtute scilicet quæ ipsi inest divina, operumque splendore. Oportebat enim, oportebat, inquam, eos, qui prædictiones propheticas habent, diligenter ante persuadere his qui fidem in eum amplexuri erant, **195** quis et qualis sit, et in quibus præclare sit venturus. Quemadmodum enim si quis nostrum aliquem hominibus, qui eum non norunt monstraturus, ex his quæ novit verbis depingit, et de eo prædicat, non esse capillitio denso, sed mediocriter tenui et raro, et gratioso esse oculo, et subridenti obtutu, et mire gracili ac subtili naso, cæterasque corporis partes persequitur : pari, credo, ratione etiam beatus propheta, quoniam ei de Verbo humanitatem propter nos assumente sermo est, ideo signa divinæ præstantiæ et excellentiæ enumerat, deque eo dicit : « Non secundum gloriam judicabit, neque ex sermone arguet. » Digna res Deo summæque naturæ consentanea. Etenim non in gloriam hominum intueri, sed rectum, et immotum in re quaque, et omnino irreprehensibile exercere judicium, nonne omnium rerum reginam naturam decet ? Non enim novit personam respicere, nec divitiis vel elegantia cultus, vel auctoritate decoratum quemque honore aut æstimatione ille dignatur, alios spoliare volentem, sed operarium iniquitatis condemnat prorsus et detestandum reddit. Non arguet autem ex sermone, quemadmodum debeat intelligi, disserere necesse est. Plerique enim nostrum qui laudare volunt,

[47] I Cor. XII, 11.

δευτέρᾳ τοῦ γένους ἡμῶν ἀπαρχῇ, τουτέστι Χριστῷ. Ὅτι δὲ οὐ μερικὴν αὐτῷ τὴν χάριν εἰργάζετο, καθάπερ ἐν τοῖς ἁγίοις τὸ ἐπαναπαύεσθαι λεγόμενον Πνεῦμα, ἀλλ' ἦν πλήρωμα τῆς θεότητος, τὸ ὡς ἐν ἰδίῳ ναῷ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ καταλύον, καὶ οὐκ ἀψύχῳ ποθὲν, ἐψυχωμένην δὲ μᾶλλον ψυχῇ νοερᾷ, σαφηνιεῖ λέγων ὁ προφήτης· « Ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ. » Ἑνὶ δὲ τῷ Πνεύματι πολυειδῆ δέδωκε τὴν ἐνέργειαν. Οὐ γάρ τοι Πνεῦμα μὲν ἄλλο τῆς σοφίας, ἕτερον δὲ τὸ συνέσεως, ἤτοι βουλῆς, καὶ ἰσχύος, καὶ τῶν λοιπῶν, ἀλλ' ὥσπερ εἷς μέν ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, ὀνομάζεται δὲ καὶ ἐνέργεια πολυτρόπως· ζωὴ γάρ ἐστι, καὶ φῶς, καὶ δύναμις· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου συνήσεις Πνεύματος· ἓν γὰρ ὑπάρχων νοεῖται πολυειδῶς, ἐνεργεῖ δὲ καὶ οὕτως. Καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος Παῦλος διαφόρων ἡμῖν χαρισμάτων ἰδέας ἀπαριθμούμενος· « Ταῦτα πάντα, » φησὶν, « ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιρεῖ ἑκάστῳ ἰδίᾳ, καθὼς βούλεται. »

Οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐξελέγξει, ἀλλὰ κρινεῖ ταπεινῷ κρίσιν, καὶ ἐλέγξει τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς, καὶ πατάξει γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐν πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖ ἀσεβῆ. Καὶ ἔσται δικαιοσύνη ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἀληθείᾳ εἱλημένος τὰς πλευράς.

Ὅτι τεχθήσεται κατὰ καιροὺς ὁ Ἐμμανουὴλ εὖ μάλα προειρηκὼς, προσεπάγει χρησίμως, καὶ τὰ δι' ὧν ἂν εἴη γνώριμος ὡς ἀπό γε τῆς ἐνούσης αὐτῷ θεοπρεποῦς ἀρετῆς, καὶ τῆς ἐν ἔργοις λαμπρότητος. Ἔδει γὰρ, ἔδει προαναπείθειν ἀκριβῶς προφητικὴν ἔχοντας προαγόρευσιν, τοὺς οἵ γε τὴν ἐπ' αὐτὸν ἔμελλον παραδέχεσθαι πίστιν, τίς δέ γε, καὶ ποῖος, καὶ διὰ ποίων ἥξει κατορθωμάτων. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς, τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτὸν κατασημαίνειν βεβουλημένος, ἐξ ὧν οἶδεν ὄντα λόγῳ ζωγραφεῖ, λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ, ὡς εἴη μὲν τὴν κόμην οὐ βαθὺς, συμμέτρως δὲ ψιλὸς, καὶ χαροπὸν μὲν ὅτι τὸ ὄμμα αὐτῷ, καὶ ὑπογελῶσαν ἔχον τὴν βολὴν, ἰσχνὸς δὲ τὴν ῥῖνα, καὶ τὰ ἕτερα δὲ τοῦ σώματος διεξίοι μέρη, τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον καὶ ὁ μακάριος προφήτης, ἐπείπερ ἐστὶν ὁ λόγος αὐτοῦ περὶ τοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος Λόγου, ταύτῃ τοι τὰ τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς καὶ μέντοι ἐξουσίας ἀπαριθμεῖται σημεῖα, καὶ δὴ καί φησι περὶ αὐτοῦ· « Οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει. » Θεοπρεπὲς τὸ χρῆμα, ἐοικός τε φύσει τῇ ἀνωτάτω. Τὸ γὰρ μήτε εἰς δόξαν τὴν ἐν ἀνθρώποις ὁρᾷν, ὀρθήν τε καὶ ἀδιάστροφον τὴν ἐφ' ἑκάστῳ ποιεῖσθαι κρίσιν καὶ ἀμώμητον παντελῶς, πῶς οὐκ ἂν πρέποι τῇ τῶν ὅλων βασιλίδι φύσει; Οὐ γὰρ οἶδεν ὁρᾷν εἰς πρόσωπον, οὔτε μὴν τὸν ταῖς ἐκ πλούτων περιβολαῖς, οὔτε μὴν ἀξιώμασιν ἐξωραϊσμένον ἀξιοῖ τιμῆς ἢ λόγου, πλεονεκτεῖν ἐθέλοντά τινας, κατακρίνει δὲ πάντως, καὶ ἐπάρατον ἀποφαίνει τὸν τῆς ἀνομίας ἐργάτην. Οὐκ ἐλέγξει δὲ κατὰ τὴν λαλιάν· καὶ τίνα τρόπον χρὴ ἐννοεῖσθαι, καὶ

Digitized by Google

τοῦτο διειπεῖν ἀναγκαῖον. Πλεῖστοι μὲν γὰρ ὅσοι τῶν καθ' ἡμᾶς τοὺς ἐπαινεῖν ἐθέλοντας ἀξιοῦσι τιμῆς, καὶ εἰ μή τινες εἶεν ἀγαθοὶ τοὺς τρόπους, μισθὸν δὲ ὥσπερ τῆς κολακείας αὐτοῖς ἀπονέμουσι τὸ καὶ θεραπεύειν ἔσθ' ὅτε, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοὺς ἐλέγχους συστέλλουσιν. Ἀλλ' οὐ τοῦτο δεδρακότα κατίδοι τις ἂν τὸν Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Τοιγάρτοι καὶ τοὺς χρηστοεπεῖν ἠρημένους, οὐ μὴν ἔτι καὶ ἀγαθοὺς ὄντας κατὰ ἀλήθειαν, ἀποτόμοις ἐλέγχοις μεθίστη πολλάκις ἐπί γε τὸ βιοῦν ἐλέσθαι σωφρονέστερον. Προσῆσαν μὲν γάρ ποτε τῶν καλουμένων Ἡρωδιανῶν τινες, πράκτορες δὲ οὗτοι τελωνῶν, εἶτα δόλον αὐτῷ πικρὸν ἀρτίοντες, ἔφασκον· « Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός. Οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων. Ἔξεστι δοῦναι φόρους Καίσαρι, ἢ οὔ; Αὐτὸς δὲ πρὸς ταῦτα, Τί με πειράζετε, ὑποκριταί; ἐπιδείξατέ μοι τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου. » Ἆθρει δὴ οὖν ὅπως διελέγχει κολακεύοντας, καὶ χρηστολογοῦντας ἀποσείεται. Διήλεγξε δὲ, καὶ οὐ κατά γε τὴν λαλιὰν αὐτῶν· οἱ μὲν γὰρ προσεδόκων ἐπαινεθήσεσθαι, τάχα που κατειρωνευόμενοι μὲν, πλὴν εὐφυᾶ καὶ στωμυλεστάτην ἐπιτηδεύοντες τὴν κομψολογίαν, ὁ δὲ ἀδοκήτως πειράζοντας καὶ ὑποκριτὰς ἐκάλει. Οὐκοῦν οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, τουτέστιν, οὐ προσωπολήπτης ἔσται δικαστὴς, οὔτε μὴν ἐλέγξει κατὰ τὴν λαλιάν. Οὐ γὰρ ἀνέξεται, φησὶ, τῶν ἀνόσια μὲν φρονεῖν ἠρημένων, προσωπεῖον δὲ ὥσπερ ἀπάτης καὶ δόλου περιτιθέντων ἑαυτοῖς τὴν κομψολογίαν. Τοῦτό τοί φησιν ἐναργῶς· « Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Καὶ πάλιν· « Πολλοί ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, τῇ τῆς κρίσεως δηλονότι· Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; Ἀλλὰ τότε, φησὶν, ἐρῶ αὐτοῖς· Ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς. » Τί δὲ δὴ ἄρα πρὸς τούτοις ὁ ἀπροσωπόληπτος ἐργάζεται δικαστής; Κρινεῖ ταπεινῷ κρίσιν, τουτέστιν, οὐ περιόψεταί τινα τῶν ταπεινῶν, ἀλλ' ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον ἐπ' αὐτῷ τὴν κρίσιν ἐξοίσει. Ἐξελέγξει δὲ ὁμοίως τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς· ὥσπερ γὰρ οὐ τὸ τοῦ πλουσίου πλεονεκτεῖν ἐθέλοντος ἐρυθριάσει πρόσωπον, ἀλλὰ δικαίαν ἐπὶ τῷ ταπεινῷ ποιήσεται κρίσιν· οὕτω κἂν εἴ τις, φησὶ, τῶν ἐν ὑφέσει καὶ σμικροπρεπείᾳ τῇ κατὰ τὸν βίον, ἔξω τῶν θείων φέροιτο νόμων, καὶ τοῖς τῆς ἀδικίας ἐγκλήμασιν ἑαυτὸν ἀνιεὶς ἁλίσκοιτο, φησὶν, ἐλεγχθήσεται καὶ οὗτος. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει. » Ὥσπερ γὰρ τὸν ἐν πλούτῳ, καὶ ὑπεροχῇ, καὶ μέντοι καὶ δυναστείαις οὐκ ἀπαλλάξει τῶν αἰτιαμάτων τὸ περιφανὲς, εἰ ἐπί τισι τῶν ἐκτόπων καταγινώσκοιτο, οὕτως οὐκ ἐλευθερώσει τοῦ εἶναι πονηρὸν τὸ ἐν ὑφέσει καὶ ταπεινότητι σμικροπρεπὲς, οὔτε μὴν ἀπαλλάξει τοῦ κολάζεσθαι δεῖν τὸν τῇ πτωχείᾳ κατηχθισμένον, καὶ τὸν ἀπευκτὸν καὶ τρισάθλιον ἀμείβοντα βίον. Ποοσεπ-

honorem impertiunt licet minus bonis moribus prædititis, eisque mercedem velut adulationis tribuunt, ut interdum etiam colant eos et observent, ac reprehensiones supprimunt. Verum Dominum ac Deum nostrum Jesum Christum hoc factitare nemo viderit. Qui enim blande volunt loqui, neque vere boni sunt, hos acerbissimis reprehensionibus convertit sæpe, ut vitam velint instituere moderatius. Accesserunt enim aliquando quidam Herodiani, ut vocantur : erant autem hi publicanorum exactores : ac dolo in illum egregie instructo dicebant : « Magister, scimus te viam Dei in veritate docere et non esse tibi curam de aliquo; non enim respicis personam hominum : licetne censum dare Cæsari, annon? Quibus ille : Quid me tentatis, hypocritæ? ostendite mihi numisma census [48]. » Observa igitur quo pacto redarguat palpantes, et blandientes repellat. Coarguit autem, idque non ex sermone ipsorum : **196** nam hi sperabant se laudatum iri, cum cavillarentur quidem, sed ingenuum et blandum orationis leporem adhibentes, hic autem eos tentatores et hypocritas de improviso nominavit. Itaque non judicabit ex opinione, id est, non acceptator erit personarum judex, neque redarguet ex sermone : Non enim, inquit, adhærebit his qui impie affecti sunt, quique leporem orationis tanquam fraudulentiæ ac versutiæ personam sibi assumunt. Quod diserte dicit : « Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui est in cœlis [49]. » Et rursus : « Multi dicent mihi illo die, » judicii nimirum, « Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et virtutes multas præstitimus? Sed tunc, inquit, dicam illis : Amen dico vobis : nunquam novi vos [50]. » Quid porro agit judex hic a personarum acceptatione alienus? Judicabit humili judicium, id est, non despiciet quemquam humilem, at rectum et inculpatum de eo judicium proferet. Similiter etiam arguet humiles terræ : quemadmodum enim personam divitis, rapere ac spoliare volentis, non verebitur, sed justum de humili exercebit judicium : ita, inquit, si quis eorum qui in tenui fortuna et angustiis rerum ad vitam necessariarum constitutus est, extra leges divinas evagetur, et injustitiæ crimine convictus ac constrictus teneatur, etiam is coarguetur. Scriptum enim est : « Pauperem non misereberis in judicio [51]. » Quemadmodum etenim divitiis, et dignitate, et principatu auctum ornatumque claritas et amplitudo criminibus non absolvet, si reus peractus sit fœdorum scelerum : sic abjectæ fortunæ et humilis hominem parvitas hæc a malo non vindicabit, nec a supplicio prohibebit defendetve eum qui mendicitate gravatur et opprimitur, et qui sordidam ac ter miseram vitam transmittit. Adjungit præterea his et alia quædam divinæ excellentiæ genera, quæ dicit in omnium

[48] Matth. xxii, 16-21. [49] Matth. vii, 21. [50] Ibid. xxv, 25. [51] Exod. xxiii, 3.

Digitized by Google

Servatore Christo esse, quia non nudus et simplex homo nostræ conditionis fuerit, sed, uti dixi, Verbum Dei unigenitum incarnatum, et humanæ naturæ particeps. Quid ergo efficiet ? inquit. Percutiet terram verbo oris sui. Et quam **197** terram ? Maxime quam exsecratus est. Est quidem hoc verum, imo de omni terra verissimum. Maledixit enim universæ terræ, seu hominis naturæ in Adamo, inquiens : « Terra es, et in terram ibis [52]. » Maledixit nihilominus impio mundo, quem aqua oppressit. Maledixit etiam adhæc Judææ, cum incolæ ejus temulente in illum deblaterarent. Dixit enim : « Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et ad te missos lapidas, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluistis ? Ecce relinquitur vobis domus vestra [53-56] » In illo enim, relinquitur domus vestra, derelictionis in ea factæ calamitas explicatur. Derelicta vero ab eo, bello, igne et adversariorum manibus consumpta est. Est item illud aliud signum et complementum summæ potestatis : Spiritu labiorum auferet impium. Increpavit enim immundos spiritus, et quantum humanam naturam attingit, vox personuit ex ore et labiis, vique spiritus inexplicabili dæmoniorum multitudo fracta est. Erunt autem, ait, et justitia cincti lumbi ejus, et veritate involuta latera. Perinde enim est, ac si quis dicat, Potestatem et auctoritatem in rebus mundanis habet omnino nullam, ac gloriam verius divinam, et quasi succinctus est justitia et veritate. Zona autem signum est principatus, et cum dicat, ei involuta latera, nihil aliud est quam si declaret, tanquam balteum quempiam circumpositurum sibi justitiam, et præterea veritatem. Verisimile est autem, eum justitiam et veritatem appellare novam et evangelicam prædicationem, quemadmodum dictum est ei psallentis voce : « Justitia tua, justitia in omnem æternitatem, et lex tua veritas [55]. » Justitiæ enim magistra erat et lex, sed non mansit in æternum, meliore et perfectiore introducta, scilicet quæ per Christum lata est. Rursus lex non erat veritas, sed typus potius et umbra. Christus autem et ejus leges pure et simpliciter erant veritas. Siquidem dixit : « Ego sum veritas [56]. »

A ἀγει δὲ τούτοις καὶ ἕτερά τινα τῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεστάτων ἀξιωμάτων, ἃ καὶ προσεῖναί φησι τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ, ὅτι μὴ ψιλὸς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἦν, ὡς ἔφην, σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος. Τί τοίνυν ἐργάσεται ; φησιν. Πατάξει γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ ποίαν ἄρα γῆν ; Μάλιστα μὲν ἣν ἂν καταράσαιτο. Ἀληθὲς δ' ἂν εἴη καὶ ἐπὶ πάσης τὸ εἰρημένον. Κατηράσατο γὰρ σύμπασαν γῆν, ἤτοι τὴν ἀνθρώπου φύσιν, εἰπὼν ἐν Ἀδάμ· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Κατηράσατο γὰρ οὐδὲν ἧττον κόσμον ἀσεβῶν ὕδατι καταπνίξας. Κατηράσατο δὲ πρὸς τούτοις τὴν Ἰουδαίαν, ἐμπαροινησάντων αὐτῷ τῶν οἰκούντων αὐτήν. Ἔφη γάρ· « Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα B τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν· ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις ἐπισυνάγει τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε ; ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. » Ἐν γὰρ τῷ, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν, τὸ τῆς ἐγκαταλείψεως τῆς ἐπ' αὐτῇ γενομένης διαφαίνεται πάθος. Ἐγκαταλειφθεῖσα δὲ παρ' αὐτοῦ δεδαπάνηται καὶ πολέμῳ καὶ πυρὶ, καὶ ταῖς τῶν ἀνῃρηκότων χερσίν. Ἕτερον δὲ πρὸς τούτῳ σημεῖον, καὶ τῆς ἀνωτάτω δυνάμεως ἀποτέλεσμα, τὸ ἐν πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖν ἀσεβῆ. Ἐπετίμα γὰρ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ ὅσον μὲν ἦκεν εἴς γε τὸ ἀνθρώπινον, ἡ διὰ στόματος καὶ χειλέων ἀπεκτυπεῖτο φωνὴ, τῇ δὲ ἀῤῥήτῳ δυνάμει τοῦ πνεύματος ἡ τῶν C δαιμονίων πληθὺς συνεθραύετο. Ἔσται δὲ, φησὶ, καὶ δικαιοσύνῃ ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἀληθείᾳ εἰλημένος τὰς πλευράς. Ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ λέγοι, Δύναμις αὐτῷ, καὶ ἀξίωμα τῶν μὲν ἐν κόσμῳ τὸ σύμπαν οὐδὲν, δόξα δὲ μᾶλλον ἡ θεοπρεπὴς, καὶ οἷον ἐζῶσθαι δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ. Ζώνη δὲ σημεῖον ἀρχῆς, καὶ τὸ εἰλῆσθαι λέγειν αὐτὸν τὰς πλευράς, ἕτερον οὐδὲν εἴη ἂν ἢ αὐτὸ δὴ τοῦτο κατασημαίνοντος, ὅτι καθάπερ τινὰ ζωστῆρα περικείσεται τὴν δικαιοσύνην, καὶ πρὸς αὐτῇ τὴν ἀλήθειαν. Εἰκὸς δὲ δὴ ὅτι καὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν τὸ νέον τε καὶ εὐαγγελικὸν ἀπεκάλεσε κήρυγμα, κατά τε τὸ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς πρὸς αὐτὸν εἰρημένον· « Ἡ δικαιοσύνη σου δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ νόμος σου ἀλήθεια. » Δικαιοσύνης μὲν γὰρ διδάσκαλος καὶ ὁ νόμος ἦν, ἀλλ' οὐ μεμένηκεν εἰς τὸν αἰῶνα, τῆς κρείττονος καὶ τελειοτέρας εἰσκεκομισμένης, δῆλον δὲ ὅτι τῆς διὰ Χριστοῦ. Ἦν δὲ καὶ ὁ πάλαι νόμος οὐκ ἀλήθεια μᾶλλον, ἀλλὰ τύπος καὶ σκιά· Χριστὸς δὲ καὶ τὰ αὐτοῦ καθαρῶς ἡ ἀλήθεια. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. »

198 VERS. 6-9. *Et simul pascetur lupus cum agno, et pardus accubabit hædo, et vitulus, et taurus, et leo simul pascentur, et puer parvulus aget eos : et bos, et ursus compascentur, et simul catuli eorum erunt ; et leo, et bos simul vescentur paleis. Et puer parvulus in foramen aspidum, et in cubile fœtuum aspidum manum immittet, nec lædent, neque poterunt quemquam perdere in monte sancto meo, quia impleta est universa terra cognitione Domini, quasi aqua multa cooperiat mare.*

D *Καὶ συμβοσκηθήσεται λύκος μετὰ ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, καὶ μοσχάριον καὶ ταῦρος, καὶ λέων ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ παιδίον μικρὸν ἄξει αὐτούς. Καὶ βοῦς καὶ ἄρκος ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ ἅμα τὰ παιδία αὐτῶν ἔσονται· καὶ λέων καὶ βοῦς ἅμα φάγονται ἄχυρα, καὶ παιδίον νήπιον ἐπὶ τρώγλην ἀσπίδων καὶ ἐπὶ κοίτην ἐγγόνων ἀσπίδων τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖ· καὶ οὐ μὴ κακοποιήσωσιν, οὐδ' οὐ μὴ δύνωνται ἀπολέσαι οὐδένα ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου· ὅτι ἐνεπλήσθη ἡ σύμπασα τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ καλύψαι θάλασσαν.*

[52] Gen. III, 19. [53-56] Matth. XXIII, 37, 38. [55] Psal. CXVIII, 142. [56] Joan. XIV, 6.

Digitized by Google

Πρὸς τοῖς ἤδη προειρημένοις, μέγα καὶ ἐξαίρετον καὶ τοῦτο σημεῖον, καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας οὐκ ἀθαύμαστον ἀποτέλεσμα δοίη τις ἂν εἶναι, καὶ μάλα εἰκότως. Πρὶν μὲν γὰρ γενέσθαι καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον· πρὶν ἐπιλαβέσθαι σπέρματος Ἀβραὰμ, ὁμοιωθῆναί τε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς, καθὰ γέγραπται, σύμπαν τὸ ἐπὶ γῆς γένος, φημὶ δὴ τὸ ἀνθρώπινον, εἰς ἔθνη διῄρητο δύο, εἴς τε τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν τῇ κτίσει λελατρευκότων παρὰ τὸν κτίσαντα. Καὶ γνωστὸς μὲν ἦν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός· πολὺς δὲ καὶ ἄπλετος εἰδώλων ἐσμὸς παρὰ τῶν ἑτέρων ἐθρησκεύετο· καὶ τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ τετίμητο· « Πάντες γὰρ ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός. » Ἀλλ' Ἰουδαῖοι μὲν διὰ τῆς τοῦ νόμου παιδαγωγίας, οἱονεί πως ἐξημερούμενοι καὶ τοῖς τῆς δικαιοσύνης τρόποις τιθασσευόμενοι, βίον τετιμήκασιν ἀνθρωποπρεπῆ· οἵ γε μὴν ἕτεροι, τοῦτ' ἔστιν, οἱ τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις λατρεύοντες, τὸν ἰθυντῆρα νόμον οὐκ ἔχοντες δεινοί τε ἦσαν τὰς γνώμας, ἄγριοί τε καὶ ἁρπακτικοὶ ἕτοιμοι πρὸς πλεονεξίας, ὁρμητίαι πρὸς ἡδονὰς καὶ τὰς ἄγαν ἐκτόπους, καὶ πρὸς πᾶν τῶν αἰσχίστων ὁτιοῦν προαλέστατοι· ὧν ὁ μέν τις ἦν λύκῳ προσεοικὼς, ὁ δὲ παρδάλεσι παραπλήσιος, διά τε τὸ πλείστας ὅσαις καὶ πολυειδέσι παθῶν διαφοραῖς μονονουχὶ κατεστίχθαι τὰς φρένας· ὁ δὲ ἐπί τοι τὴν γνώμην ἄσχετος ἦν, τὴν καθ' ὧν ἔλοιτο πλεονεξίαν ἀμογητὶ κατορθῶν, τοῖς λέουσιν εἰκασμένος διετέλει κατὰ τὸν βίον. Ἀλλὰ τοῖς οὕτως ἀγρίοις ἤθεσί τε καὶ τρόποις ἐντεθραμμένοι, Χριστοῦ μεταπλάττοντος εἰς ἡμερωτάτην τε καὶ ἁγίαν ζωὴν, κατέληξαν μὲν τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ὠμότητος· τετιμήκασι δὲ καὶ αὐτοὶ τὸν ἀνθρώποις πρέποντα βίον τὸν ἐν πραότητι δηλονότι. Πεπιστεύκασι γὰρ λέγοντι τῷ Χριστῷ· « Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Ὁμοῦ τοιγαροῦν τῇ πίστει κεκερδήκασι καὶ τῆς ἀρχαίας ὠμότητος τὴν ἀπεμπολὴν, καὶ τὸ εἶναι χρηστοί τε καὶ πρᾶοι, καὶ τὸ τοῖς ἁγίοις ἀναμὶξ πολιτεύεσθαι. Κεχρηματίκασι γὰρ καὶ αὐτοὶ συμπολῖται τῶν ἁγίων καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ· τοῦτο οἶμαι πολυτρόπως ἡμῖν τὸν προφητικὸν ἐν τούτοις ὑπαινίττεσθαι λόγον. Συμβοσκηθήσεται γὰρ, φησὶ, λύκος μετὰ ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, τοῦτ' ἔστι, διὰ Χριστοῦ συναφθήσονται τὰ ἄγρια τοῖς ἡμέροις, τὰ κατ' οὐδένα τρόπον ἱερὰ τοῖς ἱεροῖς καὶ ἁγίοις. Ὅσον γὰρ ἦκεν εἰς τὸ πεπαιδεῦσθαι νόμῳ τὸν Ἰσραὴλ καὶ τοὺς τῆς ἐπιεικείας εἰδέναι τρόπους, ἥμερός τε καὶ πρᾶος ἦν, ὁμοῦ τε καὶ ἱερὸς, καὶ οἷον προβάτῳ καὶ αἰγὶ παραπλήσιος· ἱερὰ δὲ ἄμφω καὶ καθαρὰ τὰ ζῶα, καὶ πρός γε τούτῳ τὸ τιθασσὸν παρ' αὐτῆς λαχόντα τῆς φύσεως. Λύκος δὲ καὶ πάρδαλις, καὶ μέντοι καὶ λέων, ἄγριά τε φυσικῶς, ἀσύμβατά τε τοῖς ἄλλοις· ἀλλ' ἐν Χριστῷ καὶ τοῦτο κατώρθωται. Συνηνέχθησαν γὰρ ἀλλήλοις, Ἰουδαῖοί τε καὶ Ἕλληνες, κοινὴν ὥσπερ ποιούμενοι

A Ad ea quæ jam prius commemorata sunt, addere poteris et illud magnum et eximium signum, et mirificum Servatoris nostri adventus effectum : idque valde merito. Priusquam enim homo fieret similis nobis unigenitum Dei Verbum, priusquam se Abrahami semini insereret, et per omnia fratribus similis esset, quemadmodum scriptum est, universum genus in terra, humanum dico, in duas gentes divisum est, tum in Judæorum, tum eorum qui creaturam supra Creatorem coluerunt. Notus autem erat in Judæa Deus, copiosumque et ingens idolorum agmen ab aliis adorabatur, Deique majestati pro cujusque arbitratu honor tribuebatur. « Omnes enim declinarunt, simul inutiles facti sunt, nec erat, qui faceret bonitatem, non erat usque ad unum [87]. » Sed B Judæi legis pædagogia velut mansuefacti, et justitiæ moribus cicurati, vitam coluerunt hominibus dignam : illi vero alii, id est, qui inanimis simulacris servierunt, rectricem legem non habentes, mente sæva prædiți exstiterunt, et agrestes, et rapaces, avaritiæ addicti, impetuosi, et proni ad voluptates, easque turpissimas, et ad omnia fœdissima præcipites, quorum alius lupo assimilis erat, alius pardis vicinus et conformis, propterea quod mentem plurimis et variis perturbationibus, et affectibus notatam haberet : alius vero animo impotens et effrenis rapacitate facile persequens, in vita leonibus assimilis exstitit. Verum hi adeo efferatis et moribus et motibus innutriti, Christo eos ad mansuetissimam ac **199** sanC ctam vitam transformante, crudelitate sua relicta et rejecta, vitam hominibus convenientem, nimirum quæ cum mansuetudine conjuncta esset, excoluerunt. Crediderunt enim Christo dicenti : « Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris [88]. » Itaque una cum fide lucrifecerunt et veteris imanitatis abolitionem, et ut boni essent, et ut una cum sanctis versarentur. Nuncupati sunt enim concives sanctorum, et domestici Dei. Hoc nobis arbitror propheticum sermonem hisce verbis varie subnotare. Compascet enim, inquit, lupus cum agno, et pardus accubabit hædo, id est, contigua erunt et conjuncta per Christum sæva cum mansuetis, et quæ nullo modo sacra, cum saD cris et sanctis. Nam Israel quatenus lege institutus esset, et probitatem morum cognitam perspectamque haberet, placidus erat, et mitis simul et sanctus, et quasi ovi et capræ consimilis : ambo siquidem sacra sunt et munda animalia, et præterea ab ipsa natura ad mansuetudinem efficta. Lupus autem, pardus et leo, immania sunt naturaliter, nec inter se congregabilia : at in Christo hoc quoque perfectum est. Consociati sunt enim inter se mutuo Judæi et Græci, communem veluti capientes cibum, evangelicam et apostolicam scilicet prædicationem, et uni pastori omnium principi subditi qui pascere novit, sicut dicit propheta, in pascuis bonis, et in loco

[87] Psal. xiii, 3. [88] Matth. xi, 29.

Digitized by Google

præpingui. Sed vitulus, inquit, et taurus, et leo simul pascentur. Videtur autem vitulum appellare novitium et recentem credentium populum, in Christo scilicet puerascentem : taurum autem fortassis Israelem, velut veteranum. Cum enim tener sit vitulus, taurus prior est et maturior tempore. Vel per vitulum designat eum qui cognitione et virtute eminet. Quale est quod dicitur : Pusillos cum magnis, et seniores cum juvenibus benedicendos, juxta vocem psallentis. Novit vero et sapientissimus Joannes mentis et animi ætatem talem. Scribit igitur et patribus, et parvulis, et præterea **200** adolescentibus, comparans, arbitror, mensuram cujusque mentis, et notitiæ et divinæ cognitionis corporum ætatibus. Pascentur itaque, inquit, simul et uno in loco, vitulus, et taurus, et leo. Tum commode vitulo et tauro leonem adjungit, ut rursus ænigmatice et obscure subintelligas fide justificatos, et sceptro Christi omnium nostrum Servatoris subjectos, non ex solis esse mundis et sanctis, nempe ex placidis et mitibus, id est, ex lege mansuefactis, sed etiam ex agrestibus, videlicet ex gentibus, conglutinante et ad concordiam animorum componente eos nostrum omnium Servatore Christo, et bonum inde etiam in filios filiorum, id est, ex ipsis natos transmittente. Nam huc etiam propagatur a nobis pax Christi, et consensionis animorum, et fidei bonum. Istuc enim, puto, ostendit cum adjicit : Simul catuli eorum erunt, et leo, et bos simul vescentur paleis, inquit. Observa quod dicit non mite in alimentum feris usitatum, sed in mitis nutritionem ferum demigrare. Carnivora quippe plane sunt ursus et leo : bos autem et vitulus, et hædus non ita, sed herbas carpunt ejusmodi animantia. Atqui a consuetis ac solitis, inquit, silvestria recedent, et potius ad cibaria mansuetorum transibunt, et illa vescentur palea. Typus autem doctrinæ possit esse hæc pastio. Est igitur intelligendum, ante fidem in Christum gentes improbos habuisse præceptores, pecuinam illis tradentes doctrinam, et porro suadentes, corruptissima et perditissima consectari. At ubi ad agnitionem Dei, qui vere Deus est, vocati sunt, tum simul a pristino errore et doctrinis in quibus enutriti et educati sunt, desciverunt, floridum et deliciis affluentem pastum evangelicarum institutionum simul cum Israelitis sectantes. Cæterum, inquit, etiam puer parvulus ducet eos, id est, magistris subjicientur puerorum formatoribus non acerba mente vitiisque dedita præditis, sed potius simplicibus, et in malitia infantibus, animoque sapientibus, quales omnino sunt Christiani, divinum habentes thesaurum **201** in testaceis vasculis, et corde perversitate ac improbitate libero præditi, ac nuper natis puerulis nulla in re inferiores. Tales enim ipse Servator dignos esse ait regno cœlorum : « Sinite enim, inquit, pueros, et ne prohibete illos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum [89]. » Quod autem, licet innocentissimi

[89] Matth. XIX, 14.

A τροφὴν, τὸ εὐαγγελικόν τε καὶ ἀποστολικὸν δηλονότι κήρυγμα, καὶ ὑφ' ἑνὶ γεγονότες τῷ πάντων ἀρχιποιμένει, τῷ κατανέμειν εἰδότι, καθά φησιν ὁ προφήτης, ἐν νομῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν τόπῳ πίονι. Ἀλλὰ καὶ μοσχάριον, φησὶ, καὶ ταῦρος καὶ λέων ἅμα βοσκηθήσονται. Ἔοικε δὲ μοσχάριον ἀποκαλεῖν, τὸν ἀρτιφυᾶ καὶ νέον τῶν πιστευσάντων λαὸν, τοῦτ' ἔστι, τὸν ἐν Χριστῷ νηπιάζοντα· ταῦρον δὲ τάχα που τὸν Ἰσραὴλ ὡς πρεσβυγενῆ. Νεογνοῦ γὰρ μόσχου πρωτερεύει ταῦρος κατὰ τὸν χρόνον. Ἤγουν διὰ μόσχου καταδηλοῖ τὸν ὡς ἐν γνώσει τε καὶ κατὰ ἀρετὴν ὑπερκείμενον. Ὁποῖόν ἐστι τὸ εὐλογηθήσεσθαι λέγειν παρὰ Κυρίου τοὺς σμικροὺς μετὰ τῶν μεγάλων, καὶ πρεσβύτας μετὰ τῶν νεωτέρων, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν. Οἶδεν δὲ καὶ ὁ σοφώτατος Ἰωάννης νοῦ καὶ ψυχῆς ἡλικίαν τοιαύτην. Γράφει γοῦν καὶ πατράσι καὶ B παιδίοις, καὶ πρός γε τούτῳ καὶ νεανίσκοις, τὸ, οἶμαι, τῆς ἑκάστου διανοίας τὸ μέτρον, ἤτοι συνέσεως καὶ θεογνωσίας, ταῖς τῶν σωμάτων ἡλικίαις ἀφομοιῶν. Βοσκηθήσονται τοίνυν, φησὶν, ἅμα καὶ κατὰ ταὐτὸν, μοσχάριον καὶ ταῦρος, καὶ λέων. Ἀναπλέκει δὲ πάλιν χρησίμως μοσχαρίῳ τε καὶ ταύρῳ τὸν λέοντα, ἵνα πάλιν αἰνιγματωδῶς ἐννοῇς τοὺς ἐν πίστει δεδικαιωμένους, καὶ ὑπὸ σκῆπτρα γεγονότας τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ οὐκ ἐκ μόνων εἶναι καθαρῶν τε καὶ ἱερῶν, ἤγουν ἐξ ἡμέρων τε καὶ πράων, τοῦτ' ἔστι, τῶν διὰ τοῦ νόμου τετιθασσευμένων, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐκ τῶν ἀγρίων, δῆλον δὲ ὅτι τῶν ἐθνῶν, συνείροντος εἰς ὁμοψυχίαν αὐτοὺς τοῦ πάντων ἡμῶν C Σωτῆρος Χριστοῦ, παραπέμποντός τε τὸ ἐντεῦθεν ἀγαθὸν καὶ εἰς παίδων παῖδας, ἤτοι τοὺς ἐξ αὐτῶν. Ἐκτείνεται γὰρ εἰς δεῦρο καὶ παρ' ἡμῖν ἡ εἰρήνη Χριστοῦ, καὶ τὸ ἐκ τῆς ὁμοψυχίας τε ὁμοῦ καὶ ὁμοπιστίας ἀγαθόν. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, δηλοῖ προστιθεὶς, ὅτι ἅμα τὰ παιδία αὐτῶν ἔσονται, καὶ λέων καὶ βοῦς ἅμα φάγονται ἄχυρα, φησίν. Ἐπιτήρησον ὅτι οὐ τὸ ἥμερον εἰς τὴν τοῖς ἀγρίοις κατειθισμένην μεταφοίτησιν ἔφη τροφὴν, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ ἡμέρου τὸ ἄγριον· σαρκοβόρα μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ἄρκτος καὶ λέων, βοῦς δὲ καὶ μόσχος, ἤγουν ἔριφος οὐκέτι· ποηφαγῆ δὲ μᾶλλον τὰ τοιάδε τῶν ζώων. Ἀλλὰ τῶν ἐν ἔθει, φησὶν, τὸ ἄγριον ἀποστήσεται. Μεταχωρήσει δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὴν τῶν ἡμέρων τροφὴν, ἀχυροφαγήσει γὰρ καὶ αὐτά. Καὶ τύπος ἂν εἴη διδαγμάτων ἡ D τροφή. Ἔστι τοίνυν ἐννοεῖν, ὅτι πρὸ μὲν τῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν τὰ ἔθνη πονηροὺς μὲν ἐσχήκασι διδασκάλους, θηριοπρεπὲς αὐτοῖς παρατιθέντας τὸ μάθημα, καὶ τὰ φθορᾶς τε καὶ ἀπωλείας ἔργα τιμᾷν ἀναπείθοντας. Ἐπειδὴ δὲ κέκληνται πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ, ὁμοῦ τῇ ἀρχαίᾳ πλάνῃ καὶ τῶν συντρόφων αὐτοῖς ἀπηλλάττοντο μαθημάτων, τὴν εὐανθῆ τε καὶ εὐδιάθρυπτον τῶν εὐαγγελικῶν παιδευμάτων ὁμοῦ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τιμῶντες τροφήν. Ἀλλὰ καὶ παιδίον, φησὶ, μικρὸν ἄξει αὐτοὺς, τοῦτ' ἔστιν, ὑπὸ διδασκάλοις ἔσονται παιδαγωγοῖς οὐ πικρόν τε καὶ φιλοκάλουργον ἔχουσι νοῦν, ἁπλοῖς δὲ μᾶλλον καὶ νηπιάζουσι μὲν ἐν κακίᾳ, σοφοῖς δὲ τὰς φρένας. Τοιοῦτοι δὲ πάντες οἱ ἐν Χριστῷ τὸν θεῖον

Digitized by Google

ἔχοντες θησαυρὸν ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, καὶ δυστροπίας μὲν καὶ φαυλότητος ἐλευθέραν ἔχοντες τὴν καρδίαν, ἀρτιγενῶν τε παιδίων κατ' οὐδὲν ἀποδέοντες. Τοὺς γὰρ τοιούτους καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἀξίους εἶναί φησι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· « Ἀφίετε » γὰρ, φησὶ, « τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ ἔρχεσθαι πρὸς μέ· τῶν γὰρ τούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ πλείστην ἔχοιεν τὴν ἀκακίαν εἰς νοῦν, ἀχείρωτοί τε καὶ ἄληπτοι, καὶ ἁπάντων ἔσονται δεινάτων ἀμείνους, ὑπεμφαίνει λέγων· « Καὶ παιδίον νήπιον ἐπὶ τρώγλην ἀσπίδων, καὶ ἐπὶ κοίτην ἐγγόνων ἀσπίδων τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖ, καὶ οὐ μὴ κακοποιήσωσιν, οὐδ' οὐ μὴ δύνωνται ἀπολέσαι οὐδένα ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου. » Τρώγλας δὲ οἶμαι καὶ κοίτας ἀσπίδων, ἢ τὰ πονηρὰ τῶν δαιμονίων ὀνομάζει στίφη, ἤγουν τὰς τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν οἷον οἰκίας τε καὶ καταδύσεις· ἵνα μὴ λέγωμεν ἐκκλησίας· αἷς τὴν χεῖρα πλειστάκις ἐπιφέροντες οἱ ἐν Χριστῷ νηπιάζοντες περιγίνονται ῥᾳδίως, κατ' οὐδένα τρόπον ἀδικούμενοι· Χριστὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐπαμύνων αὐτοῖς, καὶ τῆς ἐκείνων σκαιότητος ἀφανίζων τὰ δήγματα, ἄπρακτόν τε τὸν ἰὸν ἀποφαίνων. Οὐ γὰρ μὴ δύνωνται, φησὶν, ἀπολέσαι τινὰ ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου. Ἅγιον δὲ ὄρος φησὶ τὴν Ἐκκλησίαν, διὰ τὸ ὑψοῦ τεθεῖσθαι τό γε ἦκον εἰς δόξαν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ δογμάτων τὸ ἐπηρμένον. Χθαμαλὸν γὰρ οὐδὲν ἐν ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἴσως τῇ κτίσει τῷ Κτίστῃ τὸ σέβας ἀνάπτειν ἠθίσμεθα παρὰ τὸν Κτίστην καὶ Ποιητήν· οὔτε μὴν τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν Θεὸν Λόγον τῆς αὐτῷ πρεπούσης καταβιβάζομεν δόξης, συναριθμοῦντες αὐτὸν τοῖς κτίσμασιν. Ἐμπεπλῆσθαί τέ φησι τὴν σύμπασαν τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, οὕτω τε εἶναι πλήρη τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡ πλατεῖά τε καὶ εὐρύχωρος θάλασσα μεστὴ τῶν ἰδίων ὑδάτων ἐστίν. Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ τοῦτο ἀληθές. Ποῦ γὰρ ὅλως ἢ παρὰ τίσιν οὐκ ὀνομάζεται Χριστός; ἢ ποῖον ἀνθρώπων γένος οὐχ ὑποπέπτωκεν; Κάμψει γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός.

A forent et simplicissima mente, inexpugnabiles, indeprehensibiles, omnibusque terroribus superiores futuri sunt, subindicat dicens : « Et puer parvulus in foramina aspidum, et in cubile fœtuum aspidum manum immittet, nec lædent, neque poterunt quemquam perdere in monte sancto meo. » Foramina autem et cubilia aspidum, credo, dicit malas dæmoniorum turmas, vel impiorum hæreticorum lustra ac latibula, ecclesias enim dicere non lubet, in quas sæpenumero manus immittentes, qui in Christo infantes sunt, facile superant nihil prorsus læsi. Christus siquidem eos vindicat, et sinistræ illorum perversitatis morsus reprimit, virusque inefficax efficit. Nec enim poterunt, inquit, perdere quemquam in monte sancto meo. Sanctum montem dicit B Ecclesiam, propterea quod in alto gloriæ fastigio collocata sit, et propter dogmatum in ea sublimitatem. Humile enim nihil est in nobis. Non etenim creaturæ supra Creatorem venerationem deferre solemus, nec omnium opificem Deum Verbum de gloria debita deturbamus, nec cum creaturis annumeramus. Repletam dein ait universam terram cognitione Domini, tanta religione erga eum plenam, quantis scilicet aquis spatiosum et laxum mare operitur. Quod verum esse a quovis perspici potest et intelligi. Ubi enim et apud quos Christus non nominatur? Et quod genus hominum illi non paret? Flectet etenim se illi omne genu, et omnis lingua illi confitebitur, quemadmodum scriptum est : Quia Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris [60].

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἐλπιοῦσιν, καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή.

C Vers. 10. *Et erit in die illa radix Jessæ, et qui consurgit, ut sit princeps gentium, in ipso gentes sperabunt, erit requies ejus honor.*

Ἀναλάμπει κατὰ βραχὺ τῶν ἀμυδρῶς εἰρημένων ἡ θεωρία, καὶ ἅπερ ἔφη δι' αἰνιγμάτων, ταῦτα τοῖς φιλακροάμοσιν εὖ μάλα διατρανοῖ. Τίνα γὰρ τρόπον βοσκηθήσεται μὲν ὁ λύκος μετὰ ἀρνὸς, συναναπαύσεται δὲ ἐρίφῳ πάρδαλις, καὶ μοσχάριον, καὶ βοῦς, καὶ λέων ἅμα φάγονται ἄχυρα, πότε δὲ ὅλως ἔσται ταυτὶ, καὶ τίνες οἱ ποτὲ μὲν ὠμοὶ καὶ ἀπηνεῖς, ἐσόμενοι δὲ μετὰ τοῦτο τιθασσοί τε καὶ πρᾶοι, ἔσονται δὲ ὅπως ἀναμὶξ τοῖς ἡμέροις τε καὶ ἱεροῖς ὑφ' ἑνὶ τῷ πάντων ἀρχιποιμένι νεμηθησόμενοι, καταλευκαίνει λέγων· Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί. Ἔσται δὲ τί καὶ ἐπὶ τίσιν; Ὥστε κατάρξαι, φησὶ, τῶν ἐθνῶν, γενέσθαι δὲ καὶ εἰς ἐλπίδα τοῖς οὐκ ἔχουσιν ἐλπίδα, αὐτοῖς δὲ δηλονότι τοῖς ἔθνεσιν, οἷς καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος ἐπιστέλλει λέγων· « Διὸ μνημονεύετε ὑμεῖς τὰ ἔθνη, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης ἐν σαρκὶ περιτομῆς χειροποιήτου, ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τοῦ

Elucet paulatim eorum quæ obscure dicta sunt intelligentia, et quæ per ænigmata dixit, hic attentis auditoribus optime explanat. Nam quomodo compascet lupus cum agno, **202** et pardus hædo accubabit, et vitulus, et bos, et leo simul vescentur paleis, quando vere hæc omnino fient, et quinam olim crudeles, deinceps evadent cicures et mites, et quo pacto placidis et sanctis permiscebuntur, sub uno summo omnium pastore pascentes, candide et aperte declarat, cum ait : Et erit radix Jessæ. At quid erit et in quibus? Ut princeps sit, D inquit, gentium, et ut spes sit spem non habentibus, ipsis videlicet gentibus, quibus sapientissimus Paulus scribit dicens : « Propter quod memores estote vos gentes, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne, manufacta : quod eratis in tempore illo sine Christo, alienati ab Israel, et hospites testamentorum, promissionis

[60] Philipp. II, 10, 11.

Digitized by Google

spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Jesu vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi [61]. » Verum etsi erant spei expertes, et Deum non habentes in mundo (procubuerunt enim operibus suarum manuum), tamen vocati sunt per fidem ad agnitionem Christi, et ei subjecti sunt, et Deum habuerunt naturalem et verum, et spei sanctorum erant consortes. Erit autem, inquit, requies ejus honor. Dupliciter intelliges quod dicitur. Si quis enim mallet requietem hic Christi mortem in carne significare, quam propter nos sustinuit volens, non tanquam mortem sustinens (vita enim erat natura), sed velut quiescere carnem faciens ad tempus : hoc illi aliud nihil erat quam honor. Glorificatus est enim omnium Salvator et Dominus noster Jesus Christus, cum necem pro mundo sublisset, et pro omnium vita voluntariam mortem esset perpessus. Affatus nimirum est Patrem cœlestem ad pretiosissimam crucem profecturus : « Pater, glorifica tuum Filium, ut et Filius tuus glorificet te [62] ; » et rursus : « Nunc glorificatus est Filius hominis, et Deus glorificatus est in eo [63]. » Quatenus enim ad crucifigentium dementiam et impios et crudeles conatus attinebat, labem illi et ignominiam aspersit passio; putabant enim forte invitum eum esse passum. At ubi revixit, spoliato inferno, et morte se superiorem hac re ostendens, honori ei et gloriæ hujus rei eventum fuisse comperiemus. Erit itaque, inquit, hoc modo requies ei, honor. Si vero quis **203** aliter his commentationibus adjicere velit, sic dictorum sensum accipiet : Non enim in solam spem erit gentibus Servator, sed manifestabitur etiam stato temporum curriculo, sive resurget, non ut imperet solum illis, sed etiam requietem quæ gloriæ ipsis et honori sit, donabit. Hospitium enim gratum illi est sanctorum mens, et commoratur cum dignis, et conquiescit cum animabus sacris ipsum colentium. Quod qui consecuti sunt, his honori est et gloriæ. Quid enim cum hac nobilitate et gloria conferendum est, Deum habere diversantem et in corde habitantem ? Erit itaque, modo velimus, etiam hac ratione in nobis requies ejus honor : « Si enim quis, inquit, audiet sermonem meum, diliget eum Pater meus, et ad eum veniemus, et in eo manebimus [64]. »

VERS. 11. *Et erit die illa, perget Dominus ostendere manum suam, ad æmulandum residuum populi, quod relictum fuerit ab Assyriis, et ab Ægypto, et Babylonia, et Æthiopia, et ab ortu solis, et ab Arabia.*

Diem itaque nominat propheta hic tempus quo Christi adventus fuit, et dispensatione cum carne

Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν, τῆς ἐπαγγελίας ἐλπίδα μὴ ἔχοντες καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. Νυνὶ δὲ οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγενήθητε ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. » Ἀλλ' εἰ καὶ ἦσαν ἐλπίδος δίχα, καὶ Θεὸν οὐκ ἔχοντα κατὰ τὸν κόσμον· προσκεκυνήκασι γὰρ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν· ἀλλ' οὖν κεκλημένα διὰ τῆς πίστεως εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὑπ' αὐτῷ τέθεινται, καὶ Θεὸν ἐσχήκασι τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς, καὶ τῆς τῶν ἁγίων ἐλπίδος γεγόνασι κοινωνοί. Ἔσται δὲ, φησὶν, ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. Διχῇ νοήσεις τὸ εἰρημένον. Εἰ μὲν γάρ τις ἕλοιτο τὴν ἀνάπαυσιν ἐν τούτοις ὑποδηλοῦν τὸν ἐν σαρκὶ θάνατον τοῦ Χριστοῦ, ὃν δι' ἡμᾶς ὑπέμεινεν ἑκὼν, οὐχ ὡς θάνατον ὑπομένων, ζωὴ γὰρ ἦν κατὰ φύσιν, ἀλλ' οἷον ἠρεμῆσαι βραχὺ τὴν σάρκα ποιῶν· τιμὴ τὸ χρῆμα, καὶ ἕτερον οὐδέν. Δεδόξασται γὰρ ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, τὴν ὑπέρ γε τοῦ κόσμου σφαγὴν ὑπομείνας, καὶ ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἐθελοντὴς ἀνατλὰς τὸν θάνατον. Καὶ γοῦν ἔφασκε πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα, μέλλων ἐπὶ τὸν τίμιον ἰέναι σταυρόν· « Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε. » Καὶ πάλιν· « Νῦν ἐδοξάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ. » Ὅσον μὲν γὰρ ἦκεν εἰς τὴν τῶν σταυρωσάντων ἀπόνοιαν, καὶ τὸ ἀνόσιόν τε καὶ ἀπαχθὲς ἐγχείρημα, μῶμος ἦν αὐτῷ καὶ ἀδοξία τὸ πάθος. Ὤοντο γὰρ ἴσως καὶ οὐχ ἑκόντα παθεῖν. Ἐπειδὴ δὲ ἀνεβίω σκυλεύσας τὸν ᾅδην, καὶ ὅτι θανάτου κρείττων ἐστὶν δι' αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀποφήνας, εἰς τιμὴν αὐτῷ καὶ δόξαν ἐκτελευτῶσαν εὑρήσομεν τὴν τοῦ πράγματος ἔκβασιν. Ἔσται τοίνυν, φησὶ, κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. Εἰ δὲ δή καὶ ἑτέρως τοῖς θεωρήμασι προσβαλεῖν βούλοιτό τις, ἐκδέξεται τοιῶσδε τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν· Οὐ γὰρ εἰς ἐλπίδα μόνην ἔσται τοῖς ἔθνεσιν ὁ Χριστὸς, ἀναδειχθήσεται δὲ κατὰ καιροὺς, ἤγουν ἀναστήσεται οὐ πρὸς τὸ κατάρξαι μόνον αὐτῶν, ἀλλὰ γὰρ εἰς τιμὴν καὶ δόξαν αὐτοῖς χαριεῖται τὴν ἐν αὐτοῖς ἀνάπαυσιν. Ἐνδιαίτημα μὲν γὰρ αὐτῷ φίλον τῶν ἁγίων ὁ νοῦς, ἐναυλίζεται δὲ τοῖς ἀξίοις, καὶ ἀναπαύεται ψυχαῖς ἱεραῖς τῶν σεβομένων αὐτὸν, καὶ τοῖς λαβοῦσι τὸ χρῆμα τιμή τέ ἐστι καὶ δόξα. Τί γὰρ ἂν γένοιτο ἰσοστατοῦν εἰς εὐκλείας λόγον τοῦ Θεὸν ἔχειν ἐνηυλισμένον καὶ ἐνοικοῦντα καρδίαις; Ἔσται τοίνυν καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ ἐν ἡμῖν ἀνάπαυσις αὐτοῦ τοῖς ἅπαξ ἐθέλουσι τιμή· « Ἐάν γάρ τι; ἀκούσῃ, » φησὶ, « τῶν λόγων μου, ἀγαπήσει αὐτὸν ὁ Πατήρ μου, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ ἐν αὐτῷ καταλύσομεν. »

Εἰς ἐλπίδα χρηστὴν ἀνακομίζει πεπονηκότας τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ ὑποσχέσεσιν ἀγαθαῖς ἀναῤῥώννυσιν εἰς εὐθυμίαν, κατηχθισμένους οὐ φορητῶς, ταῖς τῶν ἐλόντων πλεονεξίαις. Ὅτι γὰρ ἀνελεύσονται μὲν τῆς αἰχμαλωσίας, ἀποστήσονται δὲ τῆς ἀσυνήθους δουλείας τὸν ζυγὸν, πεπορθημένης τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἁπάσης δὲ τῆς Ἀσσυρίων χώρας, προηγόρευσε σαφῶς. Οὐ γὰρ ἀπόβλητος ἔσται, φησὶν, εἰσάπαν ὁ Ἰσραὴλ· οὐδὲ τῶν πλημμελημάτων ἀτελευτήτους ὑφέξει δίκας· ἐλεηθήσεται δὲ καὶ ἀναπνεύσει κατὰ καιροὺς ὁ ἐξειλεγμένος· καὶ ἐπεί τοι τέθειται πρωτότοκος ἐν τέκνοις, ἐπισκοπῆς τε καὶ εὐμενείας τῆς παρὰ Θεοῦ τεύξεται. Ὑπονοστήσειν δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν ἐνγεκοῦσαν, φησὶ, συναναβήσεσθαι δὲ καὶ τὸν γηώραν. Γηώραν δέ φησιν τὸν αὐθιγενῆ καὶ αὐτόχθονα, τοῦτ' ἔστι, Βαβυλώνιον· πλεῖστοι γὰρ ὅσοι τῶν Βαβυλωνίων εἵποντό τε τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, τοῦτο μὲν τὴν πρὸς αὐτοὺς συγγένειαν ἐσχηκότες, τοῦτο δὲ τῇ κατὰ νόμον λατρείᾳ προσνενευκότες. Ἐπειδὴ γὰρ μακροὺς διατετελέκασιν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ χρόνους, εἰκὸς δή που τῶν αὐθιγενῶν, οὐ μετρίαν αὐτοῖς προσνενεμῆσθαι πληθύν. Προστεθήσεται τοίνυν ὁ γηώρας, φησὶν, αὐτοῖς, τοῦτ' ἔστιν, ἕψεται καὶ ἀκολουθήσει καὶ ὁ αὐτόχθων αὐτοῖς. Λήψονται δὲ αὐτοὺς ἔθνη, καὶ εἰσάξουσιν εἰς τὸν τόπον αὐτῶν. Ὅτε γὰρ Κύρος ἀνῆκε τὸν Ἰσραὴλ, τοῖς τῶν χωρῶν ἄρχουσι παραπέμπειν ἐκέλευσεν ἁπλῆγά τε καὶ ἀνεπιβούλευτον. Πέπραχε δὲ τοῦτο καὶ ὁ μετ' αὐτὸν τὰ τῶν Ἀσσυρίων σκῆπτρα διαδεξάμενος· Ξέρξης οὗτος ἦν. Ἔξεστι δὲ τοῖς ἐθέλουσιν ἐξακριβοῦν τὰ τοιάδε περιτυχεῖν τοῖς Ἔσδρα βιβλίοις, καὶ ἁπλανεστάτην ἐφ' ἅπασι τοῖς εἰρημένοις τὴν γνῶσιν ἑλεῖν. Ἀνέβαινον γὰρ ἐκ τῆς Ἀσσυρίων εἰς τὴν Ἰουδαίαν, διέποντος μὲν τὴν βασιλείαν Ζοροβάβελ τοῦ Σαλαθιὴλ, ὃς ἦν ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ἡγουμένου δὲ τοῦ ἱεροῦ τάγματος Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου. Ἔθνη δὴ οὖν παραπέμψουσιν αὐτοὺς, φησὶ, καὶ εἰσάξουσιν εἰς τὴν γῆν αὐτῶν, καὶ τὸν ἄνωθεν αὐτοῖς ἐκνεμηθέντα καθέξουσι κλῆρον. Καὶ τὸ ἔτι παραδοξότερον, οἱ ποτε τῶν εἰδώλων θερα-

Ex sanguine Israelis ortos afflictos et laborantes in bonam spem rursus erigit, et bonis promissis ut bono sint animo confirmat, qui capientium tyrannide vexati erant intolerabiliter. Quod enim reversuri essent e captivitate, et novæ, et inauditæ servitutis jugum excussuri, vastata Babylone, omnique regione Assyriorum, luculenter prædixit : Non enim, inquit, in perpetuum rejicietur Israel, neque delictorum continuas pœnas dabit, sed misericordiam consequetur et respirabit aliquando qui electus est. Et quia positus est primogenitus in filiis, visitatione et misericordia divina non destituetur. Et redituros dicit eos in patriam, et una ascensurum advenam. Advenam autem vocat indigenam et vernaculum, id est, inquit, Babylonium. Quamplures enim Babylonii sequebantur Israelitas, partim cum ipsis cognatione conjuncti, partim legis studio et cultui addicti. Cum enim longo tempore in captivitate permansissent, verisimile est ex illa gente non mediocrem illis accessisse multitudinem. Adjungetur igitur, inquit, advena ipsis, id est, sequetur et comitabitur ipsius terræ alumnus et indigena. Accipient autem eos gentes, et introducent in locum suum. Quando enim Cyrus liberavit Israelem, regionum principibus mandavit ut eum securum ac salvum deducerent. Factitavit idem post illum is qui sceptra Assyriorum suscepit, Xerxes. Possunt autem qui exactius hæc pervestigare volunt, libros Esdræ legere, et omnium quæ commemoravi certissimam cognitionem excerpere. Ascenderunt enim ex Assyriorum terra in Judæam, regnante **228** Zorobabele filio Salathielis ex tribu Juda, præfecto vero sacri ordinis Jesu, filio Josedec, pontifice maximo. Gentes igitur, inquit, deducent eos, et introducent in terram ipsorum, et sortem ipsis superne distributam obtinebunt : et quod est adhuc ab opinione magis alienum, qui olim cultores idolorum erant, qui deos multos et innumerabiles nuncupabant, in terra Dei in servos et ancillas multiplicabuntur, eruntque captivi qui ceperunt

Digitized by Google

eos. Qui enim captivum abduxerunt Israelem, simul addueti cum eo, et adventantes, inquit, in Judæam, legis jugo cervicem supponent, et velut præclaram et salutarem captivitatem perpessi, Dominum et Deum inscribent et nuncupabunt eum, qui omnium est opifex. Vel enim iste quoque dicit, vel illud fortassis vult innuere, quod qui olim victoria potiti sunt, et Israelem Judæa abduxerunt, suoque subjecerunt jugo, dominationi subjicientur et captivabuntur: Cyro nimirum et Persis et Medis eos ad vastitatem rediguntibus. Die enim illa, hoc est, illo tempore recreaberis ex dolore et iracundia tua, id est, ex ira tibi impendente, nempe divina, effugiesque duram servitutem, et recreaberis ex doloribus. Sed agedum rursus, quamvis dicet crassam historiæ superficiem ad considerationem spiritualem transferentes, simile quiddam in Satana, et in his qui a Christo redempti sunt, factum contemplemur. Erant siquidem captivi idolorum servitio affixi, et ejus qui summam exercebat tyrannidem imperia venerantes; sed miserius est nos ut injuste violatos universitatis Opifex, misit nobis e cœlo redemptorem, proprium Filium in nomine Domini, id est, non ut e sanctis prophetis quempiam, sed in dominationis gloria, qui demolitus est idololatriam velut civitatem quampiam superbam et insolentem, quem suam conferentibus bellatoribus armatis suis, id est, sanctis apostolis, qui tota quodammodo regione diaboli excisa, secum in sanctam civitatem, Jerusalem intelligentiæ subjectam, Ecclesiam inquam, duxerunt eos qui decepti sunt, et jugo servitutis oppressi. Qui etiam in terra Dei multiplicati sunt, et in servos ac servas evaserunt. Et qui ante in ditione ac manu sua habebant captivos, id est, demoniorum cultores, et qui eorum ritus docebant, ac ad interitum irretiebant, hi captivi facti sunt, id est, victi sunt prædicatione 229 sanctorum apostolorum, et sub Christo egerunt: dominatui namque suo eos subdidit, fidem nimirum amplexatos. Conquieverunt enim a servitute, qua prius servierunt, antequam Domino ejusque militibus subderentur.

δηλονότι τὴν πίστιν. Ἀνεπαύσαντο γὰρ καὶ ἐκ τῆς κασι, πρὶν ὑπὸ Κυρίῳ γενέσθαι, καὶ τοῖς ὁπλομάχοις αὐτοῦ.

VERS. 4-7. *Et uteris hoc luctu in regem Babylonis, et dices illa die: Quomodo cessavit exactor, et cessavit sollicitator? Contrivit Deus jugum peccatorum, et jugum principum, percutiens gentem iracundia, plaga insanabili, verberans gentem plaga iræ, quæ non pepercit, requievit confidens.*

Tantam acerbitatem futuram ait bellicarum calamitatum Babyloniis ipsique Nabuchodonosoro, ut etiam hostes ad misericordiam commoveantur: et quos par erat non ferenda perpessos tantum non insultare jacenti, illi e converso etiam deinceps condoleant, et multitudine eorum quæ iis evenerunt, ad commiserationem descendant: vel etiam ut alia modo deplorent eos, qui occubuerunt, non

πευται, οἱ θεοὺς ἐπιγραφόμενοι πολλοὺς καὶ ἀναριθμήτους πληθυνθήσονται ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Θεοῦ, εἰς δούλους καὶ δούλας, ἔσονται δὲ καὶ αἰχμάλωτοι, οἱ αἰχμαλωτεύσαντες αὐτούς. Οἱ γὰρ αἰχμάλωτον λαβόντες τὸν Ἰσραὴλ, συναναχομισθέντες αὐτῷ, καὶ ἀφιγμένοι, φησὶν, εἰς τὴν Ἰουδαίαν, τοῖς τοῦ νόμου ζυγοῖς ὑποθήσουσι τὸν αὐχένα, καὶ οἷον καλὴν καὶ σωτήριον ὑπομείναντες τὴν αἰχμαλωσίαν, Κύριον καὶ Θεὸν ἐπιγράψονται τὸν τῶν ὅλων Δημιουργόν. Ἢ γὰρ τοῦτο, φησὶν, ἃ ἐκεῖνό που τάχα βούλεται δηλοῦν, ὅτι οἱ πάλαι κρατήσαντες καὶ ἀποκομίσαντες μὲν τὸν Ἰσραὴλ τῆς Ἰουδαίας, ὑποθέντες δὲ τοῖς ἰδίοις ζυγοῖς, κυριευθήσονται καὶ αἰχμαλωτευθήσονται, Κύρου, δηλονότι Περσῶν τε καὶ Μήδων αὐτοὺς ἐρηκότων. Ἐν γὰρ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τοῦτ' ἔστι, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἀνεθήσῃ μὲν ἐκ τῆς ὀδύνης καὶ τοῦ θυμοῦ σου· τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς ὀργῆς τῆς ἐπηρτημένης σοι, θείας δηλονότι· διαφεύξῃ γὰρ τὴν πικρὰν δουλείαν, καὶ ἀνεθήσῃ τῶν πόνων. Ἀλλὰ φέρε δὴ πάλιν, μεταπλάττοντες ὡς ἔνι τῆς ἱστορίας τὸ πάχος, εἰς θεωρίαν πνευματικὴν τοιοῦτόν τι γεγονὸς καταθρήσομεν. Ἦσαν μὲν γὰρ αἰχμάλωτοι ταῖς τῶν εἰδώλων λατρείαις προσκείμενοι, καὶ τὰ αὐτοῦ τοῦ πλεονεκτήσαντος σέβοντες κράτη. Ἀλλ' ἠλέησεν ὡς ἠδικημένους ὁ πάντων Δημιουργὸς, πέπομφεν ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ λυτρωτὴν τὸν ἴδιον Υἱὸν, ἐν ὀνόματι Κυρίου, τοῦτ' ἔστιν, οὐχ ὡς ἕνα τῶν ἁγίων προφητῶν, ἀλλ' ἐν κυριότητος δόξῃ· ὃς καὶ πεπάρθηκεν οἷά τινα πόλιν ἀλαζόνα καὶ ὑβριστρειαν, συνασπιζόντων αὐτῷ τῶν ὁπλομάχων αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστι, τῶν ἁγίων ἀποστόλων· οἳ πᾶσαν ὥσπερ τοῦ διαβόλου τὴν χώραν καταδηώσαντες συνανεκόμισαν ἑαυτοῖς, ὡς εἰς ἁγίαν πόλιν τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ, φημὶ δὴ τὴν Ἐκκλησίαν, τοὺς ἡπατημένους καὶ ζυγῷ δουλείας ἐνισχημένους, οἳ καὶ ἐπληθύνθησαν ἐν τῇ γῇ τοῦ Θεοῦ, γεγόνασί τε εἰς δούλους καὶ δούλας. Οἱ δὲ πρὶν ὑπὸ χεῖρα καὶ αἰχμαλώτους ἔχοντες, τοῦτ' ἔστιν οἱ τῶν δαιμονίων θεραπευταὶ, καὶ τὰ ἐκείνων διδάσκοντες ἔθη, καὶ σαγηνεύοντες εἰς ἀπώλειαν, αἰχμάλωτοι γεγόνασι, τοῦτ' ἔστι, νενίκηνται τοῖς κηρύγμασι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ὑπὸ Χριστῷ πεπράχασι· κατεκυρίευσε γὰρ αὐτῶν προσηκαμένων δουλείας τῆς σκληρᾶς, ἧς ἤδη φθάσαντες δεδουλεύκασι, πρὶν ὑπὸ Κυρίῳ γενέσθαι, καὶ τοῖς ὁπλομάχοις αὐτοῦ.

Καὶ λήψῃ τὸν θρῆνον τοῦτον ἐπὶ τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος, καὶ ἐρεῖς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Πῶς ἀνεπέπαυται ὁ ἀπαιτῶν, καὶ ἀνεπέπαυται ὁ ἐπισπουδαστής; Συνέτριψεν ὁ Θεὸς τὸν ζυγὸν τῶν ἁμαρτωλῶν, τὸν ζυγὸν τῶν ἀρχόντων· πατάξας ἔθνος θυμῷ, πληγῇ ἀνιάτῳ, παῶν ἔθνος πληγῇ θυμοῦ, καὶ οὐκ ἐφείσατο, ἀνεπαύσατο πεποιθώς.

Εἰς τοῦτο σκληρότητος τοῖς Βαβυλωνίοις διελάσαι φησὶ τὰς ἐκ τοῦ πολέμου συμφορὰς, καὶ αὐτῷ δὲ τῷ Ναβουχοδονόσορ, ὡς κατοικτείρεσθαι παρ' ἐχθρῶν, καὶ οὓς ἦν εἰκὸς οὐ φορητὰ πεπονθότας μονονουχὶ καὶ ἐπορχεῖσθαι κειμένῳ, τούτους ἐκ περιτροπῆς, καὶ ἐπαλγῆσαι λοιπὸν, καὶ τῷ πλήθει τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς εἰς οἶκτον ἐλθεῖν, ἤγουν καὶ ἑτέρως θρηνῆσαι πεσόντας, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως ἐποικτείροντας, ἐφ-

Digitized by Google

ηδομένους δὲ μᾶλλον, καὶ τοῖς παρ' ἐλπίδα κατειλημμένοις ἐπιτωθάζοντας. Ἐξυφαίνει δὲ καὶ τὸν θρῆνον αὐτοῖς ᾄσμά τε δίδωσιν ἐοικὸς τοῖς συμβεβηκόσιν. Ἐρεῖς γὰρ, φησὶ, Πῶς ἀναπέπαυται ὁ ἀπαιτῶν; Τὸ ἀναπέπαυται φησιν εὐφήμως, ἀντὶ τοῦ, διόλωλέ τε καὶ πέρας ἔχει. Ἀπαιτοῦντα δὲ καὶ ἐπισπουδαστὴν ὀνομάζει τὸν Βαβυλώνιον, ὃς ἐκ πολλῆς ἄγαν ὑπεροψίας, οὐχὶ τοῖς ὁμόροις ἐπετίθει μόνοις τῆς ἑαυτοῦ πλεονεξίας τὸν ζυγὸν, ἀλλὰ γὰρ ἐν ταῖς ἄγαν ἀπῳκισμέναις πόλεσί τε καὶ χώραις τοὺς φορολόγους ἐκπέμπων δασμοὺς ἀπῄτει καὶ τέλη. Θαυμάζουσι τοίνυν πῶς ὁ τοιόσδε πέπαυται, καὶ ἡ πάντα πλεονεκτοῦσα κατέληξε χείρ. Ὅτι δὲ οὐκ ἠγνοήκασι τοῦ πεσεῖν αὐτὸν τὰς αἰτίας καταδεικνύντες φασί· Συνέτριψεν ὁ Θεὸς τὸν ζυγὸν τῶν ἁμαρτωλῶν, τὸν ζυγὸν τῶν ἀρχόντων. Ἀκούεις ὅπως ἄρχοντας ὀνομάζει φρόνημα τὸ ἀγέρωχον περιτιθεὶς αὐτοῖς; Ἐπεπήδων γὰρ, ὡς ἔφην, ἅπασιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, τοῖς ἰδίοις αὐτοὺς ὑποφέροντές ζυγοῖς. Ἄρχειν δὲ ἦν ἐσθ' ὅτε ὁμοῦ καὶ σκοπὸς αὐτοῖς. Ἀλλ' ἐπάταξε, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸ ὑπέροφρυ γένος, ἤγουν ἔθνος πατάξας πληγῇ ἀνιάτῳ. Ὁ δὲ πεποιθὼς ἐφ' ἑαυτῷ μέγα καὶ πεφρονηκὼς, καὶ οὐχ ἑκὼν ἀνεπαύσατο, τοῦτ' ἔστιν, οἴχεται πρὸς πέρας τὸ αὐτῷ πρεπωδέστατον, πληγὴν ὑπομείνας ἀνίατον θυμοῦ, φειδοῦς ἁπάσης ἐξῃρημένης. Ἀλλὰ ταυτὶ δὴ φάναι πρέποι ἂν καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ οἷον ἐπαλαλάζειν τῷ Σατανᾷ, ἀπαιτοῦντι καὶ ἐπισπουδάζοντι, καὶ μάλα πικρῶς. Ἐγκειται γὰρ τῇ ἑκάστου διανοίᾳ, παρατρέπων αὐτὴν τῶν ἀρίστων καὶ ἀγαθῶν σπουδασμάτων τῶν ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ φημὶ, σὺν βίᾳ δὲ ὥσπερ ἀποφέρων ἐπὶ τὸ αὐτῷ δοκοῦν· καὶ οἷόν τις πικρὸς δασμολόγος τὸ εἰς ἁμαρτίαν ἐπιμελὲς παρ' ἑκάστου ζητῶν. Ἀλλὰ συνέτριψεν ὁ Σώτηρ τὸν ζυγὸν τῶν ἁμαρτωλῶν, ἀποβαλὼν μὲν ἐκεῖνον, ὑπενεγκὼν δὲ μᾶλλον ἡμᾶς τοῖς ἑαυτοῦ ζυγοῖς, καὶ πατάξας ἔθνος πληγῇ ἀνιάτῳ. Ἔθνος δὲ ποῖον, ἢ πάντως που τὸ τῶν δαιμονίων, οἷς καὶ ἐπέταττεν εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν; καὶ μὴν καὶ αἰκίας τὰς παγχαλέπους ἐπῆγεν· καὶ γοῦν ἀνακεκράγασι λέγοντες· « Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ, Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; Ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ ἀπολέσαι ἡμᾶς. »

solum commiserando, sed lætando potius, et hominibus præter spem captis insultando. Perdixit autem lamentationem suam, ac carmen etiam dat eventui conveniens. Dices enim, inquit : Quomodo cessavit exactor? Cessare, molliore nomine dicit, pro perire, et finem habere. Exactorem vero et instigatorem nominat Babylonium, qui propter immensam superbiam, non finitimis modo tyrannidis suæ jugum imposuit; sed in remotissimis civitatibus ac regionibus tributorum exactoribus emissis vectigalia exigebat ac tributa. Mirantur igitur qui fit ut talis cessaverit, et ea manus, quæ omnia rapiebat, destiterit. Quod autem non ignoraverint occasus illius causas, ostendunt et inquiunt : Contrivit Deus jugum peccatorum, jugum principum. Audis quo pacto principes nominat, mentem illis superbam attribuens? Insultabant enim, ut dixi, omnibus, quodammodo per omnem terram, suo eos jugo submittentes. Imperare autem et solebant illi et volebant. Sed percussit Deus, inquit, superciliosum genus, sive gentem percutiens plaga insanabili. Ille vero confidens sibi ipsi, et elato animo nolens cessavit, id est, finem habuit 230 se dignissimum, plagam subiens insanabilis iræ, omni sublata misericordia. Sed hæc nos ipsos dicere convenit, et velut acclamare Satanæ exigenti et urgenti, idque acriter. Oppugnat enim cujusque mentem, eam ab optimis et honestis studiis, pietatis, inquam, et justitiæ avertens, et vi quocunque lubet velut auferens : et ceu rigidus quispiam exactor peccati assiduitatem et diligentiam requirens a singulis. Sed contrivit Deus jugum peccatorum, illud abjiciens, nosque magis suo ipsius jugo supponens, et verberans gentem plaga insanabili. Quæ est autem, vel ubi prorsus est hæc gens dæmoniorum, quæ in abyssum ire jussit et pœnas illas quidem graves inflixit? Clamabant siquidem, ac dicebant : « Ah! quid nobis et tibi, Jesu Nazarene? venisti huc ante tempus perdere nos [96]. »

Πᾶσα ἡ γῆ βοᾷ μετ' εὐφροσύνης, καὶ τὰ ξύλα τοῦ Λιβάνου ηὐφράνθησαν ἐπὶ σοὶ, καὶ ἡ κέδρος τοῦ Λιβάνου ἀφ' οὗ σὺ κεκοίμησαι, οὐκ ἀνέβη ὁ κόπτων ἡμᾶς.

Vers. 8. *Omnis terra clamat cum lætitia, et ligna Libani lætata sunt super te : et cedrus Libani, ex quo tu dormivisti, non ascendit qui succidat nos.*

Μέρος τοῦ θρήνου καὶ τοῦτο· καὶ ὅσον μὲν ἦκεν εἰς γε τὸν τῆς ἱστορίας λόγον, εὐφροσύνη γέγονεν ἐν πάσῃ τῇ γῇ, τῆς Ἀσσυρίων πεπορθημένης, καὶ καταλήξαντος τοῦ ἐπισπουδαστοῦ, καὶ παρὰ πάντων αἰτοῦντος τὸ ὑποτάττεσθαι δεῖν αὐτῷ, οὓς καὶ ξύλα τοῦ Λιβάνου ὁ προφητικὸς ὀνομάζει λόγος· τοὺς ἐν ἀρχαῖς που πάντως, καὶ ἐν δυνάμεσι τῶν ἐθνῶν κέδροις παρεικάζων. Πλὴν οἷά τις δρυοτόμος ὁ Ναβουχοδονόσορ κατασείων αὐτοὺς τοῖς ἰδίοις ὑπετίθει ζυγοῖς. Αἱ κέδροι τοίνυν, φησὶν, ἐπὶ σοὶ χαίρουσαι φασὶν· Ἀφ' οὗ σὺ κεκοίμησαι, οὐκ ἀνέβη ὁ κόπτων ἡμᾶς. Εἰ δὲ δὴ βούλοιτό τις τὸν τοιόνδε λόγον ἐφαρμόσαι μόνοις τοῖς

Et hæc est pars quædam lamentationis, et quantum quidem attinet ad historiam, lætitia fuit per totam terram, Assyriorum regione devastata, et cadente exactore, et eo qui ab omnibus subjectionem exegit : quos et ligna Libani prophetica nominat oratio, in principatu nimirum et potestate positos apud gentes cedris comparans; verum tanquam frondator quispiam Nabuchodonosorus quatiens eos suo jugo submisit. Cedri igitur, inquit, gaudentes propter te, aiunt : Ex quo tu dormivisti, non ascendit qui succidat nos. Si quis autem hanc orationem velit solis Israelitis adaptare, hunc ad

[96] Marc. I, 24.

modum intelliget. Libanus mons ingens est in terra Phœnicum, cedris et thuribus quasi comatus et decoratus, et densus ac spissus arboribus. Sæpe itaque illum Scriptura divinitus inspirata terræ Judæorum comparat, propterea quod complures essent in ea et potentia et gloria clarissimi, essentque etiam alii sacerdotii insignibus alte subvecti, et velut odore fragrantissimi. Et sane Zacharias propheta cum Libano confert Judæam : qui in ea erant, cedris et quercubus et pinubus : igni autem cunctivoro Romanum exercitum, qui post Christi crucem **231** totam eorum regionem incendit; sicque ait : « Aperi, Libane, portas tuas, et exedat ignis cedros tuas : ploret pinus, quia cecidit cedrus, plorate, quercus Basan, quia evulsus est saltus consitus[96]. » Sit igitur Judæorum hæc oratio, velut a lignis Libani sumpta, quæ gaudent et dicunt Babylonio ipsiusque servis : Ex quo tu dormivisti, non ascendit qui succidat nos. Elegantissime vero in hac sermonis translatione immoratus est. Nam quia velut a lignis Libani facta est vox, ideo inquiunt : Non ascendit qui succidat nos. Nam post reditum Israelitarum ex Babylone, nequaquam contra illos bellum ex terra Assyriorum excitatum est. Dicemus et nos merito Satanæ, qui olim ab illo eversi, stabilem deinceps mentem in Christo habemus, animumque in pietate firmum et radices agentem, et pectus florentissimum : Ex quo tu obdormivisti, non ascendit qui nos succidat.

Ἐξ Ἰσραὴλ, περινοήσει τοιῶσδε. Λίβανος ὄρος ἐστὶ παμμεγεθὲς κατὰ τὴν Φοινίκων γῆν, κέδροις τε καὶ λιβάνοις κατάκομον, δασύ τε καὶ εὔδενδρον· παρεικάζει τοίνυν αὐτὸ πλειστάκις ἡ θεόπνευστος Γραφὴ τῇ τῶν Ἰουδαίων χώρᾳ, διάτοι τὸ πλείστους ἐν αὐτῇ διαπρεπεστάτους εἶναι κατά τε δυναστείαν καὶ δόξαν, εἶναί γε μὴν καὶ ἑτέρους τοῖς τῆς ἱεροσύνης αὐχήμασιν ὑψοῦ τε ἠρμένους καὶ οἷον εὐοσμοτάτους. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ζαχαρίας, Λιβάνῳ μὲν παρεικάζων τὴν Ἰουδαίαν· κέδροις τε δρυσί τε καὶ πίτυσι τοὺς ἐν αὐτῇ. Πυρὶ δὲ παμφάγῳ τὴν Ῥωμαίων στρατείαν, τὴν μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν ὅλην αὐτῶν κατεμπρήσασαν τὴν χώραν. Οὕτω φησί· « Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου. Καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. Ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος. Ὀλολύξατε, δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος. » Ἔστω τοιγαροῦν Ἰουδαίων ὁ λόγος ὡς ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου εὐφραινομένων τε καὶ λεγόντων τῷ Βαβυλωνίῳ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτόν· Ἀφ' οὗ σὺ κεκοίμησαι, οὐκ ἀνέβη ὁ κόπτων ἡμᾶς. Ἀστειότατα δὲ σφόδρα μεμένηκε τῇ τοῦ λόγου τροπῇ. Ἐπειδὴ γὰρ ὡς ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου γέγονεν ἡ φωνή, ταύτητοί φασι τὰ, Οὐκ ἀνέβη ὁ κόπτων ἡμᾶς. Μετὰ γάρ τοι τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, οὐκέτι πρὸς αὐτοὺς ὁ ἐκ τῆς Ἀσσυρίων κεκίνηται πόλεμος. Ἐροῦμεν δὲ καὶ ἡμεῖς εἰκότως τῷ Σατανᾷ, οἱ πάλαι μὲν παρ' ἐκείνου πεπορθημένοι, ἑδραῖον δὲ λοιπὸν ἐσχηκότες ἐν Χριστῷ τὸ φρόνημα, καὶ νοῦν εἰς εὐσέβειαν ἀσφαλῆ, καὶ ἐρριζωμένον, καὶ καρδίαν εὐθαλεστάτην· Ἀφ' οὗ σὺ κεκοίμησαι, οὐκ ἀνέβη ὁ κόπτων ἡμᾶς.

VERS. 9-11. *Infernus subtus exacerbatus est tibi occurrens; excitati sunt simul tibi omnes gigantes qui dominabantur terræ, qui excitabant de thronis suis omnes reges gentium. Omnes respondebunt, tibique dicent : Et tu captus es quemadmodum et nos. Inter nos autem reputatus es. Descendit ad inferos gloria tua, multa lætitia tua. Tibi substernent putredinem, et hospitium tuum vermis.*

Ὁ ᾅδης κάτωθεν ἐπικράνθη συναντήσας σοι· συνηγέρθησάν σοι πάντες οἱ γίγαντες οἱ ἄρξαντες τῆς γῆς, οἱ ἐγείραντες ἐκ τῶν θρόνων αὐτῶν πάντας βασιλεῖς ἐθνῶν. Πάντες ἀποκριθήσονται, καὶ ἐροῦσί σοι· Καὶ σὺ ἐάλως ὥσπερ καὶ ἡμεῖς· ἐν ἡμῖν δὲ κατελογίσθης· κατέβη εἰς ᾅδου ἡ δόξα σου, ἡ πολλὴ εὐφροσύνη σου· ὑποκάτω σου στρώσουσι σῆψιν, καὶ τὸ κατακάλυμμά σου σκώληξ.

In more est Scripturæ divino afflatu præditæ, personas fingere aliquando, et veluti ipsis rebus voces accommodare : quale illud est : « Erubesce, Sidon, dixit mare; et fortitudo maris ait : Non parturivi, neque peperi, neque enutrivi adolescentulos, neque exexi virgines[97]. » Applicat vero hunc sermonem in hoc Tyriorum civitati, quæ olim a Babyloniis excisa est; dicimusque hanc orationem naturæ rerum quadrare. Sic et Michæas propheta induxit Jerusalem, Babylonem alloquentem : « Ne insultes mihi, inimica mea, quod ceciderim, et resurgam. Propterea si sedero in tenebris, Dominus illucescet mihi; iram Domini sustinebo, quia peccavi illi, donec justam pronuntiet ipse causam meam; et faciet judicium meum, et educet me in lucem. Videbo justitiam ejus, et videbit inimica mea, et vestietur ignominia, quæ dicit **232** mihi : Ubi Dominus Deus tuus?

Ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ προσωποποιεῖν ἔσθ' ὅτε, καὶ οἷον αὐτοῖς τοῖς πράγμασιν ἐφαρμόζειν φωνάς, ὁποῖόν ἐστι τὸ, « Αἰσχύνθητι Σιδών, εἶπεν ἡ θάλασσα· ἡ δὲ ἰσχὺς τῆς θαλάσσης εἶπεν· Οὐκ ὠδινον, οὐδὲ ἔτεκον, οὐδὲ ἔθρεψα νεανίσκους, οὐδὲ ὕψωσα παρθένους. » Περιτίθησι μὲν γὰρ τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον τῇ Τυρίων πόλει πεπορθημένῃ κατὰ καιροὺς παρὰ τῶν Βαβυλωνίων· φαμὲν δὲ πρέπειν τῇ τῶν πραγμάτων φύσει τὸν λόγον. Οὕτω καὶ ὁ προφήτης Μιχαίας εἰσηκόμικέ που τὴν Ἱερουσαλὴμ πρὸς τὴν Βαβυλῶνα λέγουσαν· « Μὴ ἐπίχαιρέ μοι, ἐχθρά μου, ὅτι πέπτωκα καὶ ἀναστήσομαι. Διότι ἐὰν καθίσω ἐν τῷ σκότει, ὁ Κύριος φωτιεῖ μοι· ὀργὴν Κυρίου ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ, ἕως τοῦ δικαιῶσαι αὐτὸν τὴν δίκην μου· καὶ ποιήσει τὸ κρίμα μου, καὶ ἐξάξει με εἰς τὸ φῶς. Ὄψομαι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ὄψεται ἡ ἐχθρά μου, καὶ περιβαλεῖται αἰσχύνη ἡ λέγουσα

[96] Zach. xi, 1, 2. [97] Isa. xxiii, 4.

Digitized by Google

πρὸς μέ· Ποῦ Κύριος ὁ Θεός σου; Οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπάψονται αὐτήν· νῦν ἔσται εἰς καταπάτημα ὡς πηλὸς ἐν ταῖς ὁδοῖς ἡμέρας ἀλοιφῆς πλίνθου· ἐξάλειψίς σου ἡ ἡμέρα ἐκείνη. » Καθ' ἣν δηλονότι ὁ Κύρος τε καὶ Μῆδοι Πέρσαις ἀναμὶξ ἠρήκασι τὴν Βαβυλωνίων. Προσωποποιεῖ τοιγαροῦν καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον ὁ μακάριος προφήτης· παρωξύνθαι τέ φησιν, ἤγουν πεπικράνθαι τὸν ᾅδην καταβαίνοντι συναντήσαντα. Καί μοι τοῦ λόγου περιάθρει τὴν οἰκονομίαν. Καταδείκνυσι γὰρ διὰ τούτου μιαιφόνον ὄντα καὶ αἱμάτων πλήρη, ὥστε καὶ ἔργον τῆς ἐνούσης ὠμότητος αὐτῷ πάντα σχεδὸν γενέσθαι τὸν ᾅδην, ἤτοι τοὺς ὄντας ἐν ᾅδου. Οὐ γὰρ διαλέλοιπεν ὁ ἀλαζὼν ἔθνη τε καὶ βασιλεῖς ἄρδην ἀποκείρων, καὶ ψυχῶν ἀθλίων τὸν ᾅδην ἀναπιμπλάς. Πάντες οὖν οἱ γίγαντες, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν, οἱ κατ' ἰσχὺν ἐπίσημοι γεγονότες, καὶ πολλῶν ἄρξαντες ἐθνῶν, ἀνῃρημένοι δὲ διὰ σοῦ, ἀποκριθήσονται, καὶ ἐροῦσι. Καὶ σὺ ἐάλως ὥσπερ καὶ ἡμεῖς. Ἤσθα μὲν γὰρ ἄνθρωπος, φασιν, ἀλλ' οὐκ ἠξίους τοῦτο εἰδέναι καὶ φρονεῖν· ἀλλ' οὐδ' ἂν ᾠήθης, ὅτι καὶ κρείσσων ἔσται τις τῆς σῆς ὀφρύος, καὶ τῆς δυσαντήτου χειρὸς, εἰσὶ δὲ ὅτι καὶ θανάτου κρείττων, οὐκ ἔξω που τάχα τέθεικας τῆς ἐλπίδος, μόλις δὲ καὶ οὐχ ἑκόντα σε μάχαιρα πέπεικε Μηδικὴ διὰ πείρας αὐτῆς ἐκμαθεῖν, ὅτι καθ' ἡμᾶς ἦσθα καὶ αὐτός. Καὶ γοῦν ἐάλως, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς. Κατέβη δὲ εἰς ᾅδου ἡ δόξα σου, ἀντὶ τοῦ, ἐσβέσθη θανάτῳ· καὶ τὸ ἀμειδὲς τῆς φθορᾶς ἐπενήνεκται κράτος. Τὴν σὴν εὐφροσύνην δψεται καὶ μόλις τεθεικὸς ἐκ μέσου. Στρωθήσεται δὲ σῆψις μὲν ὑποκάτω σου, γενήσεται δέ σοι καὶ ἄμφιον ὡς σκώληξ. Καὶ κοινὸν μὲν τοῦτο. Πεπονθόσι γὰρ ἅπαξ τοῖς ἀνθρωπίνοις σώμασι τὸ ἀποθανεῖν, συμβήσεται πάντως σῆψις καὶ σκώληξ. Πλὴν ἐπ' ἐκείνου λέγεται καλῶς, ὡς ἐν τάξει πικρῶν ὀνειδισμῶν. Οἱ γὰρ εἰς λήθην πεσόντες τῆς ἑαυτῶν ἀσθενείας, καὶ ἐκ πολλῆς ἄγαν ὑπεροψίας, οὐδὲ ὅτι πείσονται τὰ ἀνθρώπινα προσδοκήσαντες, κατονειδίζοιντο ἂν εἰκότως· ὡς ἔν γε τῷ παθεῖν αὐτὰ μαθόντες μόλις, ἃ χρῆν εἰδότας ἐλέσθαι φρονεῖν μετριώτερα. Ὁ τοίνυν, φησὶν, ἐξιτήλοις καὶ βασιλικαῖς ἐνσπαταλήσας τρυφαῖς, ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις κείσεται περιστολῆς δίχα, καὶ ἠξιωμένος οὐδενὸς τῶν τοῖς τεθνεῶσι νενομισμένων.

Πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ Ἑωσφόρος ὁ πρωῒ ἀνατέλλων; συνετρίβη εἰς τὴν γῆν ὁ ἀποστέλλων πρὸς πάντα τὰ ἔθνη;

Ἀστὴρ τῶν ὅτι μάλιστα περιφανεστάτων ὁ Ἑωσφόρος ἐστίν· ἀνίσχει δὲ βραχὺ πρὸ αὐγῆς, καὶ οἱονεί τις προάγγελος τῆς ἡλίου μαρμαρυγῆς. Ὅτι δὲ πλουσίῳ φωτὶ καταλάμπεται, διαδείξειεν ἂν αὐτὸ τοῦτο τὸ βραχὺ φαίνεσθαι πρὸ αὐγῆς. Ἕως μὲν γὰρ ἔτι τὸ αἰθέριον καταμελαίνεται σῶμα, μονονουχὶ φριγώσης νυκτὸς, καὶ ἐν ἀκμαῖς ὄντος τοῦ σκότους, ἐκφανεστέραν ἔχουσι τὴν ἔκλαμψιν οἱ κατ' οὐρανὸν ὄντες ἀστέρες· ἡμέρας δὲ οὔσης ἐγγὺς, καὶ οἷον ἐν πρώταις ἐσχατιαῖς τοῦ ἡλιακοῦ γεγονότος κύκλου, συστέλλεταί πως τὸ ἑκάστου φῶς παραχωροῦν τῷ προϊόντι, καὶ ἡττώμενον τῷ μείζονι σέλᾳ. Ἀμφιλαφὲς δὲ οὕτως

A Oculi mei videbunt ipsam, nunc erit conculcationi, ut lutum in viis, diebus lituræ lateris delebit te dies ille [88]. » Quo scilicet Cyrus et Medi cum Persis conjunctim terram Babyloniorum sustulerunt. Itaque nihilominus et hic per prosopopœiam beatus propheta exacerbari dicit et exasperari inferos, accursantes regi Babyloniorum descendenti. Et mihi intuere orationis œconomiam ac dispositionem. Ostendit enim homicidam eum esse et sanguinis plenum, ut totus fere infernus, nimirum hi qui apud inferos sunt, opus et materia fuerint ejus, quæ in ipso erat, crudelitatis. Non enim destitit superbus et gentes et reges stirpitus evellere, et miseris animabus inferos replere. Omnes igitur gigantes, inquit, id est, viribus insignes, et multis imperitantes gentibus, et B per te sublati respondebunt, et dicent, Et tu captus es, quemadmodum et nos. Eras enim, inquiunt, homo, sed non dignatus es hoc nosse neque sentire : sed nec existimasti quemquam fore qui supercilium tuum, et manum immanem ac horrendam posset superare, imo forte te mortem posse vincere non desperabas; vix autem etiam nolenti gladius Medicus persuasit, ut hoc experimento disceres, te nostræ quoque conditionis ac sortis fuisse. Et tu captus es sicut et nos : descenditque ad inferos gloria tua, pro, exstincta est morte; et triste mortalitatis imperium invectum est, tuamque lætitiam quam sustulit, vix aspiciet. Substernetur etiam tibi putredo, fletque tibi vermis pro indumento. Atque hoc quidem C est commune : nam cum semel passa sunt mortem humana corpora, semper et putrefactio et vermis accident. Sed de illo pulchre dicitur acerbæ contumeliæ loco : qui enim in oblivionem venerunt suæ ipsorum infirmitatis, et propter insignem quamdam insolentiam, se nihil passuros humanitus exspectant, merito probris exagitantur et dicteriis, ut ista patiendo ægre licet discant quemadmodum oporteat sentire de se modestius. Qui igitur, inquit, mollibus ac regalibus diffluxit et luxuriavit deliciis, is simul cum aliis jacebit sine amictu, nec his quæ sunt decreta et sancita mortuis dignus habebitur.

VERS. 12. *Quomodo cecidit de cœlo Lucifer qui mane oriebatur? attritus est in terram qui mittebat* D *ad omnes gentes?*

233 Stella lucidissima est Lucifer, et ante splendorem auroræ paululum oritur, et coruscationis veluti solis quidam est prænuntius. Quod autem abundanti, et quasi divite luce effulgescat, illud indicio esse poterit, quod paulo ante diluculum eluceat. Quandiu enim ætherium corpus atrum est nocte quasi condensata, et invalescentibus tenebris, lucidiorem habent claritatem cœlestes stellæ : cum autem adventat dies, et veluti solis extremo circulo imminet, contrahitur quodammodo earum omnium lux, cedens præstantiori, et a majori lumine superata. At Luciferi lumen adeo copiosum est, ut dilu

[88] Mich. VII, 8-11.

Digitized by Google

culo appareat, et emicationem emittat radiis solaribus proximam. Componit itaque cum Lucifero Babylonium, eo quod antecellat cæteris, et nemo ei similis imperiis et regnis conspiciatur, itaque conspicuus et illustris sit, ut quasi inter astra reliqua Lucifer habeatur. Cæterum quacunque, inquit, gloria circumdatus, et in sublime elevatus, et invicta nobilitate resplendens, quomodo decidit velut ex cœlo? attritusque est ad terram qui mittebat ad cunctas gentes? Illud autem, mittit, pro jubet, dicit, vel etiam alio modo. Placuit enim fere semper Babyloniorum tyrannis genus humanum omne in suam manum ac potestatem redigere, et ad jugum servitutis trahere. Miserunt ergo ad omnes, glebam petentes terræ, et aquam in vas : veluti ex parte quærentes totum, terram, inquam, et mare, quasi domini essent rerum omnium.

A ἐστὶ τὸ φῶς τοῦ Ἑωσφόρου, ὡς καὶ ἐν αὐγῇ φαίνεσθαι, καὶ ταῖς ἡλίου βολαῖς γείτονά πως ποιεῖσθαι τὴν ἀνάδειξιν. Παρεικάζει τοίνυν Ἑωσφόρῳ τὸν Βαβυλώνιον, διάτοι τὸ προῦχειν τῶν ἄλλων. καὶ μηδένα κατ' αὐτὸν ὁρᾶσθαι τῶν ἐν ἀρχαῖς τε καὶ βασιλείαις· εἶναι δὲ οὕτω περιφανῆ καὶ περίοπτον, ὡς ἂν νοοῖτο καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄστροις ὁ Ἑωσφόρος. Ἀλλ' ὁ τοιαύτῃ δόξῃ περιχεόμενος, φησὶν, ὑψοῦ τε ἠρμένος, καὶ ἀνικήτοις εὐκλείαις λελαμπρυσμένος, πῶς ἐξέπεσεν ὡς ἐξ οὐρανοῦ; συντρίβη δὲ καὶ εἰς τὴν γῆν ὡς ἀποστέλλων πρὸς πάντα τὰ ἔθνη; Τὸ δὲ ἀποστέλλων, ἀντὶ τοῦ κελεύων, φησὶν, ἢ καθ' ἕτερον τρόπον. Ἐδόκει γάρ πως ἀεὶ τοῖς Βαβυλωνίων τυράννοις ἅπαν ἀνθρώπων ἔθνος ὑπὸ χεῖρα ποιεῖσθαι τὴν ἑαυτῶν, χώρας τε ἁπάσας ὑπὸ ζυγὰ δουλείας ἐλθεῖν.

B Ἀποστέλλων γοῦν πρὸς πάντα τὰ ἔθνη, βῶλον αἰτοῦντες γῆς, καὶ ὕδωρ εἰς ἄγγος, οἷον ἐκ μέρους ζητοῦντες τὸ πᾶν, γῆν τέ φημι καὶ θάλασσαν, ὡς τῶν ὅλων ὄντες δεσπόται.

Vers. 13-17. *Tu autem dixeras in animo tuo : In cœlum ascendam, supra astra cœli ponam solium meum, sedebo in monte celso, super montes celsos qui ad Aquilonem, ascendam supra nubes, ero similis Altissimo. Nunc autem ad inferos descendes et ad fundamenta terræ. Qui videbunt te, admirabuntur te, et dicent : Iste homo, qui irritabat terram universam, qui concutiebat reges, qui ponebat orbem totum in solitudinem, et urbes evertit, et qui in obductione eram, non solvit.*

Σὺ δὲ εἶπας ἐν τῇ διανοίᾳ σου· Εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβήσομαι, ἐπάνω τῶν ἄστρων τοῦ οὐρανοῦ θήσω τὸν θρόνον μου, καθιῶ ἐν ὄρει ὑψηλῷ, ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ πρὸς βορρᾶν τὰ ὑψηλὰ, ἀναβήσομαι ἐπάνω τῶν νεφελῶν, ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ. Νῦν εἰς ᾅδου καταβήσῃ, καὶ εἰς τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Οἱ ἰδόντες σε θαυμάσουσιν ἐπὶ σοὶ, καὶ ἐροῦσιν· Οὗτος ὁ ἄνθρωπος ὁ παροξύνων πᾶσαν τὴν γῆν, ὁ σείων βασιλεῖς, ὁ θεὶς τὴν οἰκουμένην ὅλην ἔρημον, καὶ τὰς πόλεις καθελὼν. Τοὺς

C *ἐν ἐπαγωγῇ οὐκ ἔλυσε.*

Inopinatis calamitatibus ipsum involutum esse ait, et in malis præter spem et 234 opinionem versatum, vix tandem ex rebus ipsis didicisse se hominem esse, et hominibus ante se mortuis similem. Quantum enim spectat ad verba superbiæ, et ad animum Dei odio flagrantem, atque adeo summæ insolentiæ ac fastus plenissimum, Paululum te, inquit, a divinæ præstantiæ celsitudine abesse putabas, cœlumque forte ipsum tibi fore pervium exspectabas, tuumque solium cum supremo throno certaturum : Deo æqualem te esse et supra creaturam stolide existimasti; te ultra nubes scandere, et in ipsis stellis considere credidisti. Cæterum deprehensus es frustra hæc cogitasse. Arguit tuam sinistram incogitantiam rerum exitus. Descendes D enim ad inferos, et ad fundamenta terræ. Et hæc ait, ut forte locum significet infimum, id est, exteriores tenebras. Eris autem, inquit, miraculum videntibus, idque jure optimo. Crebræ enim mutationes, maxime quæ præter spem, percellunt spectantes. Quodnam autem spectaculum, et quæ erit oratio de illo? Dicent quippe : Iste est homo? at cum passus fuerit, vix hominem nominant, fortassis olim hoc dicere veriti : Verum hiccine ille homo, qui concitat universam terram, qui reges concutit, qui redigit orbem terrarum in solitudinem, et urbes evertit? Mirati sunt non abs re, siquidem unus homo contra totum orbem terrarum bellum gesserit, regna conquassarit, orbem habitabilem in solitudi-

Ἀδοκήτοις αὐτὸν συμφοραῖς ἐναλῶναι φησὶ, καὶ τοῖς παρ' ἐλπίδα παραδόξοις ὠμιληκότα, δι' αὐτῶν καὶ μόλις ἀναμαθεῖν τῶν πραγμάτων, ὅτι τε ἄνθρωπος εἴη, καὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ τεθνεῶσι παραπλήσιος. Ὅσον μὲν γὰρ ἦκεν εἰς λόγους ὑπεροψίας, καὶ εἰς φρόνημα τὸ θεομισὲς, καὶ τῆς εἰς ἄκρον ἀλαζονείας ἔμπλεων· Ὀλίγα παραχωρεῖν ἐδόκει σοι, φησὶ, τοῖς τῆς θείας ὑπεροχῆς ὑψώμασι, βάσιμον ἔσεσθαί σοί πως καὶ αὐτόν που τάχα προσδόκας τὸν οὐρανὸν, καὶ θρόνοις τοῖς ὑπερτάτοις τὸν σὸν ἁμιλλήσεσθαι θάκον· ἐνόμισας ἀμαθῶς, ἰσόθεος εἶναί τις καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν· ἐδόκεις ὑπερνεφὴς εἶναί τε, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἵζῆσαι τῶν ἄστρων. Ἀλλ' ἦλως εἰκῇ τὰ τοιάδε πεφρονηκώς. Ἤλεγξε τὴν αὐτὴν εἰκαιοβουλίαν τῶν πραγμάτων τὸ πέρας· καταβήσῃ γὰρ εἰς ᾅδου, καὶ εἰς τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Καὶ ταῦτά φησιν, ἵνα τὸν χῶρον τάχα που σημαίνῃ τὸν κατωτάτω, τοῦτ' ἔστι, τὸ ἐξώτερον σκότος. Ἔσῃ δὲ θαῦμα τοῖς ὁρῶσι, φησὶ, καὶ μάλα εἰκότως. Αἱ γὰρ ἀθρόοι μάλιστα τῶν παρ' ἐλπίδα μεταβολαὶ, καταπλήττουσι τοὺς θεωμένους. Τί δὲ τὸ θαῦμα, καὶ πῶς ἂν γένοιτο λόγος ὁ ἐπ' αὐτῷ; Ἐροῦσι γάρ, Οὗτος ὁ ἄνθρωπος; παθόντα μόλις ἄνθρωπον ὀνομάζουσι· τάχα που τοῦτο εἰπεῖν δεδιότες πάλαι· Ἦλιν οὗτος ὁ ἄνθρωπος, ὁ παροξύνων πᾶσαν τὴν γῆν, σείων βασιλεῖς, ὁ θεὶς τὴν οἰκουμένην ὅλην ἔρημον, καὶ τὰς πόλεις καθελὼν; τεθαυμάκασιν εἰκότως, εἰ ἄνθρωπος εἷς ὅλης κατηρέθιστο τῆς ὑπ' οὐρανὸν, κατεδόνησε βασιλεῖς, ἐρήμην ἀπέφηνε τῶν οἰκούντων τὴν οἰκουμένην, κατέσεισε δὲ καὶ τὰς

Digitized by Google

πόλεις. Καὶ τί πρὸς τούτοις ἕτερον, Τοὺς ἐν ἐπαγωγῇ A nem redegerit, urbesque concusserit. Et præterea
οὐκ ἔλυσεν; Ἐπεὶ δέ τινα τῶν ἀντιγράφων ἔχει· Τοὺς quid illud alterum sibi vult : Et qui in inductione
ἐν ἀπαγωγῇ, εἰ μέν τις οὕτως βούλοιτο νοεῖν, ἐροῦ- erant non solvit? Quoniam vero quædam exemplaria
μεν, ὅτι τὸ τῆς ἀπαγωγῆς ὄνομα τὴν αἰχμαλωσίαν habent : Qui erant in ἀπαγωγῇ [10], id est, abduc-
καὶ τὴν ἐξανάστασιν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ κατασημαίνειεν tione, si quis ita velit intelligere, dicemus abduc-
ἄν. Ἀπεκομίσθησαν γὰρ ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν tionis nomen, captivitatem Israelitarum et a
Ἀσσυρίων. Εἰ δὲ δὴ τοὺς ἐν ἐπαγωγῇ λέγοι τὸ mortuis resurrectionem posse significare. Abducti
γράμμα τὸ ἱερὸν, οὐδὲν ἧττον σὺ νοήσεις, ὅτι τοὺς sunt enim ex Judæa in Assyriam. Sin eos qui in
ὄντας ἐν ἐπαγωγῇ θυμοῦ Κυρίου. Ἐπηνέχθη γὰρ ἐπαγωγῇ [1], id est, inductione erant, sacra Scri-
αὐτοῖς ὀργὴ διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν. Ὁ Ναβουχοδονόσορ ptura dicat, nihilo secius intelliges, quippe qui erant
οὐκ ἔλυσε, τοῦτ' ἔστιν, οὐκ ἀνῆκε τῆς ταλαιπωρίας. in inductione iræ Domini. Inducta est enim illis ira
Ἔδει γάρ, ἔδει τὸν ἀλιτήριον, οὐκ ἀλαζόνα μόνον ὁρᾶ- propter multa peccata. Nabuchodonosor non solvit,
σθαι, ἀλλὰ γὰρ καὶ θεομάχον, καὶ πεπορθηκότα τὴν id est, ex miseria non relaxavit. Oportuit enim,
γῆν, καὶ σκληρὸν, καὶ ἀφιλοικτείρμονα, καὶ κατ' οὐδένα oportuit nefarium hominem non insolentem modo
τρόπον εἰδότα ἐλεεῖν τοὺς ἐν ἐσχάταις ὄντας συμφο- conspici, sed et Deo repugnantem et terram vastan-
ραῖς, καὶ πεπραχότας ἀθλίως. Ἐφαρμόσαι δ' ἂν τις B tem, et durum et immisericordem et qui nullo modo
καὶ μάλα εἰκότως τῇ τοῦ πάντα συντρίψαντος κε- norit misereri eorum, qui in extremis fuerunt ca-
φαλῇ, φημὶ δὴ τοῦ ἀρχεκάκου δράκοντος, τὰ ἱστορι- lamitatibus, misereque egerunt. Adaptare autem
κῶς εἰρημένα. Ἦν μὲν γὰρ ἀπαιτῶν καὶ ἐπισπουδα- quis poterit, et quidem valde merito, hæc quæ dicta
στὴς, καθ' οὓς ἤδη προείπαμεν τρόπους· πέπαυται sunt historice, capiti ejus qui omnia comminuit,
δὲ, καὶ ἐκ μέσου γέγονε, καταπαίοντος αὐτὸν τοῦ draconis, inquam, principis malorum. 235 Erat enim
Θεοῦ πληγῇ θυμῷ ἀνιάτῳ, καὶ κατέληξε κόπτων, exactor et instigator, illis quos jam diximus modis.
οἷά τις δρυοτόμος εὐσθενὴς, τὰς κέδρους τὰς νοητὰς, Cessavit autem et e medio sublatus est, Deo illum
ὧν καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ διαμέμνηται λέγων πρὸς percutiente plaga furoris insanabili, et supersedit
τὸν τῶν ὅλων Θεόν· « Αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου ἃς secare velut frondator robustas cedros intelligibiles,
ἐφύτευσας. » Ἐπειδὴ δὲ καταπεφοίτηκεν εἰς ᾅδου quarum etiam beatus David meminit, affatus uni-
πάντως που καταδεδικασμένος ὁ δείλαιος, ἐκεῖ τῇ versitatis Deum : « Cedri Libani quas plantasti [9]. »
παμφάγῳ συνεχόμενος φλογὶ, τεθαυμάκασι τοῦτο Postquam autem descendit in Orcum omnino con-
παθόντα, κατά γε τὸ εἰκὸς, αἱ πονηραί τε καὶ ὑπ' demnatus miser, ibi flamma omnium rerum edace
αὐτὸν δυνάμεις, καὶ τάχα που καὶ τεθρηνήκασι λέ- detentus, mirabantur hoc eum pati, ut verisimile
γουσαι· Καὶ σὺ ἐάλως ὥσπερ καὶ ἡμεῖς, ἐν ἡμῖν δὲ C est, nequam ac illi subdita potestates : et fortassis
κατελογίσθης, καὶ τὰ τούτοις ἐφ' ἑξῆς. Ἦν μὲν γὰρ plorarunt dicentes : Et tu captus es quemadmodum
τό γε ἧκον εἰς δόξαν, ἐπίσημος ἐν ἀγγέλοις, καὶ ἐν et nos, sed inter nos reputatus es, et quæ conse-
ταῖς ἄνω δυνάμεσιν περιφανὴς, καθάπερ ἀμέλει καὶ quuntur. Erat enim, quod ad gloriam attinet, insignis
ἐν τοῖς ἄστροις Ἑωσφόρος. Ἐξέπεσε δὲ καὶ συνετρίβη inter angelos, et in superis potestatibus spectabilis,
πεφρονηκὼς ὑπέρογκα, καὶ τὴν μόνῃ πρέπουσαν veluti nimirum inter astra Lucifer. Ceridit vero et
τῇ ὑπερτάτῃ φύσει τιμήν τε καὶ δόξαν ἁρπάσαι τολ- comminutus est superba cogitans, et honorem ac
μήσας, τό γε ἧκον εἰς ἐγχειρημάτων δύναμιν καὶ gloriam soli summæ naturæ congruentem rapere
εἰς νοῦν τὸν ἐν αὐτῷ. Ἀλλ' ὡς φησιν ὁ προφήτης· cupiens, quantum molimine et animo poterat. Sed
Καταβέβηκεν εἰς ᾅδου, καὶ εἰς τὰ θεμέλια τῆς γῆς ut propheta ait : Descendit ad inferos et in funda-
ὁ πάλαι σείων πᾶσαν τὴν γῆν, ὁ θεὶς τὴν οἰκουμέ- menta terræ, qui olim totam terram concutiebat,
νην ὡς ἔρημον· ἐρήμην γὰρ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας qui universum orbem redegit in desertum; deser-
ἀπέφηνε τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ οὐδένα παντελῶς tum enim omnem terræ orbem effecit vera Dei noti-
ἔχουσαν τῆς ἀρετῆς ἐργάτην. Καὶ οὐκ ἔλυσε μὲν tia, quæ nullum prorsus haberet virtutis cultorem.
τοὺς ἐν ἐπαγωγῇ. Κεχάρισται δὲ τοῦτο τοῖς αὐτὸ Nec solvit eos qui erant in inductione ac custodia.
πεποιθόσιν ὁ Κύριος, εἰρηκὼς « τοῖς ἐν δεσμοῖς· D Sed hoc largitus est Dominus his qui in ipso credi-
Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει· Ἀνακαλύφθητε. » derunt, dicens « vinctis : Exite; et illis qui erant in
Καὶ μὴν καὶ τοῖς ὑπὸ θείαν ὀργὴν γεγονόσι διὰ τὸ tenebris : Revelamini [11] »; « sed et divinæ iræ obnoxiis,
τοῖς θείοις ἐμπαροινῆσαι νόμοις, ἀμνησικάκως ἀφεὶς quod in divinas leges debaccharentur, remittens
τὰ ἐγκλήματα, καὶ ἀπαλλάξας δίκης τοὺς ἐξ ἀσθε- culpas, oblivione peccata obliterans, et supplicio exi-
νείας ἀνθρωπίνης πολλοῖς ὑπενηνεγμένους πταίσμα- mens qui ex infirmitate humana multis vitiis
σιν. implicabantur.

Πάντες οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν ἐκοιμήθησαν ἐν τιμῇ, ἄνθρωπος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Σὺ δὲ ῥιφήσῃ ἐν τοῖς ὄρεσιν ὡς νεκρὸς ἐβδελυγμένος μετὰ πολλῶν τεθνηκότων ἐκκεκεντημένων μαχαίραις, καταβαινόντων εἰς ᾅδου.

VERS. 18, 19. *Omnes reges gentium dormierunt in honore, homo in domo sua. Tu autem projectus eris in montibus, quasi mortuus abominabilis cum multis mortuis confossis gladio, descendentibus ad inferos.*

[10] Abductio, exsilium. [1] Inductio, vinculum, carcer. [9] Psal. CIII, 16. [11] Isa. XLIX, 9.

Digitized by Google

Ex rebus præteritis aliquando, inquit, graviorem ejus calamitatem ostendit ; et verum est quod dixi : siquidem non pari sorte cum reliquis potiri eum contigit, qui sic fastuosus est et cervicosus, et incomparabili dignitate evectus, ut in alto culmine locatus videatur. Illi enim, inquit, obdormierunt non absque honore, neque sine charissimis sibi hospitiis. At tu horum exsors omnino, in montibus jacebis exsecrandus et projectus, **236** id est, olitus et aspectu invenustus. Quid enim corpore mortuo et vestitum non habente esse poterit exsecrabilius ? Occumbes igitur cum reliquis qui Medici gladii opera interierunt, nullo te lugente, neque lacrymam mortuorum comitem distillante, non parentationis honore cohonestante : sed ita miserabilis, ita proculcatus eris, ut a subditis tuis, iisque despectissimis, nulla in re differas. Sed et sciendum est usque ad illa processuram lamentationem.

Ἐκ τῶν ὑπαρχθέντων ἔσθ' ὅτε, φησὶ, φορτικωτέραν αὐτοῦ τὴν συμφορὰν διαδείκνυσι· καὶ ἀληθὲς ὅπερ ἔφην· εἰ μὴ δὲ τῶν ἴσων συνέβη τυχεῖν τοῖς ἄλλοις, τὸν οὕτω περιφανῆ καὶ ὑψαυχένα καὶ ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς, εἰς τὸ ὑψοῦ τεθεῖσθαι δοκεῖν ἠρμένον. Οἱ μὲν γὰρ κεκοίμηνται, φησὶν, οὐ δίχα τιμῆς, οὔτε μὴν ἔξω που τῶν ὅτι μάλιστα φιλαιτάτων αὐτοῖς ἐνδιαιτημάτων. Σὺ δὲ καὶ τούτων ἀμοιρήσας παντελῶς, ἐν δρεσι κείσῃ βδελυρὸς, καὶ ἐρριμμένος, τοῦτ' ἔστιν, ὀδωδώς τε καὶ ἀτερπὴς εἰς θέαν. Τί γὰρ ἂν γένοιτο βδελυρώτερον σώματος νεκροῦ καὶ περιστολὴν οὐκ ἔχοντος ; Κείσῃ δὴ οὖν ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, οἳ μαχαίρας ἔργον γεγόνασι Μηδικῆς, οὐδενὸς ἐπὶ σοὶ θρηνήσαντος, οὐ τὸ τοῖς τεθνεῶσι ἀκολουθοῦν ἐπιστάξαντος δάκρυον, οὐκ ἐνταφίοις τιμήσαντος· οἰκτρὸς δὲ οὕτως καὶ ἐρριμμένος, ὡς μηδενὸς τῶν ἄλλων διενεγκεῖν, οἳ καὶ γεγόνασιν ὑπὸ χεῖρα σὴν, καὶ ἀσημότατοι παντελῶς. Εἰδέναι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι μέχρι τούτων ὁ θρῆνος στήσεται.

Vers. 20. *Quemadmodum vestis sanguine conspersa non est munda, sic neque tu eris mundus : propterea quod terram meam perdidisti, et populum meum interfecisti, nequaquam permanebis in perpetuitatem temporis.*

Ὃν τρόπον ἱμάτιον πεφυρμένον ἐν αἵματι, οὐκέτι καθαρόν, οὕτως οὐδὲ σὺ ἔσῃ καθαρός· διότι τὴν γῆν μου ἀπώλεσας, καὶ τὸν λαόν μου ἀπέκτεινας, οὐ μὴ μείνῃς εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον.

Quæ gravia admodum flagitia sunt, quæque ab auctoribus suis difficulter elui possunt, ea tincturæ cujusdam instar colorata videre licet. Ostendit vero eos commisisse digna extrema ira, et dignos supplicio vitiis ex æquo respondente. Igitur non absolveris, inquit, a peccatis neque mundus eris, neque misericordia dignus. Eris autem contaminatus, et indelebili cædis crimine commaculatus, quemadmodum sane vestimentum sanguine mistum. Perdidisti enim terram sanctam, et occidisti populum mihi deputatum. « Quando » enim, inquit, « dividebat Altissimus gentes, filios Adam quos dispersit, constituit fines gentium secundum numerum angelorum Dei ; et factus est pars Domini populus ejus, Jacob ; funiculus hæreditatis ejus Israel [a]. » Est igitur gravissimum se contra terram Domini, id est Ecclesiam, attollere, et adversus populum Christo deputatum audere homicidii scelus admittere. Nullo enim modo erit mundus, qui tam prodigiosis sceleribus irretitur. Dixerit autem quispiam, credo, Judææ et ipsorum Jerosolymorum calamitates animo et cogitatione versans : Ergone sua sponte venit Babyloniorum tyrannus, et Judaicam terram oppugnavit, cepitque sanctam civitatem, non permittente illi Deo hoc facere, imo non tradente ? Equidem inquit ipse propheta Isaias nobis : « Sibilo vocabit Dominus muscas quæ dominantur parti fluvii Ægypti, et api quæ est in regione Assyriorum, et venient omnes, et requiescent in fossis **237** regionis tuæ, et in specubus petrarum, et in speluncis, et in omni scissura, et in omni ligno [b]. » Qui igitur factum est ut ex divino nutu pendens Babylonius, insanabili scelere perditus sit, adeoque graviter pus

Τὰ παγχάλεπα τῶν δυσσεβημάτων δυσέκπλυτά τέ ἐστι, καὶ τοῖς δεδρακόσιν αὐτὰ βαφῆς τινος δίκην ἐγκεχρωσμένα καταθεῶτό τις ἄν. Ἀποδείκνυσι γεμὴν αὐτοὺς τῆς εἰς λῆξιν ἠκούσης ἀγαναχτήσεως πεπραχότας ἄξια, καὶ δίκης ἀξίους τῆς ἰσορρόπου τοῖς αἰτιάμασιν. Οὐκοῦν οὐκ ἀπαλλαχθήσῃ, φησὶ, τῶν πλημμελημάτων, οὐδ' ἂν γένοιο καθαρὸς, καὶ κατοικτείρεσθαι πρέπων. Ἔσῃ δὲ οὕτω μεμολυσμένος, καὶ ἀναπόβλητον ἔχων τῆς μιαιφονίας τὸ ἔγκλημα, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἱμάτιον αἵματι πεφυρμένον. Ἀπώλεσας γὰρ τὴν γῆν τὴν ἁγίαν, ἀπέκτεινας δὲ καὶ τὸν ἐκνεμηθέντα μοι λαόν· « Ὅτε γὰρ διεμέριζε, » φησὶν, « ὁ Ὕψιστος ἔθνη, οὓς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν, κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ· καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. » Πάνδεινον οὖν ἄρα τὸ κατεπαίρεσθαι τῆς τοῦ Κυρίου γῆς, τοῦτ' ἔστι, τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τὰ τῆς μιαιφονίας τολμήματα πληροῦν, κατὰ τοῦ ἐκνεμηθέντος λαοῦ τῷ Χριστῷ. Ἔσται γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον καθαρὸς, ὁ τοῖς οὕτως ἐκτόποις ἐναλοὺς ἐγκλήμασιν. Φαίη δ' ἂν οἶμαί τις, τὰς ἐπί γε τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις συμφορὰς ἐκνενοηκώς· Ἆρα γὰρ αὐτόμολος ἦκεν ὁ Βαβυλωνίων τύραννος, καὶ κατεστράτευσε τῆς Ἰουδαίων γῆς, εἷλε δὲ καὶ τὴν ἁγίαν πόλιν, οὐκ ἀφέντος αὐτῷ τοῦτο δράσαι Θεοῦ, μᾶλλον δὲ οὐκ αὐτῷ δεδωκότος, καίτοι φησὶν αὐτὸς ὁ προφήτης ἡμῖν Ἡσαΐας, ὅτι « Συριεῖ Κύριος μυῖας, ὃ κυριεύει μέρους ποταμοῦ Αἰγύπτου, καὶ τῇ μελίσσῃ, ἥ ἐστιν ἐν χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων, καὶ ἐλεύσονται πάντες, καὶ ἀναπαύσονται ἐν ταῖς φάραγξι τῆς χώρας, καὶ ἐν ταῖς τρώγλαις τῶν πετρῶν, καὶ εἰς τὰ σπήλαια, καὶ εἰς πᾶσαν ῥαγάδα, καὶ ἐν παντὶ

[a] Deut. xxxii, 8, 9. [b] Isa. vii, 18-19.

Digitized by Google

ξύλῳ. » Πῶς οὖν ἄρα τοῖς νεύμασιν ὑπηρετήσας ὁ Βαβυλώνιος ἀνεξίτητον ἔχει τὸ ἔγκλημα, καὶ οὕτω κεκόλασται δεινῶς, ὡς ἐπέκεινα μηδὲν ὁρᾶσθαι τῆς ἐπενεχθείσης ὀργῆς αὐτῷ; Ναὶ καὶ μάλα εἰκότως. Ἠθέλησε μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀπονενευκότα πρὸς ἀπόστασιν ἐλέγξαι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ συμμέτροις αἰκίαις ἀναπεῖσαι παλινδρομεῖν εἰς τὴν αὐτῷ συνήθη λατρείαν, φημὶ δὴ τὴν νομικήν. Ὁ δὲ, καίτοι πρὸς τοῦτο ἠγμένος, θηρίου δίκην ἀμείλικτος ἦν, καὶ ἀχαλίνοις ἐχρήσατο τοῖς θυμοῖς, καὶ γοῦν ἐγκαλεῖται Θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Ἐζήλωκα τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν, καὶ θυμῷ μεγάλῳ ἐγὼ ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτιθέμενα· ἀνθ' ὧν ἐγὼ μὲν ὠργίσθην ὀλίγα· αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακά. » Ὥσπερ δὲ σκεῦος ὄντα θυμοῦ καὶ ὀργῆς τὸν Φαραὼ καὶ ὑποκείμενον ἤδη κολάσει δι' οἰκεῖα πταίσματα ἐξήγειρε, καθά φησιν αὐτὸς, ἵν' ἐνδείξηται ἐν αὐτῷ, τήν τε ἰδίαν δύναμιν, καὶ τῆς δικαιοκρισίας τὸ ἀκριβές· οὕτω νοήσεις καὶ ἐπὶ τοῖς Βαβυλωνίοις. Σκεύη γὰρ ὄντες ὀργῆς, καὶ κολασθῆναι δικαίως ὀφείλοντες, ἐπηνέχθησαν τοῖς Ἱεροσολύμοις· ἵνα παιδεύσαντες τὸν Ἰσραὴλ, ἐξαιτηθεῖεν μετὰ τοῦτο καὶ ἁρμοδιωτάτην κόλασιν.

niatur, ut amplius non conspiciatur, ira ei inflicta? Certe jure optimo. Voluit enim universitatis Deus declinantem ad defectionem Israelem arguere, et modico supplicio persuadere, ut denuo ad consuetum cultum, legalem, inquam, recurreret. Iste autem licet ad hoc ductus, feræ more immitis erat, et effrenato furore agebatur. Siquidem accusatur a Deo manifeste dicente : « Æmulatus sum Jerusalem et Sion æmulatione magna, et furore magno ego irascor gentibus conspirantibus, pro eo quod ego succensui parum, illi conspirarunt in mala [a]. » Pharaonem item tanquam vas furoris ac iræ, et propter sua peccata animadversione jam dignum, excitavit, sicuti ipse ait, ut in ipso et suam potentiam et justi judicii severitatem ostenderet. Ita quoque de Babyloniis intelliges. Cum enim essent vasa iræ, et juste plectendi, invaserunt Jerosolyma, ut Israele castigato, et ipsi cum illo ad pœnam se dignissimam deposcerentur.

Σπέρμα πονηρὸν, ἑτοίμασον τὰ τέκνα σου σφαγῆναι ταῖς ἁμαρτίαις τοῦ πατρός σου, ἵνα μὴ ἀναστῶσιν, καὶ ἐμπλήσωσιν τὴν γῆν πολέμων. Καὶ ἐπαναστήσομαι αὐτοῖς, λέγει Κύριος Σαβαὼθ, καὶ ἀπολῶ αὐτῶν ὄνομα, καὶ κατάλειμμα, καὶ σπέρμα.

Πάνδεινα μὲν δέδρακε κατὰ παντὸς ἔθνους ὁ Ναβουχοδονόσορ, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν δὲ καὶ ἐξ αὐτοῦ γεγονότες, μέχρι Βαλτάσαρ, ταῖς τοῦ πατρὸς ἑπόμενοι δυστροπίαις, ὑπερήλαντο τὰ ἐκείνου, ὡμοί τε καὶ ἀπηνεῖς κατὰ παντὸς γεγόνασιν ἔθνους, κατεπεφύοντό τε τοῦ Ἰσραὴλ, καίτοι γεγόνασιν ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ ζυγῷ δουλείας ἐνησχημένοι. Πεφρονήκασι δὲ οὕτω τι μέγα, καὶ κατ' αὐτῆς τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης, ὥστε καὶ τὸν ἀλιτήριον Βαλτάσαρ, ποιοῦντα πότον τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ, παρενεγκεῖν εἰς μέσον τὰ σκεύη τὰ ἅγια, καὶ πιεῖν ἐν αὐτοῖς ταῖς παλλακίσιν ὁμοῦ καὶ ταῖς παρακοίταις αὐτοῦ, ὅτε καὶ ἐξῆλθεν ἀστράγαλος χειρὸς, καθά φησιν ὁ Δανιὴλ, καὶ γραφὴν ἐν τῷ τοίχῳ πεποίηται· *Μάνη, Θεκὲλ, Φαρές*· ὃ δὴ καὶ διερμηνεύων ὁ θεσπέσιος Δανιὴλ, μεμερίσθαι μὲν ἔφη τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, δεδόσθαι δὲ Μήδοις καὶ Πέρσαις. Φασὶ τοιγαροῦν ὁλόῤῥιζον ἀπολέσθαι τότε τὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ γένος, καὶ μέν τοι τὸ Βαλτάσαρ, ὥστε μηδένα τὸ παράπαν ἐξ αἵματος αὐτῶν ἐπιβῆναι μετ' αὐτοὺς τοῖς παρ' αὐτοῖς βασιλείας θάκοις. Τοῦτο, οἶμαι, διὰ τῶν προκειμένων ἡμῖν ὁ προφητικὸς διαδείκνυσι λόγος. Ἄθρει γὰρ ὅπως κατὰ παντὸς τοῦ πονηροῦ σπέρματος ἡ θεία κεχώρηκεν ὀργή. Ἑτοίμασον γὰρ, φησὶ, τὰ τέκνα σου σφαγῆναι ταῖς ἁμαρτίαις τοῦ πατρός σου. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ πατέρες γεγόνασιν ἀσεβεῖς, πέπαυται τὸ ἐξ αὐτῶν σύμπαν ἐσόμενον γένος. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Ἵνα μὴ ἀναστῶσι, φησὶ, καὶ τὴν γῆν κληρονομήσωσι, καὶ ἐμπλήσωσι τὴν γῆν πολέμων· τοῦτ' ἔστιν, ἵνα μὴ ταῖς τῶν πατέρων

Vers. 21, 22. *Semen improbum, præpara liberos tuos ut occidantur ob culpas patris tui, ne resurgant et terræ hæreditatem adeant, impleantque terram bellis. Et consurgam super eos, dicit Dominus Sabaoth, et perdam nomen eorum, et reliquias, et semen.*

Gravissime afflixit omnes gentes Nabuchodonosorus, et post eum et ex eo nati, usque ad Baltasarum, patrisque sui perversitatem sectantes eum etiam superarunt, crudelesque et immanes in omnes gentes exstiterunt, et Israelitis insultarunt, tametsi in captivitate fuerunt et jugo servitutis oppressi. Adeoque se etiam contra divinam majestatem efferebant, ut sceleratus Baltasarus convivio magnatibus suis adornato sacra vasa afferret in medium, et ex illis cum pellicibus et concubinis biberet : quando etiam egressus articulus manus, sicuti ait Daniel, scripturam in pariete fecisset : Mane, Thecel, Phares [b] : quod interpretans divinus Daniel **238**, divisum esse dixit regnum ejus, et Medis ac Persis traditum. Aiunt igitur tunc genus Nabuchodonosori et Baltasari funditus periisse, ut nemo prorsus post illos sanguine eorum oriundus regiam illam sedem conscenderit. Hoc, ut opinor, his verbis quæ proposita nobis sunt, propheticus sermo declarat. Intuere enim quo pacto in universum semen improbum divina ira grassetur. Præpara enim, inquit, liberos tuos ut occidantur propter culpas patris tui. Cum enim patres essent impii, omnis eorum posteritas deleta est. Quam ob causam? Ut non resurgant, inquit, et terræ hæreditatem adeant, et terram bellis impleant, id est, ne paternam insolentiam sectantes, et aviæ impietatis æmuli, bellis terram impleant, sicuti illi videlicet, fiantque ejus domini. Et insurgam contra

[a] Zach. I, 14, 15. [b] Dan. V, 25

Digitized by Google

eos, dicit Dominus Sabaoth, et perdam eorum nomen, et reliquias, et semen. Quemadmodum enim Deus promisit regibus Israel qui ei placuerunt, etiam quartam prolem in soliis eorum consessuram, benedictionem in futurum eorum genus extendens : sic eorum qui impii valde sunt, generis propagationem amputat. Impii enim, inquit [a], radicitus ex terra peribunt. Audiat igitur quoque omnium hostis, peccati inventor, et omnium nobis causa malorum : Quemadmodum vestis cruore conspersa non erit munda, sic neque tu eris mundus, eo quod terram meam perdidisti, et populum meum occidisti. Non satis fuit generis nostri originem ad transgressionem convertisse, sed etiam totum terrarum orbem a divino ovili seductum, et hominem terrenum a dilectione Dei abductum, suum cultorem fecit, et in foveam interitus præcipitavit. Proinde mundus non erit, sed neque durabit in perpetuitatem temporis ; non enim per omnia injustitiæ habenas obtinuit, Deo tyrannidem retrahente, et proteruiæ in nos impetum cohibente et retardante. Periit enim simul cum filiis suis, id est impuris dæmonibus : semen enim erant malum. Perierunt autem catenis tenebrarum detenti in Tartaro, quemadmodum dicit Servatoris discipulus [b] : ne resurgant, et terræ hæreditatem adeant, et impleant terram bellis. 239 Depulsi sunt enim sua in nos tyrannide, et factus est nobis pax Christus. Quemadmodum enim B. Paulus scribit : « Pax Christi quæ superat omnem intellectum, custodiat corda nostra et cogitationes nostras [c]. » At quonam pacto hoc illis acciderit, ipsemet nobis universitatis Deus ostendet, dicens : Et insurgam contra illos, ait Dominus Sabaoth. Et perdam eorum nomen, et reliquias, et semen.

καὶ δυσήνυτα παραδόξως κατευμαρίζεται. Τὴν γὰρ χεῖρα τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει ; κατὰ τὸ γεγραμμένον. Συμβέβηκε τοίνυν πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς ὕδατος, τά τε ἐν λίμναις, καὶ μέν τοι καὶ ποταμοῖς ἀφανισθῆναι παντελῶς, ὡς διοδεύεσθαι ποσίν. Οὕτω τε λοιπὸν δυσχερείας ἁπάσης ἐψιλωμένην τὴν Αἰγυπτίων εὑρὼν, κεκράτηκεν αὐτῆς Οὐεσπασιανός. Κατ' ἐκεῖνο δὴ οὖν τοῦ καιροῦ, συμβέβηκεν εἰσελθεῖν εἰς τὴν Αἰγυπτίων τοὺς τὸ θεῖόν τε καὶ σωτήριον ἱερουργοῦντας κήρυγμα, καὶ τὰ ἔθνη σαγηνεύοντας διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ, πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. Μεμαθηκότες τοίνυν Αἰγύπτιοι, φησὶ, τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς τὴν παναλκῆ καὶ δυσκαταγώνιστον ἔφοδον, τεθορυβημένοι τε λίαν, καὶ ὅποι ποτὲ αὐτοῖς τὸ τοῦ πράγματος ἐκβήσεται πέρας, ἀναμαθεῖν ἐθέλοντες, ἐπερωτήσουσι τοὺς θεοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐκ τῆς γῆς φωνοῦντας, καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους, καὶ μέντοι καὶ γνώστας. Διάφοροι γὰρ παρ' αὐτοῖς ψευδομαντείας ἦσαν τρόποι, καὶ πεπλασμένοι προφῆται. Οἱ μὲν τοὺς νεκροὺς ἐπερωτᾷν προσποιούμενοι · οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς σφῶν αὐτῶν καρδίας ἐρευγόμενοι λόγους. Ἕτεροι δὲ καὶ γνῶσται, τοῦτ' ἔστι, τοὺς ἐκ θυσιῶν καπνοὺς, καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἥπασι τῶν σφαζομένων ζώων παλμοὺς πολυπραγμονοῦντες ἀνοσίως. Ἀλλ' οὐδεμιᾶς ἔσται, φησὶν, ἐκ μαντείας αὐτοῖς ἡ ἔνησις· οὔτε μὴν ἐπαμῦναι δυναμένους αὐτοὺς εὑρήσουσι, τοὺς νομισθέντας εἶναι θεούς. Παραδώσω γὰρ Αἴγυπτον εἰς χεῖρας ἀνθρώπων κυρίων σκληρῶν, καὶ βασιλεῖς σκληροὶ κυριεύσουσιν αὐτῶν. Σκληροὺς δὲ ὅταν ἀκούσῃς, μὴ ἀπηνεστάτους νοήσῃς, ἀθραύστους δὲ μᾶλλον, καὶ παραχωρεῖν εἰδότας τὸ εὐκλεέστατοι βασιλεῖς, τῆς θείας τε καὶ ἀπορρήτου γοῦν κεκρατήκασι τῆς ὑπ' οὐρανόν.

A immota sunt, inopinato dissipantur. Manum enim excelsam quis avertet? quemadmodum scriptum est [86]. Accidit ergo, omnes eorum aquas in lacubus et fluminibus auferri penitus, ut pedibus trajecerint : itaque deinceps, cum nudatam Ægyptum inveniret Vespasianus, eam facillime devicit. Quare sub id temporis evenit, ut ingrederentur Ægyptum divinæ ac salutaris prædicationis sacri ministri, et gentes per fidem **286** in Christo ad veritatis agnitionem irretiverunt. Itaque ubi Romani exercitus fortissimam ac insuperabilem incursionem Ægyptii intellexissent, valde tumultuati, et scire desiderantes quo tandem rei exitus evasurus sit, deos et imagines suas, et de terra vocem edentes, et ventriloquos, et ariolos interrogabunt. Diversa enim apud B eos erant falsarum vaticinationum genera, et ficti prophetæ, alii qui se mortuos sciscitari simulabant, alii qui ex suo pectore verba eructabant. Alii etiam erant arioli, id est, qui fumos ex sacrificiis, et palpitationes in hepate mactatorum animantium indagant curiose et impie. Sed nulla, inquit, erit vaticiniorum utilitas. Nec enim qui dii putantur, eos auxilium afferre potuisse inveniemus. Tradam enim Ægyptum in manus hominum dominorum durorum, et reges duri dominabuntur eis. Duros autem cum audis, non immitissimos esse cogites, sed invictos potius et invulnerabiles, et victoriam cedere cuiquam nescios. Quales exstiterunt Romanorum celeberrimi imperatores, divino et secreto consilio, ut dicebam, illis subjiciente omnia : quippe orbem terrarum subjugarunt.

Τάδε λέγει Κύριος Σαβαώθ· Καὶ πίονται οἱ C VERS. 5-10. *Hæc dicit Dominus Sabaoth : Et*
Αἰγύπτιοι τὸ ὕδωρ τὸ παρὰ θάλασσαν· ὁ δὲ ποταμὸς ἐκλείψει, καὶ ξηρανθήσεται. Ἐκλείψουσιν οἱ ποταμοὶ καὶ διώρυγες τοῦ ποταμοῦ, καὶ ξηρανθήσεται πᾶσα συναγωγὴ ὕδατος, ἐν παντὶ ἕλει καλάμου, καὶ παπύρου, καὶ τὸ ἄχι τὸ χλωρὸν, πᾶν τὸ κύκλῳ τοῦ ποταμοῦ, πᾶν τὸ σπειρόμενον διὰ τοῦ ποταμοῦ ξηρανθήσεται ἀνεμοφθορίᾳ. Καὶ στενάξουσιν οἱ ἁλιεῖς, στενάξουσι πάντες οἱ βάλλοντες ἄγκιστρον εἰς τὸν ποταμὸν, καὶ οἱ βάλλοντες σαγήνας, καὶ οἱ ἀμφιβολεῖς πενθήσουσι. Καὶ ἡ αἰσχύνη λήψεται τοὺς ἐργαζομένους τὸ λῖνον τὸ σχιστὸν, καὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν βύσσον· καὶ ἔσονται οἱ ἐργαζόμενοι αὐτὰ ἐν ὀδύνῃ, καὶ πάντες οἱ τὸν ζῦθον ποιοῦντες λυπηθήσονται, καὶ τὰς ψυχὰς πονέσουσιν.

Egyptii aquam quæ juxta mare : fluvius autem deficiet et exarescet. Deficient fluvii et rivi fluvii. Et exsiccabitur omnis congregatio aquæ in omni palude calami et papyri. Et achi viride, omne circum flumen, omne quod seminatur juxta flumen, arescet, ventoque peribit. Et gement piscatores, et gement omnes mittentes hamum in fluvium, et mittentes sagenas, et jacientes retia plorabunt. Et confusio apprehendet operantes linum fissile, et operantes byssum, et operabuntur ea in dolore, et omnes zythum facientes contristabuntur, et animis dolebunt.

Συναρμόσεις καὶ τάδε τοῖς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένοις. Εὐυγροτάτην γὰρ οὕτως τὴν Αἰγυπτίων, ξηρὰν ἀπέφηνεν ὁ πάντα ἰσχύων Θεὸς, ὥστε καὶ ἀνιδρωτὶ βάσιμον εἶναι τοῖς ἐθέλουσι διὰ λιμνῶν ἰέναι καὶ ποταμῶν. Διῄρηται δέ πως τῶν Αἰγυπτίων ἡ χώρα · καὶ οἱ μὲν ἔχουσι τὴν γῆν τὴν ἀρόσιμον, καὶ γονιμωτάτην, καὶ ἀμπελῶσιν ὅτι μάλιστα μελεδωνοί. Οἱ δὲ πρὸς αὐταῖς οἰκοῦσι ταῖς λίμναις, τὰ ἐξ αὐτῶν δρε-

D Aptabis et hæc illis quæ sunt a nobis jam commemorata. Terram enim Ægyptiorum humidissimam, aridam effecit omnipotens Deus, ut enim **287** sine sudore pervia sit, stagna et fluvios pertransire volentibus. Divisa est autem quodammodo Ægyptiorum regio : et alii habent terram arabilem et fecundissimam, et vitium sunt cultores studiosissimi. Alii autem lacus accolunt, et quæ inde

[86] Isa. XIV, 27.

Digitized by Google

proveniunt, decerpunt. Piscatores enim sunt, et papyrum desecant, ac chartæ sunt artifices, et linum fissile operantur. Palustres autem homines sive bubulci denominantur. Sunt enim apud eos innumera boum armenta : panis, vini, aliarumque rerum magna penuria. Deficientibus itaque aquis, inquit, bibent aquam. Nam in littoribus quandoque fodientes, potabilem inde laticem exhauriunt. Deficient autem et exarescent omnes fluvii et alvei. Erit autem in omni palude calami et papyri raritas aquarum. Et omne quod in aquis nascitur, inquit, exsiccabitur, ut et lugeant piscatores, et qui linum conficiunt fissile, et in dolore magno versentur qui ea exercent ; et præterea qui apud eos zythum apparant. Aquis enim deficientibus, inopia laborabunt omnium quæ exhilarare solent, et ad vitam opportuna et accommoda affatim suppeditare. Et hoc quidem quatenus ad historiæ declarationem pertinet, clare dictum est. Sin velit quis aquarum raritatem aliter accipere, et ad subtilioris intelligentiæ profunditatem descendere, non a scopo recedet, si anilem et insulsam orationem Græcorum sapientum aquis comparet, piscibus autem et papyro et calamo, aliisque, quorum alumna et nutrix est aquarum natura, hominum frequentiam. Piscatoribus vero, et rerum aquatilium curatoribus, eos qui inescare norunt gregariam multitudinem, et qui student sermonibus in errorem deducentibus eam quasi linis quibusdam implicare. Hi lugebunt et contristabuntur, et animis dolebunt, cum eorum oratio diluta sit, et inefficax, quam merito aquis comparari posse hinc patet, quod ea prorsus deficiat, et omnia inde enutrita exarescant. Hi faciunt zythum : non enim vinum offerunt quod hominis cor exhilarat, sed spuriam quamdam et inutilem doctrinam, eamque verbis subtilibus et elimatis, ut quidem putant, efferunt. Hoc enim, ut opinor, byssus significat, ut dicat **288** eos nimium subtilitati et argutiis studere. Et linum fissile. Minutiæ enim apud eos subtiliter ac tenuiter disseruntur, verum prorsus frivola, et frigidis speculationibus referta. Frigidus enim zythus. Est autem Ægyptiorum quidam potus, sed frigidus et turbidus, talis siquidem est eorum oratio, et tales sunt doctrinæ, quæ sitim non sedant imbibitæ, sed inflammant potius, et insuaves sunt bibentibus, et ob vehementem frigiditatem morbos insanabiles pariunt.

πόμενοι. Ἰχθυοθῆραί τε γάρ εἰσι, καὶ πάπυρον ἀποκείροντες, χάρτου τέ εἰσι δημιουργοί, καὶ λῖνον ἐργάζονται τὸ σχιστόν. Ἕλειοι δὲ ἄνδρες ἤγουν βουκόλοι κατονομάζονται· καὶ γάρ εἰσι παρ' αὐτοῖς ἀριθμοῦ κρείττονες αἱ βοῶν ἀγέλαι· πλείστη τε ἄρτου καὶ οἴνου καὶ τῶν ἄλλων ἡ σπάνις. Ἐκλελοιπότων τοιγαροῦν τῶν ὑδάτων, φησὶν, πίονται ὕδωρ. Ὀρύττοντες γὰρ ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ἔσθ' ὅτε τινὲς, πότιμον ἀρύονται νάμα. Ἐκλείψουσι δὲ καὶ ξηρανθήσονται οἱ ποταμοὶ, καὶ πᾶσαι αἱ διώρυγες. Ἔσται δὲ σπάνις ὑδάτων ἐν παντὶ ἕλει καλάμου, καὶ παπύρου. Καὶ πᾶν τὸ ἐν τοῖς ὕδασι φυόμενον ξηρανθήσεται, φησὶν, ὥστε καὶ στενάξαι τῶν ἰχθύων τοὺς θηρευτὰς, καὶ τοὺς τὸ λῖνον ἐργαζομένους τὸ σχιστὸν, καὶ ἐν ὀδύνῃ γενέσθαι πολλῇ, τοὺς ἐργαζομένους αὐτά· καὶ πρὸς τούτοις ἔτι, τοὺς τὸν παρ' αὐτοῖς ζύθον ἀρτύοντας. Ἐκλελοιπότων γὰρ τῶν ὑδάτων, ἐν ἐνδείᾳ παντὸς ἔσονται τοῦ κατευφραίνειν εἰδότος, καὶ τὰ πρὸς ζωὴν αὐτοῖς ἐπιτήδεια παρατιθέντος πλουσίως. Καὶ ταυτὶ μὲν τό γε ἧκον εἰς τὸ ἐκ τῆς ἱστορίας δηλούμενον εἴρηται σαφῶς. Εἰ δὲ δή τις ἕλοιτο τῶν ὑδάτων τὴν σπάνιν καὶ ἑτέρως ἐκλαβεῖν, καὶ ἰσχνοτέρων ἐννοιῶν εἰς βάθος ἐλθεῖν, οὐκ ἀπὸ σκοποῦ βαδιεῖται, παρεικάζων ὕδασι τὸν παρά τε τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς, γραώδη τε καὶ ἀσύνετον λόγον· ἰχθύσι γε μὴν τὴν τῶν ἀνθρώπων πληθὺν, καὶ μὴν καὶ παπύρῳ, καλάμῳ τε καὶ τοῖς λοιποῖς, ὧν ἐστι τροφὸς ἡ τῶν ὑδάτων φύσις. Ἁλιεῦσί γε μὴν, καὶ οἷς ἂν ἔργον εἴη τὰ ἐν τοῖς ὕδασι, τοὺς ἀγεληνεύειν εἰδότας τὴν τῶν ἀγελαίων πληθὺν, καὶ καθάπερ λίνοις τισὶν ἐμπλακῆναι παρασκευάζοντας τοῖς εἰς ἀπάτην αὐτοὺς ἀποφέρουσι λόγοις. Οὗτοι στενάξουσι καὶ λυπηθήσονται, καὶ τὰς ψυχὰς πονέσουσιν, ἀπρακτοῦντος ἤδη πως τοῦ παρ' αὐτοῖς ὄντος λόγου· ὃν καὶ ὕδασι παρεικάζοντες διεβεβαιούμεθα σαφῶς, διὰ τὸ ἐκλελοιπέναι παντελῶς αὐτὸν, ξηρανθήσεσθαι δὲ πάντα τὰ δι' αὐτοῦ τρεφόμενα. Οὗτοι ποιοῦσι τὸν ζύθον· οὐ γὰρ οἶνον προσάγουσι τὸν εὐφραίνοντα καρδίαν ἀνθρώπου, ἀλλὰ νόθην τινὰ καὶ ἄχρηστον διδασκαλίαν, καὶ τοῖς ἰσχνοῖς αὐτὴν ὥσπερ οὖν οἴονται κατασεμνύνοντες λόγοις. Ὑπαινίττεται γὰρ, οἶμαι, τουτὶ τὸ βύσσον λέγειν αὐτοὺς ἐργάζεσθαι, τὴν ἰσχνοτάτην ἄγαν. Καὶ λῖνον δὲ τὸ σχιστόν. Σκινδάλαμοι γὰρ ὥσπερ ἰσχνομυθίας τὰ παρ' αὐτοῖς· πλὴν ἀνόητα παντελῶς, καὶ ψυχρῶν θεωρημάτων ἀναπλιμπλάντα. Ψυχρὸς γὰρ ὁ ζύθος (1). . . . . .

. . . . . .

Vers. 11. *Et stulti erunt principes Taneos, sapientes consiliarii regis, et consilium eorum infatuabitur.*

Imminente videlicet Ægyptiis inevitabili calamitate, et regione captivitati proxima, et cum jamjam licet inviti alieno jugo cervicem daturi essent : consternatus haud mediocriter, et intolerando terrore perculsus is qui principatum sortitus erat,

Καὶ μωροὶ ἔσονται οἱ ἄρχοντες Τάνεως, οἱ σοφοὶ σύμβουλοι τοῦ βασιλέως, ἡ βουλὴ αὐτῶν μωρανθήσεται.

Ἐπηρτημένης γὰρ Αἰγυπτίοις τῆς ἀφύκτου συμφορᾶς, καὶ μελλούσης ἁλῶναι τῇ χώρᾳ, καὶ ὅσον οὐδέπω τοῖς ἑτέρων ζυγοῖς, κἂν εἰ μὴ βούλοιντο τυχὸν, ὑπενεγκεῖν τὸν αὐχένα, τεθορυβημένος οὐ μετρίως, καὶ ἀφορήτοις δείμασι κατεπτοημένος ὁ

(1) Lacuna hic relicta est, licet in Vaticano et Regio nulla reperiatur.

Digitized by Google

καθηγεῖσθαι λαχὼν, συνεκόμισε μὲν τοὺς ἐπίκλην σοφοὺς, τοῦτ' ἔστι, τοὺς μάγους· ἤρετο δὲ καὶ λίαν ἐσπουδασμένως, ὅποι ποτὲ ἄρα τὸ τῶν πραγμάτων αὐτοῖς βαδιεῖται τέλος, καὶ τίνα τρόπον διακρούσαιντο τοῦ πολέμου τὴν ἔφοδον. Οἱ δὲ τοσοῦτον ἀφεστήκασι, φησὶ, τοῦ δύνασθαί τι τῶν ἀναγκαίων, ἤγουν ἀληθῶν, εἰπεῖν, ὡς καὶ ἐπ' ἀκράτῳ μωρίᾳ καταγινώσκεσθαι. Θεοῦ γὰρ κακοῦν ἐθέλοντος, ἀπρακτήσειεν ἂν ἡ παντὸς ἀνθρώπου βουλή τε καὶ δύναμις. Ἐὰν γὰρ κλείσῃ κατ' ἀνθρώπου, τίς ἀνοίξει; κατὰ τὸ γεγραμμένον. Σοφοὺς οὖν ἄρα Τάνεως τοὺς ἐν αὐτῇ φησι ψευδοπροφήτας τε καὶ τῶν ἐν τοῖς τεμένεσιν ἐπιμελητάς. Οἳ καὶ ἐπὶ μάγῳ τέχνῃ φρονοῦντες μέγα, δι' αὐτῶν ἠλέγχοντο τῶν πραγμάτων οὐδὲν ὄντες παντελῶς.

A sapientes, qui et magi dicuntur, coegit, et ad quem tandem finem hæc res exiret, et quo pacto belli impetum frangere possent, diligentissime interrogavit. Tantum abest, ut hi aliquid opportunum aut verum potuerint dicere, ut etiam insignis stultitiæ damnarentur. Deo enim volente malum inferre, parum valebit omne consilium humanum et potentia. Si enim clauseris contra hominem, quis aperiet? sicuti scriptum est [87]. Sophos igitur Taneos, pseudoprophetas ejus delubrorum curatores dicit; qui cum arte magica se efferrent, ex ipsis rebus nihil esse prorsus arguebantur.

Πῶς ἐρεῖτε τῷ βασιλεῖ· Υἱοὶ συνετῶν ἡμεῖς, υἱοὶ βασιλέων τῶν ἐξ ἀρχῆς; Ποῦ εἰσι νῦν οἱ σοφοί σου, καὶ ἀναγγειλάτωσάν σοι, καὶ εἰπάτωσαν· Τί βεβούλευται Κύριος Σαβαὼθ ἐπ' Αἰγυπτον;

B Vers. 12. *Quomodo dicetis regi: Filii intelligentium nos, filii regum ab initio? Ubi sunt nunc sapientes tui, et annuntient tibi, et dicant: Quid consilii cepit Dominus Sabaoth super Ægyptum?*

Ἐπὶ ποίοις, φησὶ, κατορθώμασιν ἀνασπάσετε τὴν ὀφρύν; Τί τὴν Αἰγυπτίων ὀνήσαντες χώραν θαυμασθήσεσθε παρ' αὐτῶν, ἢ ποίοις κέχρησθε λόγοις τὸν βασιλεύοντα συναρπάζοντες· λέγοντες, ὅτι Υἱοὶ συνετῶν ἡμεῖς, τοῦτ' ἔστι, προφητῶν; Μάγοι καὶ ἐκ μάγων· οἳ καὶ τῆς χώρας ἁπάσης, μονονουχὶ βεβασιλεύκασι, διαβόητον ἐσχηκότες παρὰ τοῖς τῶν εἰδώλων θεραπευταῖς τὴν δόξαν, καὶ τοῖς κρατοῦσιν ἀεὶ συνόντες τε καὶ συνδιαιτώμενοι· ἅτε δὴ καὶ βουλὰς ἐφ' ἅπασι τοῖς πρακτέοις εἰσκομίζειν εἰωθότες, τῶν ψευδωνύμων θεῶν ἐνηχούντων C αὐτοῖς τὴν τοῦ συμφέροντος θήραν. Ὅταν τοίνυν ψευδηγοροῦντες ἐλεγχθήσεσθε, φησὶ, καὶ τῶν ἀληθῶν εἰδότες οὐδὲν, πῶς ἐρεῖτε τῷ βασιλεῖ· Υἱοὶ συνετῶν ἡμεῖς; υἱοὶ βασιλέων τῶν ἐξ ἀρχῆς; Καὶ γέγονε μὲν ἐν τούτοις ὁ προφητικὸς ἡμῖν λόγος, ὡς πρός γε τοὺς δόκοῦντας εἶναι σοφούς· εἶτα μέτεισιν ἐπὶ τὸ αὐτοῦ πρόσωπον τοῦ καθηγεῖσθαι λαχόντος, καὶ φησίν· Ποῦ εἰσι νῦν οἱ σοφοί σου; καὶ ἀναγγειλάτωσάν σοι, καὶ εἰπάτωσαν τί βεβούλευται Κύριος Σαβαὼθ ἐπ' Αἴγυπτον. Εἰ μὴ γάρ εἰσι φένακες, φησὶν, ἢ ἀπατεῶνες καὶ βωμολόχοι, καὶ ψευδηγορεῖν εἰωθότες, καὶ τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν λαλοῦντες μόνης, καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος Κυρίου· μάνθανε παρ' αὐτῶν τὰ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπηρτημένα, καὶ αὐτίκα δὴ μάλα συμβησόμενα διὰ D βουλῆς Κυρίου Σαβαώθ. Ἐπιτωθάζει δὲ ὥσπερ ὁ λόγος τοῖς οὐκ εἰδόσι Θεὸν, ἀλλ' οἷον ἐν σκότῳ βαθεῖ κειμένοις, διὰ τοῦ προσκεῖσθαι φιλεῖν ταῖς τῶν εἰδώλων λατρείαις. Πάνδεινον οὖν ἄρα, μᾶλλον δὲ καὶ εἰκαῖον παντελῶς, τὸ ταῖς τῶν ψευδομάντεων ἀπάταις ἐπιθαρσεῖν· εἰδότες γὰρ ὅλως τὸ σύμπαν οὐδὲν, ἢ τῶν ἐσομένων, ἢ καὶ ὧν ἂν ἐπιφέροι Θεὸς, ἀργυρολογίας ὑπόθεσιν ποιοῦνται τὴν ψευδομαντίαν, καὶ θεοκλυτεῖν ὑποπλάττοντες, τὰ ἀπὸ μόνης τῆς σφῶν βουλῆς ἐρευγόμενοι, καὶ τὸν τῶν προσκειμένων αὐτοῖς καταγοητεύοντες νοῦν. Λαλοῦσι γὰρ ἃ ἂν βούλοιτό τις, καὶ μόνον ἐκεῖνό φασιν, ὅπερ ἂν εἶναι τεκμήραιντο τοῖς ἀκροωμένοις καθ' ἡδονήν. Ἀλλ' ὅ γε θεῖος ἡμῖν ἐπι-

Ob quænam, inquit, præclara facinora, attolletis supercilium? Quid adjumenti regioni Ægyptiæ attulistis, ut in admiratione apud eos sitis? Vel qua oratione utemini, cum regem corripitis, dicentes: Filii intelligentium nos, id est, prophetarum? Magi ex magis; qui etiam per universam regionem tantum non regnarunt, qui apud cultores idolorum existimationem et **289** gloriam celeberrimam adepti sunt: qui cum potentibus versati semper fuerunt, et victitarunt, quippe consilia in omnibus rebus agendis afferre soliti, falso nominatis diis quid conduceret inspirantibus. Cum igitur falsa conciionantes, inquit, et veri nihil scientes convincemini, quomodo dicetis regi: Filii intelligentium nos? Filii regum qui a primis exstiterunt temporibus? In his autem sermo propheticus spectat ad eos qui esse videbantur sapientes; dein vero transitum facit ad personam ejus qui principatum sortitus erat, et ait: Ubi sunt sapientes tui nunc? Et annuntient tibi, et dicant quid consilii ceperit Dominus Sabaoth de Ægypto. Etenim, inquit, si non sunt impostores et deceptores, et scurræ, si non falsa prædicare solent, nisi ex suo pectore solo loquantur, non ab ore Domini: disce ab illis quæ Ægyptiis impendent, et quæ ex consilio Domini Sabaoth primo quoque tempore sunt eventura. Insultat quasi illis qui Deum non cognoverunt, sed velut in profundis tenebris jacuerunt, eo quod idolorum cultui affligerentur. Gravissimum igitur, imo vero prorsus frustraneum, imposturis falsorum vatum confidere. Cum enim futura et quæ Deus infert, omnino ignorent, coacervandi argenti materiam faciunt artem pseudomanticam, vaticinationes, et a Deo audire se fingunt quæ suo solo arbitratu eructant, animumque eorum qui ipsis adhærent, excantant. Loquuntur enim quæ placent aliis, illud dicunt solum quod voluptati esse audientibus conjiciunt. Cæterum divina lex præcipit ab hujus-

[87] Job XII, 14.

Digitized by Google

modi hominibus recedere. Habet enim sic : « Si ingressus sis in terram quam dat tibi Dominus Deus tuus, non disces facere secundum abominationes gentium earum. Non invenietur in te qui lustrat filium suum vel filiam suam igni, aut vaticinans vaticinium, vel ariolus, vel augur, vel qui veneficiis incantat, aut ventriloquus, vel qui ostenta considerat, aut qui interrogat mortuos. Etenim abominatio Domino Deo tuo quicunque talia facit [58]. » Adjungit porro his, et ait : « Perfectus eris coram Domino Deo tuo [59]. » Nam gentes illæ quas tu hæreditate possides, ariolationes et vaticinationes audiunt. Tibi vero non sic dedit Dominus Deus tuus : « Prophetam de fratribus tuis excitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audietis per omnia, **290** quæcunque loquetur vobis [60]. » Omnino enim Dei amore vacuus erit, et pietatis ornamentis nudabitur, qui vaticiniis, ariolationibus, auguriis et incantatorum fucis animum adhibuerit. At is spei bonæ vere plenus erit, qui evangelicis oraculis animum intenderit, et his quæ Christus dicit, veritatis calculum attulerit. Siquidem ille est prophetarum Dominus, et omnis cognitionis largitor, etiamsi pro mensura humanitatis propheta nominetur.

VERS. 13-15. *Defecerunt principes Taneos, et evecti sunt principes Mempheos, et decipient Ægyptum secundum tribus. Dominus enim confudit eos spiritu erroris, et deceperunt Ægyptum in omnibus operibus ejus, sicut errat ebrius et vomens simul; nec ullum opus habent Ægyptii quod faciat caput et caudam, principium et finem.*

Deridet nobis quodammodo falsorum vatum nugas et vanitates in hisce verbis sermo propheticus. Ægyptiorum enim præfectus, qui cum ipso semper erant præstigiatores et vanos vates, qui etiam nominabantur sophi, interrogavit in quem tandem finem exspectata devenirent. Postquam autem consilio frustrati sunt, et mendacii convicti, nullusque esset qui consilii utilis viam indicaret, nihili facti sunt, ac alii deinceps sapientes quærebantur : et quidam mirabantur principes Mempheos, id est, sacerdotes et magos, qui, inquam, Memphin incolebant. Eximii enim quasi videbantur hi tum temporis, et cum ad magicæ peritiæ summum pervenissent fastigium, omni veneratione digni idololatris habebantur. Defecerunt igitur, inquit, principes Taneos, id est, pro nihilo habiti sunt, et summi ac admirabiles regi ac omnibus qui circum illum erant esse visi sunt Memphitarum præsides et antistites. Verum seduxerunt et illi Ægyptum secundum tribus, id est, oppidatim et vicatim, non viritim solum, sed etiam catervatim. Habebant enim illis fidem, etiamsi quod e re esset nihil dicerent : nam quomodo confisi sunt ? Dominus enim, inquit, confudit eos spiritu erroris, id est, omnem veritatis sermonem ab eorum lingua excussit, ut nihil veri

A τάττει νόμος τῶν τοιούτων ἀποφοιτᾷν. Ἔχει γὰρ οὕτως· « Ἐὰν εἰσέλθῃς εἰς τὴν γῆν ἣν Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι, οὐ μαθήσῃ ποιεῖν κατὰ βδελύγματα τῶν ἐθνῶν ἐκείνων. Οὐχ εὑρεθήσεται ἐν σοὶ περικαθαίρων τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἢ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, μαντευόμενος μαντείαν, κληδωνιζόμενος, καὶ οἰωνιζόμενος, φαρμακὸς, ἐπᾴδων, ἐγγαστρίμυθος, καὶ τερατοσκόπος, καὶ ἐπερωτῶν τοὺς νεκρούς. Ἔστι γὰρ βδέλυγμα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου πᾶς ποιῶν ταῦτα. » Προσεπάγει δὲ τούτοις καὶ φησί· « Τέλειος ἔσῃ ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου. » Τὰ γὰρ ἔθνη ταῦτα, οὓς σὺ κατακληρονομεῖς αὐτοὺς, οὗτοι κληδωνισμῶν καὶ μαντειῶν ἀκούσονται. Σοὶ δὲ οὐχ οὕτω δέδωκεν Κύριος ὁ Θεός σου· « Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου ἀναστήσει σοι Κύριος ὁ Θεός σου, αὐτοῦ ἀκούσεσθε B κατὰ πάντα ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς. » Ἀφιλόθεος γὰρ παντελῶς, καὶ τῶν εἰς εὐσέβειαν αὐχημάτων ἔσται γυμνὸς ὁ μαντείαις προσέχων καὶ κληδωνισμοῖς, οἰωνοσκοπίαις τε καὶ τοῖς τῶν γοητῶν φαρμακισμοῖς. Ἐλπίδος γε μὴν ἀγαθῆς ἐπίμεστος ἀληθῶς, ὁ τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασι προσέχων τὸν νοῦν, καὶ οἷς ἂν λέγοι Χριστὸς, τὴν τῆς ἀληθείας ψῆφον ἐπιτιθείς. Καὶ γάρ ἐστι προφητῶν Δεσπότης, καὶ ἁπάσης γνώσεως χορηγὸς, εἰ καὶ προφήτης ὠνόμασται, διάτοι τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον.

Ἐξέλιπον οἱ ἄρχοντες Τάνεως, καὶ ὑψώθησαν 187
οἱ ἄρχοντες Μέμφεως, καὶ πλανήσουσιν Αἴγυπτον κατὰ φυλάς. Κύριος γὰρ ἐκέρασεν αὐτοῖς πνεῦμα πλανήσεως, καὶ ἐπλάνησαν Αἴγυπτον ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτῶν, ὡς πλανᾶται ὁ μεθύων, καὶ ὁ ἐμῶν ἅμα. Καὶ οὐκ ἔσται τοῖς Αἰγυπτίοις ἔργον, ὃ ποιήσει κεφαλὴν καὶ οὐρὰν, ἀρχὴν καὶ τέλος.

Ἐπιμειδιᾷ τρόπον τινὰ τοῖς τῶν ψευδολόγων ἀθύρμασι, καὶ κενοφωνίαις ὁ προφητικὸς ἡμῖν ἐν τούτοις λόγος. Ἦρετο μὲν ὁ τῶν Αἰγυπτίων ἡγούμενος τοὺς ἀεὶ συνόντας αὐτῷ, γόητάς τε καὶ ψευδομάντεις, οἳ καὶ ὠνομάζοντο σοφοί. Πρὸς ποῖον αὐτῷ καταντήσει τέλος τὰ προσδοκώμενα. Ἐπειδὴ δὲ βουλῆς ἡμάρτανον, καὶ ψευδοεποῦντες ἠλέγχοντο, καὶ οὐδεὶς ἦν αὐτοῖς ὁ βουλῆς ὀνησιφόρου καὶ σκεμμάτων ἐπωφελῶν εἰσκομίζων ὁδόν. Κατελόγισθησαν μὲν εἰς οὐδὲν, ἕτεροι δὲ λοιπὸν ἐζητοῦντο σοφοί· καὶ δὴ καὶ τεθαυμάκασί τινες τοὺς ἄρχοντας Μέμφεως, τοῦτ' ἔστι, τοὺς ἱερεῖς τε καὶ μάγους, τοὺς κατά γέ φημι τὴν Μέμφιν. D Ἀπόλεκτοι γὰρ ὥσπερ ἐδόκουν εἶναι τὸ τηνικάδε, καὶ μαγικῆς ἐμπειρίας εἰς ἄκρον ἐληλακότες τοῦ παντὸς ἄξιοι λόγου τοῖς εἰδωλολάτραις ἐφαίνοντο. Ἐξέλιπον τοίνυν, φησὶν, οἱ ἄρχοντες Μέμφεως, τοῦτ' ἔστι, κατελογίσθησαν εἰς οὐδὲν, ὑψηλοί τε εἶναι καὶ τεθαυμασμένοι παρά τε τῷ βασιλεῖ καὶ ἅπασι τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἔδοξαν εἶναι τῆς Μέμφεως οἱ προεστηκότες. Πλὴν πεπλανήκασι καὶ αὐτοὶ τὴν Αἴγυπτον κατὰ φυλὰς, τοῦτ' ἔστι, κατὰ πόλεις καὶ κώμας· καὶ οὐ καθ' ἕνα μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ κατὰ πληθύν. Τέταρσήκασι γὰρ αὐτοῖς, καίτοι τῶν ἀναγκαίων οὐδὲν ἔχουσιν εἰπεῖν· τεθαρσήκασι γὰρ τίνα τρόπον; Κύριος γὰρ, φησὶν, ἐκέρασεν αὐτοῖς πνεῦμα πλανήσεως,

[58] Deut. xviii, 10-12. [59] ibid. 13. [60] ibid. 15.

Digitized by Google

τοῦτ' ἔστι, πάντα λόγον ἀληθείας ἀπετίναξε τῆς γλώττης αὐτῶν, ὡς μηδ' ὁτιοῦν ἰσχῦσαι τῶν ἀληθῶν ἢ νοεῖν ἢ λέγειν. Οὐ γὰρ ἔδει ταῖς τῶν εἰδωλολατρούντων γλώσσαις ἐνιζῆσαι τὴν ἀλήθειαν. Πεπλανήκασι τοίνυν τὴν Αἴγυπτον, ὡς πλανᾶται ὁ μεθύων καὶ ὁ ἐμῶν ἅμα. Ἔθος γὰρ τοῖς μεθύουσι, τὸ ταῖς ἐξ ἐμέτων περιπίπτειν ἀκαθαρσίαις. Ταύτῃτοι, φησίν· Οὐκ ἔσται τοῖς Αἰγυπτίοις ἔργον, ὃ ποιήσει κεφαλὴν καὶ οὐράν, ἀρχὴν καὶ τέλος. Οὐδὲ γὰρ ἐγχειρημάτων ἅψονται νεανικῶν. Τοῦτο γὰρ ἀρχὴ καὶ κεφαλή. Οὔτε μὴν εἰς εὐκταιότατον αὐτοῖς καταντήσει τέλος τὰ δρώμενα· τοῦτο γὰρ ἡ οὐρὰ καὶ τὸ τέλος· πᾶσα γὰρ σκέψις ἀνθρώπων ἀνόνητος, καὶ πᾶν ἐπικούρημα σαθρὸν, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ὀνῆσαι δυνάμενον· Θεοῦ γὰρ κακοῦντος, ὡς ἔφην, καὶ χεῖρα τὴν παναλκῆ τοῖς ἀποσκιρτῶσιν ἐπάγοντος, καὶ εἰς τὸ αὐτῷ δοκοῦν μετατρέποντος τῶν πραγμάτων τὰς φύσεις. A B

Τῇ δὲ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσονται οἱ Αἰγύπτιοι ὡς αἱ γυναῖκες ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ, ἀπὸ προσώπου τῆς χειρὸς Κυρίου Σαβαὼθ, ἣν αὐτὸς ἐπιβαλεῖ ἐπ' αὐτούς. Καὶ ἔσται ἡ χώρα τῶν Ἰουδαίων τοῖς Αἰγυπτίοις εἰς φόβητρον. Πᾶς ὃς ἂν ὀνομάσῃ αὐτὴν αὐτοῖς φοβηθήσονται, διὰ τὴν βουλὴν ἣν βεβούλευται Κύριος ἐπ' αὐτήν.

VERS. 16, 17. *Die vero illa erunt Ægyptii velut mulieres in timore et in tremore a facie manus Domini Sabaoth, quam ille injiciet eis. Et erit regio Judæorum Ægyptiis terrori. Si quis nominaverit eam ipsis, expavescent ob consilium quod decrevit in illam Dominus.*

Οἱ γὰρ πάλαι θρασεῖς καὶ ἀνήμεροι, καὶ κινδύνου παντὸς καταφρονηταὶ, περιδεεῖς ἔσονται, φησὶ, καὶ τεθρυμμένην εὑρήσουσιν ἐν ἑαυτοῖς τὴν καρδίαν, ὡς γυναικῶν τῶν ἀσθενεστάτων ἀποδεῖν οὐδὲν, ἀλλ' οἱονείπως εἰς θηλυπρεπὲς ἀνανδρίας κατολισθεῖν. Πρόφασις δὲ αὐτοῖς τοῦ δείματος, καὶ τῆς ἐπὶ τούτῳ πτοίας, ἡ χεὶρ ἔσται Κυρίου Σαβαὼθ, ἣν αὐτὸς ἐπιβαλεῖ ἐπ' αὐτούς. Χεῖρα δὲ Κυρίου Σαβαὼθ ἐν τούτοις τὸ παναλκὲς θέλημα τοῦ Θεοῦ διορίζεται τῇ Ῥωμαίων βασιλείᾳ τὸ τῶν Αἰγυπτίων ὑποφέροντος ἔθνος. Ἅμαχος δὲ παντελῶς ἡ θεία βουλὴ, καὶ τοῖς τῆς ἀνωτάτω φύσεως σκέμμασι τὸ δοκοῦν πᾶσά πως ἀνάγκη διαπεραίνεσθαι. Ἔσται δὲ πρὸς τούτοις ἡ χώρα τῶν Ἰουδαίων τοῖς Αἰγυπτίοις εἰς φόβητρον· καὶ τί δὴ ἄρα φησὶν ἐν τούτοις, εἴδωμεν ἀκριβῶς· ἀσαφὲς γὰρ λίαν τὸ δηλούμενον. Οὐκοῦν ἐσώζετο μὲν πάλαι τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα προασπίζοντος Θεοῦ, καὶ δυσκαταγώνιστον αὐτὴν ἀποφαίνοντος ἁπάσαις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ταῖς ἐν κύκλῳ βασιλείαις τῶν ἐθνῶν. Ἀλλὰ καίτοι τοσοῦτον ἔχουσα τὸν ἐπίκουρον, ἥλω καὶ γέγονεν ὑπὸ Ῥωμαίοις, καὶ ἐμπέπρησται μὲν πᾶσα πόλις, κένανδροι δὲ μεμενήκασιν οἶκοί τε καὶ κῶμαι. Καὶ ποία γέγονεν αὐτοῖς ἡ τοῦ ἁλῶναι πρόφασις; Ἡ βουλὴ δηλονότι Κυρίου, ἣν καὶ ἐπ' αὐτῇ βεβούλευται. Παραδέδοται γὰρ καὶ αὐτὴ ταῖς ἄλλαις ὁμοῦ τῇ Ῥωμαίων πανσθενεστάτῃ χειρί. Ἔσται τοίνυν ἡ χώρα τῶν Ἰουδαίων τοῖς Αἰγυπτίοις εἰς φόβητρον. Οἱ μὲν γὰρ τῶν ψευδομάντεων λόγος παραθαρσύνειν ἤθελον, ὅτι καὶ ἀμείνους ἔσονται τῆς τῶν ἐπιόντων χειρὸς, καὶ κρατήσουσιν ἀντεξάγοντες. Τὸ δὲ δὴ παραδεδόσθαι καὶ αὐτὴν αὐτοῖς τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν, καίτοι Θεὸν ἔχουσαν τὸν ὑπεραθλοῦντά ποτε, πάνδεινον αὐτοῖς ἐνετίθει τὸ δεῖμα. Προσεδόκησαν γὰρ ἐντεῦθεν, πάντη τε καὶ πάντως τοῖς καταδηοῦν ἐθέλουσιν ὑποκεῖσθαι, παθούσης τοῦτο καὶ τῆς Ἰουδαίων γῆς, C D

Qui enim olim audaces et immites et omnium periculorum contemptores fuerunt, pavidi, inquit, et fracto corde erunt, ut a mulieribus infirmissimis nihil differant, sed tanquam muliebriter effeminentur. Causa vero metus et terroris hujus, manus erit Domini Sabaoth, quam ipse injiciet eis. Manus Domini Sabaoth hic definitur esse omnipotens voluntas Dei, Ægyptiacam gentem Romanorum regno subjiciens. Invictum est divinum consilium, et quod supremæ naturæ placuerit, prorsus confici necesse est. Erit præterea regio Judæorum terrori Ægyptiis. Quid autem hic dicat, consideremus diligenter; valde enim obscurum est quod dicitur. Itaque conservata quidem olim est Judæorum regio, propugnante Deo, ita ut nulla, ut ita dicam, regna gentium quæ circumcirca sunt, expugnare potuerint. Cæterum licet tantum haberet opitulatorem, capta est, et Romanis subjecta, et omnes urbes incensæ, et domus juxta ac vici viris vacui remanserunt. Et quæ tandem causa fuit ut caperentur? Consilium nimirum quod contra illam **292** decrevit Dominus. Tradita enim est et ea una cum aliis Romanorum manui potentissimæ. Erit ergo regio Judæorum Ægyptiis terrori. Falsi enim vates, suis verbis animum addere illis voluerunt, quod et manu invadentium robustiores essent, et, si opponerent se, superarent. Verum cum ipsa Judaica regio etiam quæ Deum victorem olim habebat, illis tradita sit, hoc gravissimum timorem ipsis injecit. Exspectarunt enim inde semper, ut quibuslibet populaturis subjicerentur, cum, ut dixi, Judaicæ terræ hoc accidisset : non quod is qui servat, debilior esset, sed quod suo eam subjiceret nutui, et Romanorum sceptris submitteret. Aliis placet etiam aliter hoc quod proponitur intelligere. Postquam enim visitavit in uni-

Digitized by Google

versum Ægyptios, et a tenebris in lucem translulit universitatis Deus, et a ritu idololatrico traduxit, deditque ut de cætero cognoscerent quis esset natura ac vere Deus, ac universitatis fabricator (crediderunt enim in Christum, et per illum et in illo noverunt quoque Patrem) hinc ait, propter magnam ipsorum probitatem et religionem, ipsis fore regionem Judæorum terrori. Terrori autem cum dicit, metum ex pietate intelliges profectum. Colunt enim omnes Hierosolyma, eo quod ibi natus fuerit Christus, et crucem pro mundi salute pertulerit, et in monumento positus, denuo revixerit, adque Patrem emigrarit. Olim quippe Ægyptiorum odio flagravit Judæorum regio, erat enim pugnans et discrepans eorum religio. Illi enim creaturam et opera suarum manuum adoraverunt; hi vero sanctissimo Deo servierunt, et legibus ejus gubernati, sinceræ conversationis imitatores exstiterunt. Hæc igitur quondam invisa regio, terror veluti quidam, et religionis erit causa et materia, propterea quod in ea Christus natus fuerit, ut dixi, qui ex tenebris eos ad mirabilem ipsius lucem vocavit.

τοῖς παρ' αὐτοῦ διοικούμενοι νόμοις, τῆς εὐαγοῦς μένη χώρα ποτὲ, φόβητρον ὥσπερ τι καὶ εὐλαβείας Χριστὸν, ὡς ἔφην, τὸν ἐκ σκότους αὐτοὺς καλέσαντα

VERS. 18. *Die illa quinque civitates in Ægypto loquentur lingua Chananæa, et jurabunt nomine Domini. Civitas Asedec vocabitur una civitas.*

Mirari quis poterit in his, et valde quidem merito, argutam et exquisitam beati prophetæ tractationem, qui **293** eorum prorsus nihil ignoravit, quæ regioni Ægyptiorum adventus tempore essent futura : qui et sigillatim prædicit particularia, et quomodo evangelica prædicatio suscepta fuerit, clare disserit. Loquentur, inquit, quinque civitates in Ægypto lingua Chananæa, id est, Syrorum vel Palæstinorum. Una enim lingua loquuntur Phœnices et Palæstini. Sunt autem contermini sibique ipsis contigui Palæstini et Ægyptii, nec quidquam est intermedium, sed statim in extremis finibus Ægypti quæ ad orientem et ad mare spectat, inquam, Palæstinæ terræ primi introitus et quasi fauces apparent. Confinis igitur Chanaan Ægyptus : ideoque civitates illæ in confinio Ægypti, primum Evangelii receperunt prædicationem : fuerunt autem hæ quinque, quarum primam eam quæ nunc Rhinocoruretarum est, dicimus. Loquuntur enim etiam lingua Chananæa. Illis enim urbibus studio est, non tantum operæ curæque in Ægyptiorum sermone, quantum in Syriaca lingua ponere. Quidam etiam narrant in suis scriptis Josephum diserte commemorare quemdam nomine Joniam ministerio functum inter eos qui sanguine Levitico oriundi sunt, et sacerdotio ex lege ornatum simul, qui ut ex terra Judaica demigrasset, quod simultatem cum quodam cognato suo exercuisset, vel forte persecutionem perpessus fuisset, ad quinque has urbes finitimas Chanaan pertigisse. Hic, inquit, infinita coacta Ju-

ὡς ἔφην, οὐκ ἠσθενηκότος τοῦ διασώζοντος, ἀλλ' ἰδίοις καὶ αὐτὴν ὑποτιθέντο; νεύμασιν, καὶ τοῖς Ῥωμαίων σκήπτροις ὑπάγοντος. Δοκεῖ δέ τισι καὶ ἑτέρως νοεῖν τὸ προκείμενον. Ἐπειδὴ γὰρ ὅλως ἐπεσκέψατο τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ μετεκόμισεν ἐκ σκότους εἰς φῶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ ἀπέστησε μὲν τῆς τῶν εἰδωλολατρείας ἐθῶν, δεδώρηται δὲ τὸ εἰδέναι λοιπὸν, τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστι Θεὸς, καὶ τῶν ὅλων δημιουργός. Πεπιστεύκασι γὰρ εἰς Χριστόν· ἐγνώκασι δὲ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τὸν Πατέρα. Ταύτῃ τοι, φησὶν, ἐκ πολλῆς ἄγαν ἐπιεικείας τε καὶ εὐλαβείας, ἔσται αὐτοῖς ἡ χώρα τῶν Ἰουδαίων εἰς φόβητρον. Τὸ δὲ εἰς φόβητρον ὅταν λέγῃ, νοήσεις τὸν ἐκ τῆς εὐλαβείας φόβον. Τιμῶσι γὰρ ἅπαντες τὰ Ἱεροσόλυμα, διά τοι τὸ ἐκεῖσε γενέσθαι Χριστὸν, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας ἀνατλῆναι σταυρὸν, τεθῆναί τε ἐπὶ μνήματος, ἀναβιῶναί τε αὖ, καὶ ἀναβῆναι πρὸς τὸν Πατέρα. Πάλαι μὲν οὖν μεμίσητο παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα· καὶ γὰρ ἦν μαχόμενος αὐτοῖς τῆς θρησκείας ὁ τρόπος. Οἱ μὲν γὰρ προσεκύνουν τῇ κτίσει, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν· οἱ δὲ λελατρεύκασι τῷ παναγίῳ Θεῷ, καὶ πολιτείας γεγόνασιν ἐπιμεληταί. Ἡ τοίνυν μεμισημένη αὐτοῖς ὑπόθεσις ἔσται, διάτοι τὸ ἐν αὐτῇ γενέσθαι πρὸς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς.

Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσονται πέντε πόλεις ἐν Αἰγύπτῳ λαλοῦσαι τῇ γλώσσῃ τῇ Χαναϊτιδι, καὶ ὀμνύουσαι τῷ ὀνόματι Κυρίου. Πόλις Ἀσεδὲκ κληθήσεται ἡ μία πόλις.

Καταθαυμάσειεν ἄν τις καὶ σφόδρα εἰκότως τῆς ἐν γε τούτοις ἰσχνομυθίας τὸν μακάριον προφήτην, καὶ ἠγνοηκότα μὲν παντελῶς οὐδὲν τῶν ἐσομένων, κατὰ τοὺς τῆς ἐπιδημίας καιροὺς τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ. Προαναφωνοῦντα δὲ τὰ καθ' ἕκαστον, τίνα τρόπον τὸ εὐαγγελικὸν παρεδείχθη κήρυγμα διαγορεύοντα σαφῶς. Ἔσονται τοίνυν, φησὶ, πέντε πόλεις ἐν Αἰγύπτῳ λαλοῦσαι τῇ γλώσσῃ τῇ Χαναϊτιδι, τοῦτ' ἔστι τῇ Σύρων, ἤτοι τῇ κατὰ τὴν Παλαιστίνην. Μιᾷ γὰρ λαλοῦσι γλώσσῃ Φοίνικες καὶ Παλαιστινοί. Ἀγχιτέρμονες δὲ πάλιν ἀλλήλοις εἰσὶ Παλαιστινοί τε καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ τὸ μεσολαβοῦν οὐδὲν, ἀλλ' ἐν τοῖς τῆς Αἰγύπτου πέρασι, τοῖς πρός γέ φημι τὴν Ἑω, καὶ θάλασσαν τῆς Παλαιστινῶν γῆς, αἱ πρῶται λοιπὸν ἀνίσχουσιν εἰσβολαί. Ὅμορος τοίνυν τῇ Χαναναίων ἡ Αἰγυπτίων. Ταύτῃ τοι καὶ αἱ πρὸς τοῖς πέρασι τῆς Αἰγύπτου πόλεις, πρῶτον παραδέχονται τὸ σωτήριον κήρυγμα· πέντε δὲ αὗται, ὧν δὴ καὶ πρώτην εἶναί φαμεν τὴν νυνὶ Ῥινοκορουρητῶν. Λαλοῦσι μὲν καὶ τῇ γλώσσῃ Χανανίτιδι. Ἐσπούδασται γὰρ τοῖς ἐν ταύταις ταῖς πόλεσιν, οὐχὶ τῆς Αἰγυπτίων φωνῆς μεταποιεῖσθαι τοσοῦτον, ὅσον τῆς Σύρων. Φασὶ δέ τινες ἐν ἰδίαις συγγραφαῖς διαμνημονεῦσαι σαφῶς τὸν Ἰώσηπον, ὅτι τῆς Ἰουδαίων ἀποφοιτήσας γῆς, Ἰωνίας τις ὀνόματι τελῶν ἐν τοῖς ἐξαίμασι τοῦ Λευΐ καὶ τῇ κατὰ νόμον ἱερωσύνῃ τετιμημένος, ὡς ὁμόρους τῶν Χαναναίων τὰς πέντε ταυτασὶ κατελάβετο πόλεις, φιλονεικήσας πρός τινας τῶν ὁμογενῶν, ἢ τάχα που καὶ δίωξιν ὑπομείνας. Οὕτως, φησὶν, οὐκ εὐαρίθμητον Ἰουδαίων πληθὺν συμ-

Digitized by Google

ἀγηγερκὼς, κατῴκηκεν ἐν μιᾷ τῶν πέντε τουτωνὶ πόλεων, ἥ καὶ ὠνόμασται πόλις Ἀσεδὲκ, τοῦτ' ἔστι δικαιοσύνης. Ἐντεῦθέν φασι τοὺς πρὸς τοῖς Αἰγυπτίων τέρμασι κατηθίσθαι τε καὶ ἀγαπᾷν τῇ τῶν Χαναναίων γλώσσῃ λαλεῖν. Μαθήσονται δέ φησι καὶ ὀμνύειν τῷ ὀνόματι Κυρίου. Παράδοξον δὲ καὶ τοῦτο. Ἔθος μὲν γὰρ τοῖς ματαίων προσκυνηταῖς ὅρκιον ποιεῖσθαι τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν τῶν τοῦ κόσμου στοιχείων. Οἱ μὲν γὰρ τὸν οὐρανὸν ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ τὸν ἥλιον, ἕτεροι δὲ καὶ τὰ ἐν σηκοῖς χειρότευκτα· διαμέμνηνται δὲ κατ' οὐδένα τρόπον τοῦ κατ' ἀλήθειαν Θεοῦ· οὐ γὰρ ἐγνώκασιν αὐτόν. Τῶν γε μὴν ἐπεγνωκότων ἤδη καὶ πεπιστευκότων, ἐστὶ τὸ καὶ ὀμνύειν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Οὕτω καὶ ὁ πάνσοφος Μωσῆς τῆς ἐν Αἰγύπτῳ λατρείας ἐκπεφοιτηκότα τὸν Ἰσραὴλ πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ κατ' ἀλήθειαν Θεοῦ προσεκόμιζε λέγων· « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Προστίθει δὲ τούτοις, ὅτι Καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ὀμῇ. Ἀπόδειξις τοίνυν ἐναργὴς τοῦ παραδέξασθαι τὴν πίστιν τὰς πέντε ταύτας πόλεις, τὸ ὀμνῦναι μὲν ἐπ' οὐδενὶ τῶν ματαίων, δέχεσθαι δὲ μᾶλλον εἰς ὅρκου χρείαν τὸ ὄνομα Κυρίου.

A dærorum multitudine, ad unam harum quinque civitatum commigravit, quæ etiam civitas Asedec, id est, justitiæ, dicta est. Hinc aiunt eos in ora Ægyptiorum solitos linguam sonare Chananæorum. Discent etiam, inquit, jurare nomine Domini. Hoc etiam plane est incredibile. Est enim solemne vanitatum cultoribus, juramentum pro suo cujusque arbitratu, mundi elementis nuncupare. Alii enim cœlestia nominant, alii solem, alii etiam in adytis manufacta, sed nullo modo veri Dei mentionem fecerunt, quem ne noverunt quidem. Agnoscentium autem et credentium munus et officium est, etiam in nomine ipsius jurare. Sic etiam Moses sapientissimus Israelem ab Ægyptiaco cultu demigrantem ad agnitionem veri Dei traduxit, dicens: « Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies [61]. » Apposuit illud quoque, Nomine ejus jurabis. Argumentum est igitur et demonstratio evidens, illas quinque urbes fidem admisisse, quod in nullo vano idolo juraverint, sed ad jurisjurandi usum nomen Domini sumpserint.

B

Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ Αἰγύπτου, καὶ στήλη πρὸς τὸ ὅριον αὐτῆς τῷ Κυρίῳ· καὶ ἔσται εἰς σημεῖον εἰς τὸν αἰῶνα τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ Αἰγύπτου.

Ἡ μὲν γὰρ Αἰγυπτίων σύμπασα γῆ τεμένεσί τε πεπλήθει καὶ μεμέστωτο βωμῶν· σπονδαὶ δὲ ἦταν καὶ θυσίαι πανταχῇ, τοῦτο μὲν τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις προσκομιζόμεναι παρ' αὐτῶν· τοῦτο δὲ, ὡς ἔφην, καὶ τοῖς ἐν σηκοῖς ἱδρυμένοις ἀγάλμασι δηλονότι καὶ δαιμονίων στήλαις. Καὶ τί τοῦτο λέγω, ὅτε καὶ ἀλόγων ζώων ἀναθέντες μορφὰς, τὴν Θεῷ πρέπουσαν δόξαν αὐτοῖς ἐχαρίζοντο; Ὅρα τοίνυν ἐξ οἵων εἰς οἷα μεταπέπτωκε τὰ Αἰγυπτίων πράγματα. Οἱ γὰρ πάλαι τῶν ἄλλων ἁπάντων δεισιδαιμονέστεροι, καὶ ἀχαλίνως νενευκότες εἰς τὸ ἐξήνιον, τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, φησὶ, τοῦτ' ἔστι, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃ ἂν ἐπιλάμψῃ παρ' αὐτοῖς τὸ σωτήριον κήρυγμα, παραδέξονται τὴν προσκύνησιν τοῦ φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντος Θεοῦ. Ἔσται γὰρ θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ τῶν Αἰγυπτίων. Ἔμφασιν ἔχει πολλὴν ὁ λόγος. Εἴρηται γὰρ μετὰ θαύματος. Πῶς γὰρ οὐ παράδοξον τὸ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Αἰγυπτίων χώρᾳ, θυσιαστήριον ὁρᾶσθαι Κυρίου; Καὶ πρός γε τούτῳ, καὶ στήλην πρὸς τὸ ὅριον αὐτῆς τῷ Κυρίῳ. Στήλην δὲ, φησὶν, ἐν τούτοις, ὡς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, ἢ ναὸν ἅγιον Θεοῦ, τοῦτ' ἔστι τὴν Ἐκκλησίαν, ἢ τάχα που καὶ πρώτη τῶν ἄλλων ἐγήγερται πρὸς τὸ ὅριον αὐτῆς, ἤγουν τὸ τοῦ ἁγίου σταυροῦ σημεῖον, ᾧ περιφράττεσθαι τοὺς πιστεύοντας ἔθος. Κεχρήμεθα γὰρ ἀεὶ τῷ πράγματι, πᾶσαν διαβολικὴν ἐπήρειαν ἀνατρέποντες, καὶ τὰς τῶν δαιμονίων ἐφόδους διακρουόμενοι. Τεῖχος γὰρ ἡμῖν ἄῤῥηκτον ὁ σταυρὸς, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ καύχημα σωτήριον ἀληθῶς· « Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ. » Παράδοξα τοίνυν, τὰ ἐκ τῆς προφητείας πρωηγορευμένα

C

D

Vers. 19. *Die illa erit altare Domino in regione Ægyptiorum, et columna ad confinia ejus Domino, et erit in signum, et testimonium in æternitatem Domino in regione Ægypti.*

Terra enim omnis Ægyptiorum fanis abundabat, et aris plena erat: passim liba erant, et sacrificationes, tum mundi elementis, tum etiam, ut dixi, imaginibus quæ in fanis collocabantur, oblatæ, et dæmoniorum erant columnæ. At quid hoc dico, cum etiam animantium ratione carentium erectis formis, gloriam quæ Deo congruit, his attribuerint? Vide itaque ex quibus Ægyptiacæ res conversæ et collapsæ sunt. Qui enim quondam aliis omnibus superstitiosiores fuerunt, et effrenate laxis habenis proruerunt: illa, inquit, die, id est, ex eo tempore quo salutaris prædicatio his illucescet, cultum naturalis et veri Dei amplectentur. Erit enim altare Domino in regione Ægyptiorum. Emphasim magnam et vim habet hæc oratio, quippe non sine admiratione dictum. Annon enim est ab opinione ac fide alienum et plane paradoxum etiam in ipsa regione Ægyptiorum, altare Domini videri, et ad hæc etiam columnam ad confinia ejus Domino? Columnam vero hic dicit, ut mihi videtur, vel templum sanctum, hoc est Ecclesiam, quæ forte prima aliarum ad confinia ejus excitata est: vel sanctæ crucis signum, quo obsepiri credentes solent et communiri. Usi enim semper sumus hac re, cum omnem diaboli insultum evertimus, et dæmonum impetus infringimus. Murus enim infractus est nobis crux, et in ea est gloriatio, vere salutem afferens. Idcirco Paulus sapiens scribit: « Absit vero ut ego glorier, nisi in cruce Christi [62]. » Mirabilia erant igitur et supra opinionem vulgarem, quæ tunc prophetice prædicta fuerunt, et nunc etiam ad finem sunt perducta. Aræ enim ex-

[61] Deut. VI, 13. [62] Galat. VI, 14.

Digitized by Google

stiterunt Domino complures et innumerabiles per Ægyptum : et crucis signum incolis venerabile. Etenim in Dominum **295** nostrum Jesum Christum credidérunt. Nonnullis autem expositorum placuit, pro columna titulum dicere, eumque ferunt esse hunc sacrosanctum Evangelium. Judicet autem rursus prudens, quid optimum, et quid rectissimum esse videatur.

VERS. 20, 21. *Quia clamabunt ad Dominum propter afflictantes se, et mittet illis Dominus hominem qui servabit eos, et notus erit Dominus Ægyptiis, et cognoscent Dominum Ægyptii in die illa, et facient sacrificia, et vovebunt vota Domino, et reddent.*

Contemplare mihi iterum prophetiæ egregiam et artificiosam vigilantiam. Nam perinde quasi interroget quispiam, ac dicat : Quid hoc rei est? quid causæ, ut Dominus veniret in Ægyptum in nube levi, atque hoc et illud gratis conferret? præoccupans propheta respondet et ait : Quia clamabunt ad Dominum propter affligentes se, et mittet ipsis Dominus hominem qui servabit eos. Insultavit etenim peccati pater, id est Satanas, universæ terræ incolis, et nequitiæ suæ jugo imposito omnibus, velut a septis divinæ charitatis abduxit, et tantum non ligatos habens apud se rigide et impie vi coercuit. Cæterum rei natura gravem et non ferendam in se habens violentiam, contra tyrannidem ejus vociferata est. Sic intelliges clamasse Ægyptios. At qui verum non sit dicere, eos qui natura universitatis Dominum cognorant, omnino ad ipsum non clamasse? At enim quemadmodum sanguis Abelis clamasse dictur ad Deum, etiamsi ipse propriam vocem prorsus non habeat, sed quod ipsam quasi rei indignitatem Deus prosequatur : ad eumdem puto modum intelligere quis poterit, de his etiam qui adorare solebant immundos spiritus. Etsi enim universitatis Deum non habebant cognitum, tamen quia vim passi sunt a Satana, ipsa quodammodo re exclamarunt, omnino sibi auxilium implorantes. Sic clamasse dicimus et Ægyptios ad Deum propter afflictantes eos, id est, sub manum eorum ac potestatem redigentes, et velut acerbissima quadam servitute opprimentes, videlicet impuros dæmonas. Cæterum mittet illis Dominus hominem qui conservaturus est eos. Quis tandem homo? annon Christus scilicet, in humana **296** forma natus, unigenitum Dei Verbum, hic servavit, non Ægyptios modo, sed porro etiam terram universam? Servavitque judicans. Et quid est illud, judicans? scilicet, justum in eos judicium pronuntians. Satanam enim qui vim intulit, et cum eo ipsos impuros dæmonas calculo sancto subjecit, catenis tenebrarum in Tartaro custodivit, tradiditque ut in judicium magni diei puniendi servemur. Qui porro tyrannidem sustinuerunt, eos conservavit et eripuit, et suos effecit cultores : ve-

A τὸ τηνικάδε, νυνὶ δὲ δὴ καὶ εἰς πέρας ἐκβεβηκότα. Θυσιαστήριον γὰρ τῷ Κυρίῳ· πλεῖστά τε ὅσα, καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα, κατὰ τὴν Αἰγυπτίων· καὶ τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον τοῖς ἐνοικοῦσι προσκυνητόν. Πεπιστεύκασι γὰρ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Ἔδοξε δέ τισι τῶν ἐξηγητῶν, ἀντὶ τῆς στήλης τίτλον ὀνομάσαι, καί φασιν εἶναι τοῦτο τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον. Δοξαζέτω δὲ πάλιν ὁ νουνεχὴς τὸ ὡς ἀριστά τε καὶ εὖ ἔχειν δοκοῦν.

Ὅτι κεκράξονται πρὸς Κύριον διὰ τοὺς θλίβοντας αὐτοὺς, καὶ ἀποστελεῖ αὐτοῖς Κύριος ἄνθρωπον ὃς σώσει αὐτούς. Καὶ γνωστὸς ἔσται Κύριος τοῖς Αἰγυπτίοις. Καὶ γνώσονται οἱ Αἰγύπτιοι τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Καὶ
B *ποιήσουσι θυσίας, καὶ εὔξονται εὐχὰς τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποδώσουσι.*

Ἄθρει δή μοι πάλιν τῆς προφητικῆς εὐτεχνίας τὴν νῆψιν. Ὥσπερ γὰρ ἀναπυνθανομένου τινὸς καὶ λέγοντος· Τί τὸ χρῆμα; Ποία δὲ γέγονε πρόφασις τοῦ τὸν Κύριον ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ νεφέλης κούφης, χαρίσασθαί τε αὐτοῖς τοῦτό τε κἀκεῖνο; διαλαβὼν ὁ προφήτης ἀποκρίνεται καὶ φησίν· Ὅτι κεκράξονται πρὸς Κύριον διὰ τοὺς θλίβοντας αὐτοὺς, καὶ ἀποστελεῖ αὐτοῖς Κύριος ἄνθρωπον ὃς σώσει αὐτούς. Ἐπεπήδησε μὲν γὰρ ὁ τῆς ἁμαρτίας πατὴρ, τοῦτ' ἔστιν ὁ Σατανᾶς, τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ τῆς ἑαυτοῦ δυστροπίας ἐπιθεὶς ἅπασι τὸν ζυγὸν, ἀπεβουκόλησε μὲν τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης. Μόνον δὲ οὐχὶ δεδεμένους ἔχων ὑφ' ἑαυτῷ, πικρῶς τε καὶ ἀνοσίως
C κατεβιάζετο· ἀλλ' ἡ τοῦ πράγματος φύσις, δεινὴν καὶ ἀφόρητον ἔχουσα τὴν πλεονεξίαν, τῆς ἐκείνου κατεδόησε τυραννίδος. Οὕτω νοήσεις κεκράξοντας Αἰγυπτίους. Καίτοι πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι τὸν φύσει τῶν ὅλων Δεσπότην οὐκ ἐγνωκότες, οὐδ' ἂν ὅλως ἐβόησαν πρὸς αὐτόν; Ἀλλ' ὥσπερ τὸ αἷμα τοῦ Ἄβελ βοῆσαι λέγεται πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ οὐκ αὐτό που πάντως, ἰδίαν ἔχον φωνὴν· ἀλλ' οἶονεὶ τὴν αὐτὴν τοῦ πράγματος ἀτοπίαν κατεστυγηκότος Θεοῦ· τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον νοήσαι τις ἂν καὶ ἐπὶ τῶν εἰωθότων προσκυνεῖν τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν. Εἰ γὰρ καὶ οὐκ ἴσασι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ἀλλ' οὖν ὅτι πεπλεονέκτηνται παρὰ τοῦ Σατανᾶ, δι' αὐτοῦ τρόπον τινὰ τοῦ
D πράγματος ἀνακεκράγασι τὴν ἐφ' ἑαυτοῖς που πάντως αἰτοῦντες ἐπικουρίαν. Οὕτω βοῆσαί φαμεν καὶ Αἰγυπτίους πρὸς Θεὸν, διὰ τοὺς θλίβοντας αὐτοὺς, τοῦτ' ἔστι, τοὺς ὑπὸ χεῖρα τὴν ἑαυτῶν πεποιημένους, καὶ ὥσπερ τινὶ πικροτάτῃ δουλείᾳ καταπιέσαντας, δῆλον δὲ ὅτι τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας. [Ἀλλὰ πέμψει αὐτοῖς Κύριος ἄνθρωπον ὃς σώσει αὐτούς.] Καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος, ἢ δηλονότι ὁ Χριστός; τοῦτ' ἔστιν, ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ πεφηνὼς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος· οὗτος σέσωκεν οὐκ Αἰγυπτίους μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν σύμπασαν γῆν. Σέσωκε δὲ κρίνων· καὶ τί τὸ, κρίνων, ἐστίν; Ἀντὶ τοῦ, δικαίαν ἐπ' αὐτοῖς τὴν κρίσιν ἐνεγκών. Τὸν μὲν γὰρ πλεονεκτήσαντα Σατανᾶν, καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας ψήφοις ὁσίαις ὑποτιθεὶς, σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας κολασθησομένους τηρεῖν. Τοὺς δέ γε τὴν οὕτως ἀφόρητον ἀνατλάντας

Digitized by Google

πλεονεξίαν, σέσωκέ τε καὶ ἐξείλετο, καὶ ἰδίους ἀπ- A ritatis luce eos collustrans, et libertatis ornamento
έφηνε προσκυνητάς, τὸ τῆς ἀληθείας αὐτοῖς ἐναστράψας φῶς· καὶ τοῖς τῆς ἐλευθερίας αὐχήμασι περιβαλών. Οὕτω καὶ αὐτός που φησιν ὁ Σωτήρ· « Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου. Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Ὁρᾷς ὅτι δεδίκακε τῷ κόσμῳ, καὶ τὸν πάλαι τυραννήσαντα κατ' αὐτοῦ Σατανᾶν ἐκβέβληκεν, εἵλκυσέ τε πάντας πρὸς ἑαυτόν. Ἐγνώκασι γὰρ αὐτὸν καὶ Αἰγύπτιοι. Καὶ δὴ καὶ ἐπεγνωκότες ποιοῦσι θυσίας, εὔχονται δὲ καὶ εὐχάς, καὶ εἰς πέρας ἄγουσι τὰ ἐπηγγελμένα. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ μελῳδούμενον· « Εὔξασθε καὶ ἀποδῶτε τῷ Κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν. » Ὅρα τοίνυν καινότητα πραγμάτων. Οἱ γὰρ πάλαι τοῖς δαιμονίοις καταθύειν εἰωθότες, οἱ τῷ Σατανᾷ προσκομίζοντες B τὰς λατρείας καὶ ἀνατιθέντες χαριστήρια, καὶ μὴν καὶ εὐχάς, ἦγουν ὑποσχέσεις ἀποπληροῦντες ἐσπουδασμένως· πεφωτισμένοι τὸν νοῦν διὰ Χριστοῦ, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασιν ἐκλελαμπρυσμένοι, τῆς μὲν ἀρχαίας ἀποδραμοῦνται πλάνης, ἐπεγνωκότες δὲ ἅπαξ τὸν τῶν ὅλων γενεσιουργὸν καὶ Κύριον, αὐτῷ τὴν ἐν πνεύματι προσκομίζουσι λατρείαν, πανάγνους πληροῦντες εὐχάς, καὶ θυσίας ἀναφέροντες, οὐ τὰς δι' αἱμάτων ἔτι καὶ τῆς τῶν ἀλόγων σφαγῆς· πνευματικὰς δὲ μᾶλλον, ὡς ἔφην, καὶ εὐπροσδέκτους διὰ τὸ ἄμωμον.

amiciens. Ita etiam ipse dicit alicubi Servator: « Nunc judicium est hujus mundi: nunc princeps mundi hujus ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero de terra, omnes traham ad meipsum [63]. » Viden' illum, mundum judicasse? et Satanam olim contra ipsum tyrannidem exercentem ejecisse? ad se omnes traxisse? Noverunt etenim ipsum Ægyptii. Et ubi agnoverunt, faciunt sacrificia, vovent-que vota, et quæ sunt promissa exsequuntur. Istud enim est voce Davidis decantatum: « Vovete et reddite Domino Deo nostro [64]. » Intuere itaque novitatem rerum. Qui etenim quondam dæmoniis sacrificare consueverunt, qui Satanam cultu prosecuti sunt, grata consecrarunt carmina, et vota quoque adimpleverunt studiose: illuminati mente per Christum, et veritatis dogmatibus illustrati, ab antiquo errore refugerunt, et agnoscentes semel universitatis procreatorem et Dominum, ipsi in spiritu cultum offerunt, purissima vota implendo, et sacrificia offerendo, non jam per cruorem et brutorum cædem, sed, uti dicebam, spiritualia, et propter immaculatam puritatem accepta.

Καὶ πατάξει Κύριος τοὺς Αἰγυπτίους πληγῇ 11 *μεγάλῃ, καὶ ἰάσεται αὐτοὺς ἰάσει· καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον, καὶ εἰσακούσεται αὐτῶν, καὶ ἰάσεται αὐτούς.*

VERS. 22. *Et percutiet Dominus Ægyptios plaga magna, et sanabit eos sanatione. Et convertentur ad Dominum, et exaudiet eos, et sanabit.*

Ὅταν ἐπισκέπτηται Θεὸς, πλήττει μὲν ἔσθ' ὅτε C τοὺς ἀνοσίως πεπραχότας, καὶ τὰς ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτὸν πεπαρῳνήκασι πράττεται δίκας, ὀνίνησι δὲ σφόδρα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. Οὐ γὰρ ἡττώμενος ἐπιφέρει τὴν μάστιγα, μετατιθεὶς δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὸ ἄμεινον. Ἢ γὰρ ἐκ πλάνης μεθίστησιν εἰς ἀλήθειαν, ἢ καὶ ἀκαθέκτως ἀποκλίνοντας εἰς τὸ πλημμελεῖν τὰ αἰσχίω διδάσκει μεταμανθάνειν, καὶ μεταφοιτᾷν ἐπείγεσθαι πρὸς τὸ ἄρεσκον αὐτῷ. Τοιγάρτοι καὶ ὀνησιφόρον εἰδότες τὸ χρῆμα, τὸ παιδεύεσθαι φημὶ, κεκράγασι πρὸς αὐτὸν οἱ μακάριοι προφῆται· « Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ. » Καὶ πάλιν· « Κύριε, ἐν θλίψει ἐμνήσθημέν σου, ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν. » Ἔφη δέ που καὶ πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν· Πόνῳ καὶ μάστιγι παιδευθήσῃ, Ἱερουσαλήμ. Παιδεύει τοίνυν οὓς D ἂν ἕλοιτο καὶ ἀγαπᾷ. Τοῦτο χαριεῖσθαι καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ προφήτης φησί· Πατάξει γὰρ αὐτοὺς ὁ Κύριος πληγῇ μεγάλῃ, καὶ ἰάσεται αὐτοὺς ἰάσει. Εἰ γὰρ καὶ δέδονται τυχὸν τοῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς, καὶ τὸν πολέμου νόμων ἐξωπλισμένοι κεκρατήκασι τῆς γῆς οἱ ὑπ' αὐτοὺς δορυφόροι, ἀλλ' οὖν τόπον ἐσχηκότες παρ' αὐτοῖς τοῦ θείου κηρύγματος, τὴν μὲν ἐκ τοῦ πεπλανῆσθαι ζημίαν ἀπεφορτίσαντο, μετακεχωρήκασι δὲ πρὸς τὸ θεῖόν τε καὶ οὐράνιον φῶς, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ἀποκρουσάμενοι δόξαν, ὑγιᾶ λοιπὸν ἐσχήκασι τὴν καρδίαν. Ἐπιστραφήσονται γὰρ πρὸς Κύριον, καὶ εἰσακούσεται αὐτῶν, τοῦτ' ἔστιν, οἱ πά-

Quando visitat Deus, percutit quidem designantes impia, et quod in eum debacchati sunt, pœnas exigit, sed hac eadem ratione juvat. Non enim ira victus infert flagellum, sed in melius potius convertit. Vel enim ab errore traducit ad veritatem, **297** vel etiam incontinenter declinantes ad turpiter delinquendum, docet resipiscere, et celeriter ad id quod ipsi visum est sese recipere. Igitur cum scirent beati prophetæ rem utilem esse, castigari, inquam, clamarunt ad ipsum: « Castiga nos, Domine, verum in judicio, non in furore [65]. » Et rursum: « Domine, in afflictione meminimus tui, in afflictione exigua castigatio tua nobis. » Dixit etiam Synagogæ Judæorum: In dolore et verbere castigaberis, Jerusalem. Castigat itaque quos eligit et amat [66]. Hoc etiam largiturum Ægyptiis quoque ait propheta: « Percutiet enim eos Dominus plaga magna, et sanabit eos sanatione. » Etsi enim traditi sunt, puta Romanis ducibus, et jure belli armati eorum satellites terram subegerunt: attamen divina prædicatione locum apud eos habente, hoc erroris sui damno levati sunt, et ad divinam ac cœlestem lucem transierunt, et inveterata illa opinione depulsa, sano deinceps corde fuerunt. Convertentur enim ad Dominum, et exaudiet eos, id est, qui olim propter multam impietatem a Deo proscripti erant, de cætero discent non jam idolis abominandis pro his quæ fieri vellent, supplicationes offerre, sed ad

[63] Joan. XII, 31, 32. [64] Psal. XLIX, 14. [65] Jerem. X, 24. [66] Prov. III, 12.

Digitized by Google

ipsum clamabunt, qui cor sanat contritum. Erit autem non tardus Deus, sed potius ad annuendum illis paratus, propitius et placabilis. Causa igitur efficiens et concilians omnia bona omni homini est, natura ac vere Deum universitatis Creatorem et Dominum agnoscere.

λαι διὰ πολλὴν ἀσέβειαν ἐν ἀποστροφῇ γεγονότες τῇ παρὰ Θεῷ, μαθήσονται λοιπὸν οὐκέτι τοῖς βδελύγμασι προσάγειν τὰς ἱκεσίας, τὰς ὑπὲρ ὧν ἂν ἕλοιντο ποιεῖσθαι τυχόν, πρὸς αὐτὸν δὲ μᾶλλον κεκράξονται τὸν ἰώμενον τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν. Ἔσται δὲ αὐτοῖς οὐ βραδὺς, ἕτοιμος δὲ μᾶλλον εἰς τὸ κατανεῦσαι Θεὸς, ἵλεώς τε καὶ εὐμενής. Πρόξενον οὖν ἄρα παντὸς ἀγαθοῦ γένοιτ' ἂν ἀνθρώπῳ παντὶ, τὸ εἰδέναι τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, καὶ τὸν τῶν ὅλων Γενεσιουργὸν καὶ Κύριον.

VERS. 23. *Die illa erit via Ægyptiis ad Assyrios, et intrabunt Assyrii in Ægyptum, et Ægyptii vadent ad Assyrios, et servient Ægyptii Assyriis.*

Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται ὁδὸς Αἰγυπτίοις πρὸς Ἀσσυρίους. Καὶ εἰσελεύσονται Ἀσσύριοι εἰς Αἴγυπτον, καὶ Αἰγύπτιοι πορεύσονται πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ δουλεύσουσιν οἱ Αἰγύπτιοι τοῖς Ἀσσυρίοις.

Beatus Paulus de omnium nostrum Servatore Christo scribit quod ipse sit pax nostra[67]. Non enim modo superioribus administris, et sanctis spiritibus terræ incolas conjunxit, sed gentes cum gentibus congredi ac celebrare cœtus inter se instituit. Antequam enim hoc commercium aliorum cum aliis veniret, separatæ erant provinciæ et urbes, crebræ seditiones ac turbationes, bellorum passim impressiones, et vincentium contra victos palmæ ac præmia, et effrenata vis dominabantur, et quosvis quibuscunque **298** modis opprimere, nobile quiddam et sane quam admirabile ducebatur. Cæterum etiam hic nobis pax Christus factus est. Postquam enim evangelicis vaticiniis orbem terrarum collustrans, omnes viam pietatis docuisset, et ut charitatem erga Deum et erga se mutuo amplecterentur, illa antiqua obsoleverunt, vetera recesserunt, et nova facta sunt, sicuti scriptum est; obtinuit enim pax ubique gentium. Hoc etiam est, opinor, quod et alibi dicit propheta Isaias de omnibus gentibus : « Et concident gladios suos in aratra, et lanceas suas in falces, et non tollet gens in gentem gladium, et non discent amplius bellare[68]. » Nam cum uni jugo parerent omnes, spiritualiter quidem Dei, corporaliter autem Romanorum : sedatam et inturbidam et belli expertem vitam vivunt, ut, omni liberati metu, etiam olim inimicissimi, alii cum aliis animorum conjunctione consentiant. Ægyptiis enim, inquit, via erit ad Assyrios, et Assyriis ad Ægyptios, et ibunt Ægyptii ad Assyrios, et servient Ægyptii Assyriis, non ut illis jugum servitutis injiciant, sed ut amoris vinculo captos et comprehensos teneant, et suavissimas societates coeant. Assyrios nominat orientalem regionem incolentes.

Ὁ μακάριος γράφει Παῦλος περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν. Οὐ γὰρ μόνον τοῖς ἄνω πνεύμασι λειτουργικοῖς καὶ ἁγίοις συνῆψε τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ γὰρ ἔθνεσιν ἔθνη συμβῆναι παρεσκεύασεν. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἐπιδημίας, τῆς εἰς ἄλληλα ἐπιμιξίας, ἀπενοσφίζετο χώρα τε καὶ πόλις, συχναί τε ἦσαν ἐξαναστάσεις καὶ πολέμων ἔφοδοι πανταχοῦ καὶ τῶν ἰσχυόντων ἄθλα τὰ τῶν ἡττωμένων, καὶ ἀνουθέτητος ἡ πλεονεξία, καὶ τὸ ἀδικεῖν οὓς ἂν δύναιτό τις, εὐκλείας εἶναί τι, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα θαυμαστῶν ἐνομίζετο. Ἀλλὰ γέγονεν ἡμῖν εἰρήνη, καὶ κατὰ τοῦτο Χριστός. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν περιαστράπτων τῇ ὑπ' οὐρανὸν, ἐδίδαξεν ἅπαντας τῆς εὐσεβείας τὴν ὁδὸν, καὶ τῆς εἰς Θεὸν καὶ ἀλλήλους ἀγάπης ἀντέχεσθαι, πέπαυται μὲν ἐκεῖνα πάλαι, παρῴχηκε δὲ τὰ ἀρχαῖα, καὶ γέγονε καινὰ, καθὰ γέγραπται. Κεκράτηκε γὰρ ἡ εἰρήνη πανταχοῦ. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶν, ὃ καὶ ἐτέρωθί πού φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας περὶ πάντων τῶν ἐθνῶν· « Καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζηβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ μὴ ἄρῃ ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. » Γεγονότες γὰρ ἅπαντες ὑπὸ ζυγὸν ἕνα, πνευματικῶς μὲν τὸν ὑπὸ Θεῷ, σωματικῶς δὲ τὸν ὑπὸ Ῥωμαίοις, τὸν ἠρεμαῖον καὶ ἀσύγχυτον, καὶ πολέμου δίχα διαζῶσι βίον, ὥστε παντὸς ἐξῃρημένου δείματος, καὶ τοὺς πάλαι πολεμιωτάτους ἀλλήλοις συμφέρεσθαι πρὸς ὁμοψυχίαν. Αἰγύπτιοι γὰρ, φησὶν, ὁδὸν ἕξουσι πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ Ἀσσύριοι πρὸς Αἰγυπτίους. Καὶ πορεύσονται Αἰγύπτιοι πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ δουλεύσουσιν οἱ Αἰγύπτιοι τοῖς Ἀσσυρίοις, οὐ ζυγὸν δουλείας ἐπιῤῥιπτούντων ἐκείνων, ἀλλὰ τοὺς τῆς ἀγάπης δεσμοὺς ἐνειλημμένους ἔχοντας, καὶ ἡδίστας ποιουμένους τὰς ἐπιμιξίας. Ἀσσυρίους γε μὴν ὀνομάζει τοὺς τὴν ἐω οἰκοῦντας χώραν.

VERS. 24, 25. *Die illa erit Israel tertius inter Assyrios et Ægyptios benedictus in terra cui benedixit Dominus Sabaoth, dicens : Benedictus populus meus qui in Ægypto, et qui in Assyriis, et hæreditas mea Israel.*

Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται Ἰσραὴλ τρίτος ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις καὶ ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις εὐλογημένος ἐν τῇ γῇ, ᾗ εὐλόγησεν ὁ Κύριος Σαβαὼθ λέγων· Εὐλογημένος ὁ λαός μου ὁ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Ἀσσυρίοις, καὶ ἡ κληρονομία μου Ἰσραήλ.

Dicitur Israel primogenitus inter filios. Cum autem in Christum debaccharentur, gentibus subditi sunt, et secundam velut classem sortiti sunt. Ha-

Ὀνόμασται μὲν ὁ Ἰσραὴλ πρωτότοκος ἐν τέκνοις. Ἐπειδὴ δὲ πεπαρῴνηκεν εἰς Χριστὸν, κατόπιν τέθειται τῶν ἐθνῶν, καὶ δευτέραν ὥσπερ μετεκλημώσατο

[67] Ephes. II, 14. [68] Isa. II, 4.

Digitized by Google

τάξιν. Τετήρηται γὰρ καὶ αὐτῷ τῆς ἐπιστροφῆς ὁ καιρός. Γέγραπται γοῦν, ὅτι « Ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται. » Ἄθρει δὴ οὖν, ἄθρει τρίτον ἐν τούτοις ὠνομασμένον, ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις καὶ Αἰγυπτίοις. Ἀσσυρίους δέ φησιν ἐν τούτοις, ὡς ἔφην, τοὺς κατά γε τὴν ἑῴαν ἅπασαν γῆν, μάλιστα δὲ τὴν μέσην τῶν ποταμῶν, ἐν ᾗ καὶ εἶναί φασι γνησίους προσκυνητάς, καὶ ἀδελφὴν καὶ γείτονα τῆς Αἰγυπτίων ἐπιτηδεύοντας ἄσκησιν, ὡς ἰσάμιλλον ἔχειν τὴν τε εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν ἔφεσίν τε καὶ προθυμίαν, καὶ μέν τοι καὶ ἀρετήν. Τοιγάρτοι φησὶν ὁ τῶν ὅλων Θεός· Εὐλογημένος ὁ λαός μου, ὁ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Ἀσσυρίοις· ἐναριθμεῖται δὲ τρίτος ὁ Ἰσραήλ. Προσεπάγει γὰρ ὅτι Καὶ κληρονομία μου Ἰσραήλ. Καὶ τούτου δὲ τὴν πρόφασιν προαπέδειξεν ἡμῖν ὁ λόγος· κεκυριοκτόνηκε γὰρ καὶ τέθειται εἰς νῶτον, καθά φησιν ὁ Δαβίδ. Καὶ ἐν τοῖς περιλοίποις γέγονεν ὁ πρωτότοκος.

Τοῦ ἔτους οὗ εἰσῆλθεν Ταραθὰν εἰς Ἄζωτον, ἦλθε ἀπεσταλὴ ὑπὸ Ἀρρὰ βασιλέως Ἀσσυρίων, καὶ ἐπολέμησε τὴν Ἄζωτον, καὶ κατελάβετο αὐτὴν, τότε ἐλάλησε Κύριος πρὸς Ἡσαΐαν λέγων· Πορεύου καὶ ἄφελε τὸν σάκκον ἀπὸ τῆς ὀσφύος σου, καὶ τὰ σανδάλιά σου ὑπόλυσαι ἀπὸ τῶν ποδῶν σου· καὶ ἐποίησεν οὕτως, πορευόμενος γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος. Καὶ εἶπε Κύριος· Ὃν τρόπον πεπόρευται Ἡσαΐας ὁ παῖς μου γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος, τρία ἔτη ἔσται σημεῖα καὶ τέρατα τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ Αἰθίοψιν· ὅτι οὕτως ἄξει βασιλεὺς Ἀσσυρίων τὴν αἰχμαλωσίαν Αἰγύπτου καὶ Αἰθιόπων. Νεανίσκους καὶ πρεσβυτέρους, γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους, ἀνακεκαλυμμένους τὴν αἰσχύνην Αἰγύπτου.

Διαπεράνας εὖ μάλα τὸν ἐπὶ τοῖς Αἰγυπτίοις λόγον, καὶ τίνα τρόπον κεκλήσονται διὰ πίστεως εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν προηγορευκὼς, οἰκονομεῖ τι πάλιν τῶν ὅσαπερ ἦν χρήσιμά τε καὶ ἀναγκαῖα πρὸς ὄνησιν τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· καὶ ποῖα δὴ ταῦτά ἐστιν, ὡς ἐν βραχέσιν ἐρῶ. Ἀφειδήσαντες γὰρ καὶ αὐτῆς τῆς εἰς τὸν διὰ Μωϋσέως νόμον αἰδοῦς, καὶ μὴν καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ὀλιγωρήσαντες, ἀσυνετώτατα κατεφέροντο πρός γε τὸ δεῖν εἰς πολύθεον καθικέσθαι πλάνησιν, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν λατρεῦσαι. Τοῖς δὲ ἅπαξ εἰς τοῦτο γνώμης ὠλισθηκόσιν ἀνεπιτήδευτον ἦν τῶν φαύλων οὐδέν. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἐπῆφιε πλειστάκις αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς πολέμους καὶ μάχας, τοῦτο μὲν τοὺς ἀπό γε τῶν ὁμόρων ἐθνῶν, τοῦτο δὲ τοὺς παρὰ Περσῶν τε καὶ Μήδων· οἱ δέ γε τῆς Ἰουδαίας κατεξανιστάμενοι, τὰ ἕτερα τῶν ἐθνῶν προκαταβηοῦντες ἐσθ' ὅτε, δεινοῖς καὶ ἀφορήτοις δείμασιν ὁμιλεῖν παρεσκεύαζον τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. Οἱ δὲ καίτοι δέον τὸν τῶν ὅλων ἐκμειλίσεσθαι Θεὸν, καὶ ἀνοσίων μὲν ἀποφοιτᾷν σπουδασμάτων, μεταχωρῆσαι δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, καὶ ἀπολογεῖσθαι λελυπημένῳ, διά γε τῆς ἐκ τῶν αἰσχιόνων εἰς τὰ ἄμεινον μεταδρομῆς, οὕτω τε τὴν παρ' αὐτοῦ καὶ μόνου σωτηρίαν ἐπιζητεῖν, καὶ τὴν

bent enim et illi destinatum sibi tempus suæ conversionis. Nam scriptum est : « Quando vero plenitudo gentium intraverit, tum omnis Israel salvus erit [69]. » Contemplare igitur, contemplare in his tertium denominatum inter Assyrios et Ægyptios. Assyrios hic dicit, ut aiebam, qui totam velut orientalem terram occupant, maxime eam quæ inter fluvios sita est, in qua etiam germanos et ingenuos adoratores esse ferunt, qui et cognatam et vicinam Ægyptiorum excolunt disciplinam, ita ut in bonarum rerum studio, alacritate et virtute **299** æquo prorsus marte decertare videantur. Proinde dicit universitatis Deus : Benedictus populus meus qui est in Ægypto, et qui in Assyriis, numeraturque tertius Israel. Subdit enim : Hæreditas mea Israel. Causam autem præsignificavit nobis oratio ; Dominum enim occidit, et positus est in tergum, quemadmodum ait David [70], et in reliquiis censetur primogenitus.

CAP. XX. VERS. 1-4. *Anno quo ingressus est Tanathan in Azotum, quando missus ab Arna rege Assyriorum, et Azotum aggressus est et cepit, tunc locutus est Dominus Isaiæ, dicens : Vade, et exue a lumbo tuo saccum, et calceos tuos detrahe de pedibus tuis. Et fecit sic, incedens nudus et discalceatus. Et dixit Dominus : Quemadmodum ambulat Isaias servus meus nudus et discalceatus, sic tribus annis erunt signa et prodigia Ægyptiis et Æthiopibus, quia sic ducet rex Assyriorum captivitatem Ægypti et Æthiopum juvenes senesque nudos et discalceatos, opertos dedecore Ægypti.*

Cum sermoni de Ægyptiis finem optime imposuerit, et quemadmodum vocandi essent per fidem ad veritatis agnitionem prædixerit, rursus quod Israelitis perutile et pernecessarium est, apte intexit. Ea quæ sint paucis dicam. Contempta enim ipsius legis Mosaicæ religione, et charitate in Deum spreta, eo devoluti sunt imprudentissime, ut errore multorum deorum involverentur, et suarum manuum operibus servirent. Quo semel in animum demisso, nihil malorum non aggrediebantur. Qua de causa sæpenumero universitatis Deus bellis et prœliis eos vexavit, cum per finitimas gentes, tum per Persas et Medos : qui in Judæam impressione facta aliis gentibus prius vastatis, Israelitas gravi et intolerando metu non raro exanimarunt. Hi vero cum universitatis Deum emollire et placare, et ab impiis studiis pedem referre, et potius ad Dei placitum se conferre, et se ei offenso purgare, atque a turpioribus ad meliora confugere, et ita ab eo salutem, et quidem **300** solam quærere, manumque semper conservantem et vindicantem expetere deberent : id sane miselli non fecerunt, sed corrogatis et emendicatis ab hominibus auxiliis, interdum finitimos quosdam ad hoc evocarunt, interim et

[69] Rom. xi, 25. [70] Psal. xx, 13.

Digitized by Google

vicinos Ægyptios, addentes iniquitatem iniquitati suæ, uti scriptum est [71] : et hoc ipso Deum omnipotentem ad iram exstimularunt. Dixit siquidem per unum e sanctis prophetis : « Et erat Ephraim columba amens, cor non habens ; invocavit Ægyptum, et ad Assyrios profecti sunt [72]. » Quin et per ipsum prophetam Isaiam : « Væ descendentibus in Ægyptum pro subsidio, qui in equis confisi sunt et curribus. Sunt enim multi, et eorum qui equis insident multitudo magna. Et non confisi sunt Sancto Israelis, et Deum non exquisiverunt ; et sapienter ipse inflixit illis mala, et verbum ejus non frustrabitur [73]. » Cum igitur Tanatha regis Assyriorum dux oppugnasset Azotum, vique cepisset (erat autem hæc regioni Judæorum vicina), exspectarunt Israelitæ se jamjam etiam citra laborem similia esse perpessuros. Hanc ob causam Ægyptiorum manu conducta, ad ferendum ipsis subsidium, Assyriorum phalangibus se voluerunt opponere. Vanam ergo esse eorum spem declarat Deus, et clare prædicit fore ipsos prædam Assyriorum potentiæ, et successu temporum capiendos, et captivorum in numero ac loco futuros. Ferunt enim Ægyptum fuisse sub manu Assyriorum diversis temporibus, et continuis tribus annis commisso cum ea prælio, vi totam cepisse, ac magna turba captivorum comitante suam in patriam rediisse. Præcipit ergo Deus prophetæ ut habitum captivis convenientem et consuetum sumat, id est, nuditatem et discalceationem. Nam victores captivorum non magnam plane rationem habent : hique eo miseriæ prolapsi, etsi essent juxta carnem nobiles, etsi ex infima plebe, uno calamitatis lino involvuntur, non vestem habentes, nec aliud quid vel ad ornatum, vel ad refocillationem ipsorum pertinens, sed ad hunc contemptum ex libidine capientium coguntur accedere. Jubetur itaque, ut dixi, divinus propheta saccum detrahere lumbo suo, et sandalia solvere, et mediam Jerusalem transire nudum et sine calceis. **301** Idque fecit non admodum sollicitus quomodo elegans aut venustus appareat : Deique decreto nihil adjecit, licet id grave et reprehensioni expositum videretur. Sed forte dixerit quispiam : Cur non præmonstravit potius Israelitis ea quæ processu temporum contingerent Ægyptiis ? cur adeo nudus ac discalceatus tam celebris propheta ambulavit, omni conveniente cultu neglecto ? Ad hoc dicimus eos prophetarum sermonibus non obtemperasse, imo cum prædicerent futura, increpasse : « Alia, inquiunt, nobis loquimini, et annuntiate nobis alium errorem [74]. » Hinc prudens hic vir, modestus, et omni virtute cumulatus, ac prophetiæ dono quasi coronatus, et in meditatione illustris, ipsum adeo saccum exuit, non mollem sane aut splendidam vestem, sed crassam potius et vilem ; ipsa etiam solvit pedum calceamenta, tali habitu ingrediens, ut qui ipsum videant, hoc mirentur, causasque sci-

A ἀεὶ σώζουσάν τε καὶ ἐπαμύνουσαν χεῖρα· τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων οἱ δείλαιοι, ἐρανιζόμενοι δὲ τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐπικουρίας, ποτὲ μὲν τῶν ὁμόρων τινὰς ἐκάλουν εἰς τοῦτο, ποτὲ δὲ τοὺς γείτονας Αἰγυπτίους, προστιθέντες ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, καθὰ γέγραπται, καὶ καταθήγοντες ὡς εἰς ὀργὰς καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ τὸν πάντα ἰσχύοντα Θεόν. Καὶ γοῦν ἔφη δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Καὶ ἦν Ἐφραὶμ περιστερὰ ἄνους, καὶ οὐκ ἔχουσα καρδίαν· Αἴγυπτον ἐπεκαλεῖτο, καὶ εἰς Ἀσσυρίους ἐπορεύθησαν. » Καὶ μὴν καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου· « Οὐαὶ, οἱ καταβαίνοντες εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ βοήθειαν, οἱ ἐφ' ἵπποις πεποιθότες καὶ ἐφ' ἅρμασιν. Ἔστι γὰρ πολλὰ καὶ ἐφ' ἵπποις πλῆθος σφόδρα· καὶ οὐκ ἦσαν πεποιθότες ἐπὶ τὸν Ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τὸν Θεὸν οὐκ

B ἐξεζήτησαν· καὶ αὐτὸς σοφὸς ἦγεν ἐπ' αὐτοὺς κακά, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ οὐ μὴ ἀθετηθῇ. » Τοῦ τοίνυν Ταναθὰν, στρατηγὸς δὲ οὗτος βασιλέως Ἀσσυρίων, πολεμήσαντος τὴν Ἄζωτον, ἑλών τε κατὰ κράτος αὐτήν· γείτων δὲ αὕτη τῇ τῶν Ἰουδαίων χώρᾳ· προσεδόκουν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, αὐτίκα δὴ μάλα καὶ αὐτοὶ καὶ λίαν ἀμογητὶ τὰ ἴσα παθεῖν. Ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας τὴν Αἰγυπτίων χεῖρα καταμισθούμενοι πρὸς τὸ ἐπαμύνειν αὐτοῖς ταῖς Ἀσσυρίων φάλαγξιν ἀντεξάγειν ἤθελον. Ματαίαν τοίνυν αὐτῶν ἀποφαίνει τὴν ἐλπίδα Θεός· προαγορεύει δὲ σαφῶς, ὅτι τῆς Ἀσσυρίων δυνάμεως ἔργον[ἄγρα]ἔσονται καὶ αὐτοὶ, ἁλώσονταί τε κατὰ καιροὺς, καὶ ἐν δορυκτήτων ἔσονται τάξει. Φασὶ γὰρ

C ὅτι γέγονεν ὑπὸ χεῖρα βασιλέως Ἀσσυρίων κατὰ καιροὺς ἡ Αἰγυπτίων· καὶ ἐν ὀλίγοις ἔτεσι τρισὶν ἐγκαθεσθεὶς αὐτῇ, πᾶσάν τε ἑλὼν κατὰ κράτος, πλείστην ὅσην ἔχων αἰχμαλωσίαν, ὑπενόστησεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ. Ἐπιτάττει τοίνυν τῷ προφήτῃ Θεὸς, τὸ τοῖς αἰχμαλώτοις πρέπον τε καὶ σύνηθες σχῆμα λαβεῖν· τοῦτ' ἔστι, γυμνότητά τε καὶ ἀνυποδεσίαν. Τοῖς γὰρ ὅλως νενικημένοις οὐ πολὺς τῶν ἁλωκότων ὁ λόγος· οἱ δὲ εἰς τοῦτο πεσόντες ταλαιπωρίας, κἂν εἴτε τινὲς εἶεν τῶν εὐγενῶν κατὰ σάρκα, κἂν εἴτε τῆς ἀγελαίου πλη-

D θύος, ἑνὶ τῷ τῆς ἀθλιότητος συνέχονται λίνῳ, οὐκ ἄμφιον ἔχοντες, ἤγουν ἕτερόν τι τῶν τελούντων εἰς κόσμον αὐτοῖς ἢ ἀνάπαυσιν, ἀτημελῶς δὲ οὕτως πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τοῖς ἑλοῦσι καταθυμίων, ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐρχόμενοι. Προστάττεται τοίνυν, ὡς ἔφην, ὁ θεσπέσιος προφήτης, ἀφελεῖν τὸν σάκκον ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ, ὑπολύσασθαί τε τὰ σανδάλια, καὶ διὰ μέσης ἰέναι τῆς Ἱερουσαλὴμ γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος. Ἔδρα δὲ τοῦτο τοῦ δοκεῖν εὐσχήμων εἶναί τις, οὐ σφόδρα πεφροντικὼς, καὶ τῶν ἀρεσκόντων Θεῷ προστιθεὶς οὐδὲν, κἂν εἰ φαίνοιτό τι βαρὺ καὶ μώμου μεστόν. Ἀλλ' ἴσως πρὸς τοῦτο ἐρεῖ τις· Διὰ τί γὰρ μὴ μᾶλλον προηγόρευσε μόνον τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὰ συμβησόμενα τοῖς Αἰγυπτίοις κατὰ καιρούς ; Πεπόρευται δὲ οὕτως γυμνός τε καὶ ἀνυπόδετος ὁ διαβόητος ἐν προφήταις, τῆς αὐτῷ πρεπούσης εὐκοσμίας ἠφειδηκώς. Πρὸς δὴ τοῦτό φαμεν ὅτι τοῖς τῶν προφητῶν οὐκ ἐπείθοντο λόγοις, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπετίμων τοῖς προαγορεύειν ἐθέλουσι τὰ ἐσόμενα, λέγοντες· « Ἄλλο

[71] Isa. xxx, 1 seqq. [72] Osee VII, 11. [73] Isa. xxxi, 1, 2. [74] Isa. xxx, 10.

Digitized by Google

ἡμῖν λαλεῖτε, καὶ ἀναγγέλλετε ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν.» Ταύτῃ τοι καὶ μάλα σαφῶς ὁ σώφρων, ὁ κόσμιος, καὶ ἀρετῆς ἀπάσης ἔμπλεως, ὁ προφητικῇ κατεστεμμένος χάριτι, καὶ ἐν ἀσκήσει περιφανὴς, καὶ αὐτὸν ἀποδύεται τὸν σάκκον, οὐ τρυφερὸν ἱμάτιον, παχὺ δὲ μᾶλλον καὶ εὐτελές· ἀπολύει δὲ καὶ τῶν ποδῶν τὰ σανδάλια, καὶ ἐν τῷ τοιῷδε βαδίζει σχήματι· ἵν' αὐτὸ δὴ τοῦτο θαυμάζοντες οἱ ὁρῶντες αὐτὸν, ἀναπυνθάνωνται τὰς αἰτίας, καὶ ἐφ' ὅτῳ τοῦτο πέπραχεν εἰδέναι σπουδάζοντες, πληροφορηθεῖεν· ὅτι ματαίαν ἔχουσι τὴν ἐπ' ἀνθρώποις ἐλπίδα· καὶ χρῆν δή που μᾶλλον αὐτοὺς γλίχεσθαι μὲν τῆς ἄνωθεν εὐημερίας, ἐπίκουρον δὲ ποιεῖσθαι φιλεῖν τὸν ἀεὶ σεσωκότα Θεόν. Γυμνοῦ τοίνυν καὶ ἀνυποδέτου περινοστοῦντος τὴν Ἰουδαίαν τοῦ μακαρίου προφήτου, καὶ πτοίας ἐγγινομένης τοῖς ὁρῶσιν αὐτὸν οὐ μικρᾶς, Εἶπεν, φησὶ, Κύριος· Ὃν τρόπον πεπόρευται Ἡσαΐας ὁ παῖς μου, γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος, τρία ἔτη ἔσται σημεῖα καὶ τέρατα τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ Αἰθίοψιν. Ὡς γὰρ ἔφην ἀγγυπτίων ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς, καὶ μὴν καὶ τοὺς προσοικοῦντας Αἰθίοπας αὐτῇ, καὶ τῇ Θηβαίων γείτονας, πλείστην ἔχων αἰχμαλωσίαν, καὶ ταῖς Αἰγυπτίων ἐνσπαταλήσας συμφοραῖς· τότε δὴ τότε λαμπρὸς οἶκοι πάλιν ἀνεκομίζετο.

A scitentur, et scire cupientes cur hoc fecerit, vanam se spem habuisse in hominibus, exploratum habeant : cum oportuisset potius, e supernis favorem ambire, Deumque sibi conciliare adminiculatorem, qui semper servavit. Proinde nudo et sine calceis perambulante Judæam beato propheta, cum spectatoribus non exiguus timor inculeretur, Dixit Dominus, inquit : Quemadmodum ambulat Isaias puer meus nudus et discalceatus, sic tribus annis erunt signa et prodigia in Ægyptios et Æthiopes. Nam, ut superius dixi, cum Assyriæ rex triennio toto Ægyptum, Æthiopesque vicinos, et Thebanorum terram accolentes depopulatus, complures captivos haberet, Ægyptiorum calamitatibus exsultans et insolescens : tunc, tunc illustris domum B iterum reducitur.

Καὶ ἠττηθήσονται αἰσχυνθέντες οἱ Αἰγύπτιοι ἐπὶ τοῖς Αἰθίοψιν, ἐφ' οἷς ἦσαν πεποιθότες οἱ Αἰγύπτιοι· ἦσαν γὰρ αὐτοῖς δόξα. Καὶ ἐροῦσιν οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ· Ἰδοὺ ἡμεῖς ἦμεν πεποιθότες, τοῦ φυγεῖν εἰς αὐτοὺς εἰς βοήθειαν, καὶ οὐκ ἠδύναντο σωθῆναι ἀπὸ βασιλέως Ἀσσυρίων, καὶ πῶς ἡμεῖς σωθησόμεθα;

VERS. 5, 6. *Et erubescent victi super Æthiopibus, quibus confisi sunt Ægyptii; erant enim eis gloria. Et dicent habitatores insulæ istius : Ecce nos confisi sumus, ut confugeremus ad eos in auxilium, qui non potuerunt defendi contra regem Assyriorum. Et quo pacto servabimur nos?*

Τὰ πρόσοικα τῇ Θηβαίων ἔθνη βάρβαρα, Βλέμμυες δὲ οὗτοι, οἱ καὶ εἰσὶν Αἰθίοπες, εὐτεχνέστατα μὲν τὰς C βελῶν ἀφαιρέσεις ποιεῖσθαι μεμελετήκασι. Φαρμάκῳ δὲ ταύτας ἀποχρίοντες ὀλεθριωτάτῳ ἐπαφίασι τοῖς μαχομένοις· κἂν εἰ προσψαύσειαν, τεθνήξεται πάντως ὁ πληγεὶς, καὶ ὥσπερ τις ὀφιόδηκτος γεγονὼς παραχρῆμα πεσεῖται. Ἦν οὖν ἐν ἔθει καὶ τριβῇ Αἰγυπτίοις, πολέμου καὶ μάχης ἐπηρτημένων, τὰς τῶν Αἰθιόπων καταμισθοῦν τε φάλαγγας, καὶ μέγα φρονεῖν ἐπ' αὐτοῖς· ἀλλ' ἡλωσαν σὺν αὐτοῖς τῆς τῶν Ἀσσυρίων ἀνδρείας ἡττώμενοι. Αἰσχυνθήσονται τοίνυν οἱ Αἰγύπτιοι, φησὶν, ἐπὶ τοῖς Αἰθίοψιν, ἐφ' οἷς ἦσαν πεποιθότες. Κατειλημμένων γὰρ καὶ αὐτῶν καὶ νενικημένων, ἐροῦσιν οἱ ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ κατοικοῦντες· Ἰδοὺ ἡμεῖς ἦμεν πεποιθότες ποτὲ τοῦ φυγεῖν εἰς αὐτοὺς εἰς βοήθειαν, οἱ οὐκ ἠδύναντο σωθῆναι ἀπὸ βασιλέως Ἀσσυρίων· καὶ πῶς ἡμεῖς σωθησόμεθα; Νῆσον μὲν οὖν τὴν Αἴγυπτον ὀνομάζει, διά τοι τὸ εἶναι περίῤῥυτον ποταμοῖς, καὶ λίμναις ὑδάτων διεζῶσθαι πανταχοῦ· εἰσκομίζει γε μὴν τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτὴν, τῆς ἐπὶ τοῖς Αἰθίοψιν ἐλπίδος καταγινώσκοντας. Εἰ γὰρ ἥλωσαν αὐτοὶ, φησὶν, πῶς ἂν ἐκσώσειαν τοὺς ἐπ' αὐτοῖς πεποιθότας; Ἀγαθὸν οὖν ἄρα τὸ ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον· καὶ ὡς φησιν ὁ προφήτης Ἱερεμίας· « Ἐπικατάρατος μὲν ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ στηρίζει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ· εὐλογημένος γε μὴν, ὃς πέποιθεν ἐπὶ τῷ Κυρίῳ καὶ ἔσται Κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ.» Ἀεὶ δέ πως ἡμᾶς ὁ προφητικὸς ὀνίνησι λόγος· κἂν

Accolæ Thebanorum sunt gentes barbaræ, Blemmyes, qui idem sunt Æthiopes, **302** homines peritissimi, telis mittendis atque torquendis exercitati, quæ veneno perniciosissimo inuncta, in eos quibuscum congrediuntur ejaculabantur : si tetigerint, percussus omnino moritur, et perinde atque a serpente morsus, confestim concidit. Erat igitur in more et consuetudine Ægyptiis, bello et pugna ingruente, Æthiopicas phalanges conductitias corrogare, et de illis plurimum superbire; verum cum illis capti sunt fortitudine Assyriorum devicti. Erubescent igitur, inquit, Ægyptii in Æthiopibus quibus fidebant. Captis enim illis et superatis, dicent ejus insulæ habitatores : Ecce nos confisi eramus ut confugeremus ad eos auxilii gratia, qui non potuerunt contra regem Assyriorum defendi; quonam pacto servabi- D mur nos? Insulam igitur Ægyptum nominat, eo quod fluminibus circumfluat et stagnis aquarum undique cingatur. Introducit ejus habitatores seipsos spei in Æthiopibus collocatæ damnantes. Si etenim, inquit, capti sunt ipsi, confisos sibi qui servare poterunt? Melius est ergo sperare in Domino, quam confidere in homine, et, ut dicit Jeremias propheta : « Maledictus homo qui spem habet in homine, et innititur carni brachii sui : benedictus qui fidit Domino, et erit Dominus spes ejus [76].» Oratio autem prophetica nobis semper utilis est, et quanquam forte spiritualem enarrationem non habeat hæc historia, tamen haud exiguus fructus inde pervenit.

[76] Jerem. XVII, 5, 7.

Digitized by Google

Paulus enim dicit hæc figurate contigisse majoribus, ad nostram quoque admonitionem esse conscripta [75].

εἰ μὴ ἔχοι τυχὸν πνευματικῆς ἀφηγήσεως τρόπον ἡ ἱστορία, ἀλλ' οὖν τὸ ἐξ αὐτῆς ὄφελος οὐ βραχύ. Φησὶ γὰρ ὁ Παῦλος, τυπικῶς συμβαίνειν τοῖς ἀρχαιοτέροις, γεγράφθαι γε μὴν πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν.

VISIO DESERTI.

Terminato pulcherrime sermone, qui de Ægyptiis inquam habitus est, cum a propheta, quando et quomodo per fidem ad agnitionem veri Dei vocarentur expositum sit : ad aliam visionem se confert, de eremo : nec simpliciter hic terræ desertæ et desolatæ facit mentionem, sed eremum vocat Babyloniam, quæ cum olim innumerabiles haberet incolas fortes et pugnacissimos, ira e supernis illata sic devastata est, ut omnino viris vacua remaneat, cum Cyrus Cambysis filius oppugnaret Babyloniam : **303** cujus et alibi meminit propheta, inquiens : « Sic dicit Dominus uncto meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut audiant coram eo gentes : et civitates non concludentur [76]. » Hic illam superbam quondam, et contra omnem gentem elevatam, et in pugnis formidabilem, Babylonem, inquam, vi occupavit : facit autem et nunc propheta ejus mentionem et desertum nominat. Quomodo autem eo calamitatis delapsa sit, duabus de causis manifeste narrat, ut quidem ego censeo : vel ut Judæos a spe in illis collocata abducat : « Erat enim Ephraim columba amens, » quemadmodum ait alius e prophetis [77] : « Ægyptum invocavit, et ad Assyrios profecti sunt : » vel ut contristatos consoletur, quia vastata eorum regione, et exusto ipsorum templo, Babylonem captivi abducti sunt cum uxoribus et liberis. Quo quidem perspicue docet, si ex præscripto legis vivere instituant, et divinarum præceptionum germani et ingenui custodes esse velint, Deum vastatores illos aggressurum. Narrationem igitur instituit propheta, habetque visionis contextus enallagen, et imitationes personarum. Nunc enim velut futurorum oculatus testis, et spectator a Deo sibi ostensa enarrat : nunc et quid temporum decursu et delapsu contingeret, spiritu prophetico ante denuntiat : nunc introducit insuper personam Babyloniorum, sese ob tam acerbas et inopinatas calamitates deplorantium. Proinde quasi contemplatus Persarum, et Medorum, et Elamitarum, contra Babylonem expeditionem, ita ait : Obequitabunt et peragrabunt eremum.

ΤΟ ΟΡΑΜΑ ΤΗΣ ΕΡΗΜΟΥ.

Διαπεράνας εὖ μάλα τὸν ἐπί γέ φημι τοῖς Αἰγυπτίοις λόγον, πηνίκα τε καὶ ὅπως κεκλήσονται διὰ πίστεως πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ διειπὼν ὁ προφήτης, μεταφοιτᾷ πρὸς ἑτέραν ὅρασιν τὴν περὶ τῆς ἐρήμου· καὶ οὐχ ἁπλῶς γῆς ἡμῖν ἐν τούτοις ἀοικήτου καὶ ἐρήμης ποιεῖται μνήμην· ἀλλὰ γὰρ ἔρημον ὀνομάζει τὴν Βαβυλωνίων, ἣ ποτε μὲν ἀριθμοῦ κρείττονας εἶχε τοὺς οἰκήτορας, δεινούς τε καὶ μαχιμωτάτους· ἠρημώθη δὲ οὕτως, ὀργῆς αὐτῇ τῆς ἄνωθεν ἐπενηνεγμένης, ὡς κένανδρον ἀπομεῖναι παντελῶς καταστρατεύσαντος τῆς Βαβυλωνίων Κύρου τοῦ Καμβύσου. Οὗ καὶ ἑτέρωθι διαμνημονεύει λέγων ὁ προφήτης· « Οὕτως λέγει Κύριος τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη. Πόλεις οὐ συγκληθήσονται. » Οὗτος εἶλε κατὰ κράτος τὴν ἀλαζόνα ποτὲ καὶ κατὰ παντὸς ἔθνους ἐπαιρομένην, καὶ δυστάντητον ἐν μάχαις, τὴν Βαβυλῶνά φημι. Ποιεῖ δὲ μνήμην καὶ νῦν ὁ προφήτης αὐτῆς, καὶ ἔρημον μὲν ὀνομάζει. Τίνα δὲ τρόπον ἀθλιότητος εἰς τοῦτο κατώλισθεν, ἀφηγεῖται σαφῶς δύο τούτων ἕνεκα καθάπερ ἐγῷμαι. Ἢ γὰρ ἵνα τοὺς Ἰουδαίους ἀποστήσῃ τῆς ἐλπίδος· « Ἦν γὰρ Ἐφραὶμ περιστερὰ ἄνους, » καθά φησιν εἷς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Αἴγυπτον ἐπεκαλεῖτο, καὶ εἰς Ἀσσυρίους ἐπορεύετο· » ἢ ἵνα παρακαλέσῃ λελυπημένους, ὅτι πεπόρθηται μὲν αὐτῶν ἡ χώρα, ἐμπέπρησται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ νεὼς, δορύληπτοι δὲ γυναιξὶν ὁμοῦ καὶ τέκνοις ἀπεκομίσθησαν εἰς τὴν Βαβυλῶνα. Τοῦτο δὲ ἦν διδάσκοντος ἐναργῶς, ὅτι καὶ τῶν πεπορθηκότων αὐτοὺς κατεξαναστήσεται Θεὸς, εἰ ζῇν ἔλοιντο κατὰ νόμον, καὶ τῶν θείων ἐνταλμάτων αὐτοῦ γνήσιοι γενέσθαι φύλακες. Οὐκοῦν ἀφηγεῖται μὲν ὁ προφήτης. Ἔχει γε μὴν τὸ τῆς ὁράσεως ὕψος προσώπων ἐναλλαγάς. Ποτὲ μὲν γὰρ ὡς αὐτόπτης τῶν ἐσομένων, καὶ θεωρὸς ἤδη γεγονὼς, ἐξηγεῖται τὰ παραδειχθέντα αὐτῷ παρὰ Θεοῦ· ποτὲ δὲ καὶ τί συμβήσεται κατὰ καιροὺς προφητικῷ πνεύματι προαναφωνεῖ· εἰσκομίζει δὲ καὶ τὸ Βαβυλωνίων ἔσθ' ὅτε πρόσωπον κατοιμωζόντων ἑαυτοὺς ἐπὶ ταῖς οὕτω δειναῖς καὶ ἀδοκήτοις συμφοραῖς. Ὡς τεθεαμένος τοίνυν τὴν Περσῶν τε καὶ Μήδων, καὶ μὴν καὶ Ἐλαμιτῶν κατὰ τῆς Βαβυλῶνος ἐκστρατιὰν, οὕτω φησί· Καθιππεύσουσί τε καὶ διελεύσονται τὴν ἔρημον.

CAP. XXI. VERS. 1. *Sicut venti tempestas desertum pertransit.*

Pulverem excitans, et omnia susque deque miscens. Addit :

VERS. 2. *Horribilis visio, et dura annuntiata est mihi.*

Sufficit enim nudum et solum hostium spectaculum, et virorum bellicosorum multitudo fortissima

Ὡσαεὶ καὶ ἀνέμων καταιγὶς δι' ἐρήμου διέλθοι.

Τὴν κόνιν εἶναι ἀναστᾶσα, καὶ μονονουχὶ συγχέουσα τὸ πᾶν. Προσεπάγει δέ·

Ὅτι φοβερὸν τὸ ὅραμα καὶ σκληρόν ἀνηγγέλη μοι,

Ἱκανὴ γὰρ λίαν, καὶ ψιλὴ καὶ μόνη τῶν πολεμίων ἡ θέα, καὶ τῶν μαχίμων ἡ ἀλκιμωτάτη πληθὺς κατ-

[75] I Cor. x, 11. [76] Isa. xlv, 1. [77] Osee, 7, 11.

Digitized by Google

εσκευασμένη πρὸς πόλεμον, σκληρὸν ἐμποιῆσαι δεῖμα τοῖς θεωμένοις. Ἀλλ' οὐ τεθεᾶσθαί φησι μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ Ἀνηγγέλη μοι, φησίν· ὁμοῦ γὰρ τῇ θέᾳ, καὶ τῶν πραγμάτων τὴν ἔκβασιν ἐδιδάσκετο, δῆλον δὲ ὅτι παρὰ Θεοῦ.

Ὁ ἀθετῶν ἀθετεῖ, καὶ ὁ ἀνομῶν ἀνομεῖ.

Ἀνεπίπληκτον, φησὶ, τῶν ἐπιόντων τὸ θράσος. Οὐ γὰρ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ἀνάπτονται πρὸς τὸ ἥμερον· ἀλλ' οὐδέ τις τῶν ἐν αὐτοῖς διενθυμεῖταί τι τῶν ἡκόντων· ἀνομεῖ δὲ ἀκαθέκτως, καὶ ἀθετεῖ κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, οὐ φειδοῦς ἐνούσης τινός· Οὐ γὰρ εἰς ἔλεον βλέπουσιν, ἀλλ' ἔργον αὐτοῖς τὸ ἐσπουδασμένον ἔσται, φησὶν, τὸ ἀνομεῖν τε καὶ ἀθετεῖν. Ἔφη τι τοιοῦτον καὶ διὰ φωνῆς τοῦ αὐτοῦ, πρὸς τοὺς τῆς Ἀσσυρίων οἰκήτορας· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ὑμῖν τοὺς Μήδους, οἳ οὐ λογίζονται ἀργύριον, οὐδὲ χρυσίου χρείαν ἔχουσι. Τοξεύματα νεανίσκων συντρίψουσι. Θεοῦ γὰρ ὀργὴν τοῖς πλημμελοῦσιν ἐπάγοντος, οὐδὲν ἔσται τὸ ἐπικουρεῖν δυνάμενον. Θηριοπρεπὴς δὲ μᾶλλον τοῖς ἐθέλουσι καταδῃοῦν τοὺς ἐφ' οἷς ἂν τρέχοιεν, ἐνοικίζεται νοῦς.

Ἐπ' ἐμοὶ οἱ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ πρέσβεις τῶν Περσῶν ἐπ' ἐμὲ ἔρχονται. Νῦν στενάξω, καὶ παρακαλέσω ἐμαυτόν. Διὰ τοῦτο ἐνεπλήσθη ἡ ὀσφύς μου ἐκλύσεως, καὶ ὠδῖνες ἔλαβόν με, ὡς τὴν τίκτουσαν· ἠδίκησα τοῦ μὴ ἀκοῦσαι, ἐσπούδασα τοῦ μὴ βλέπειν. Ἡ καρδία μου πλανᾶται, καὶ ἡ ἀνομία με βαπτίζει, ἡ ψυχή μου ἐφέστηκεν εἰς φόβον.

Προσωποποιΐας ἔχει δύναμιν ὁ ἐν γε τουτοισὶ λόγος. Εἰσκομίζεται γὰρ ὁ Ἀσσύριος, καὶ δεδιὼς τὴν ἐφοδον, καὶ τῶν πολεμίων τὰς φάλαγγας οὐκ ἠγνοηκὼς, καὶ ἐπὶ τίνας αὐταῖς ὁ τοῦ πολέμου σκοπὸς. Οὐ γὰρ ἐφ' ἑτέρους τινὰς, ἀλλ' ἐμοὶ, φησὶν, οἱ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ πανάριστοι τῶν Περσῶν ὡρμήκασι. Στενάξω δὴ οὖν καὶ παρακαλέσω ἐμαυτόν. Τοῖς γὰρ ἐν ἰσχάτῃ συμφορᾷ γεγονόσι δοκεῖ προσεῖναί τις παραμυθίας τρόπος, τὸ θρηνεῖν τε καὶ ὀλοφύρεσθαι. Ἐκθλίβεται γὰρ ἐξ ὀδύνης τὸ δάκρυον. Πρᾶγμα δὲ ξένον εἰ θρηνοῦσιν Ἀσσύριοι, σκληροὶ καὶ ἀγέρωχοι γεγονότες ἀεὶ, ἐξοφρυωμένοι τε ἄγαν κατὰ πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ οὐκ εὐάντητον ἔχειν οἰόμενοι τὴν ἀντίστασιν. Ἀλλ' οἱ θρασεῖς οὕτω καὶ φρονήμασι τοῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐξογκούμενοι, γυναικοπρεπὲς εἰσδέχονται τὸ δάκρυον, καὶ θρῆνον ἐφ' ἑαυτοῖς ἀρτύουσι, πρὸ τῆς τοῦ πολέμου πείρας κατακλώμενοι πρὸς ἀσθένειαν. Ἐνεπλήσθη γὰρ ἡ ὀσφύς μου ἐκλύσεως, καὶ ὠδῖνες ἔλαβόν με ὡς τὴν τίκτουσαν. Ἀλλ' ὅτου δὴ χάριν τὰ τοιαῦτά σοι συμβήσεται, φησὶν, ὦ Ἀσσύριε; Φράσαις ἂν τῷ ἐρομένῳ· Ναὶ, φησὶν· οἶδα γὰρ προσκεκρουκὼς διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ. Ἠδίκησα τὸ μὴ ἀκοῦσαι, ἐσπούδασα τὸ μὴ βλέπειν. Κατὰ τοῦτο, φησὶν, ἐμαυτὸν ἠδίκησα, ὅτι μεμελέτηκα πολὺ τὸ δυσήκοον, καὶ σπουδῆς ἔργον ἐθέμην τὸ μὴ βλέπειν, τοῦτ' ἔστι, τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστι Θεός. Ἤκουον μὲν γὰρ τὴν Ἰουδαίων λατρείαν, εἶλον κατὰ κράτος τὴν ἁγίαν πόλιν, πεπόρθηκα τὸν νεών. Ἔσχον ἐκ παραχωρημάτων τὴν μετρίαν εἴδησιν τῶν ἐντεταλμένων τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ. Μᾶλλον δὲ καὶ ὁ προφήτης Ἰωνᾶς

ad bellum instructa, timorem vehementem injicit spectatoribus. Sed non spectari tantum dicit, sed, Annuntiatum est mihi, inquit; simul enim cum spectaculo rerum eventum docuit, a Deo scilicet.

Prævaricans prævaricatur, iniquus inique agit.

304 Imperterritam esse ait, et proruptam grassatorum audaciam, qui non ratiociniis humanis revocantur ad placabilitatem, sed nemo eorum quidquam cum officio et decoro conjunctum cogitat, at prævaricatur, nec reprimi potest, nulloque suffusus pudore pro sua libidine opprimit : Non enim misericordiam spectant, sed opus, inquit, horum et hoc studium est, iniqua agere, et opprimere. Huic non dissimile dixit voce ejusdem ad Assyriorum habitatores : Ecce induco ego vobis Medos, qui argentum non curant, nec auro opus habent. Arcus juvenum conterent. Deo enim iram delinquentibus infligente, nihil opem afferre poterit : imo et in illis qui quos incursant, perdere aggrediuntur, belluina mens insidet.

Vers. 3, 4. *In me Elamitæ, et Persarum legati in me venient. Nunc ingemiscam et consolabor meipsum Propterea impleti sunt lumbi mei dissolutione, et dolores ceperunt me sicut parientem : injuste egi ne audirem, operam dedi ne viderem. Cor meum aberrat, et iniquitas me demergit, anima mea conjecta est in timorem.*

Prosopopœiæ vim habet hæc oratio. Inducitur enim Assyrius, impetum pertimescens, et hostium phalanges non nesciens, et contra quem hujus belli scopus tendat. Non enim, inquit, contra alium quemque, sed contra me Elamitæ et præstantissimi omnium Persarum fecerunt impetum. Ingemisco igitur et consolabor meipsum. Qui namque in ultimis ærumnis sunt, his consolationis genus quoddam esse videtur, fiere et plorare. Extunditur enim ex dolore lacryma. Novum vero et peregrinum, Assyrios, duros et fastuosos semper, et contra omnes gentes superciliosissimos, quorum occursus ominosus, et formidabilis esse putabatur, lacrymari. Cæterum hi tam audaces et animis supra homines tumidis, muliebriter fundunt lacrymas, et ante belli periculum debilitate fracti et contusi, fletum sibi ipsis consciscunt et eliciunt. Repleti sunt enim, inquit, lumbi mei dissolutione, et dolores ceperunt me sicut parturientem. Sed quamobrem tibi contingent hæc, inquit, o Assyrie? Dic roganti : Næ, inquit, conscius mihi sum offendisse multis peccatis omnipotentem Deum. Injuste egi ne audirem, **305** operam dedi ne viderem. In hoc, ait, meipsum damno, et inique feci, quod insigni pervicacia, et in audiendo pertinacia usus sim, et operam dedi ne viderem, id est, quis sit ille natura et vere Deus. Audieram enim Judæorum cultum, sanctam urbem vi cepi, templum everti, ex disciplina auditu percepta, mediocrem cognitionem eorum quæ Israelitico populo præcepta erant consecutus sum : imo

Digitized by Google

propheta Jonas a Deo missus est, ut prædicet, et dicat : « Adhuc tres dies et subvertetur Ninive[78]; » mox pertimui minas, et egi pœnitentiam, sed injuste iterum feci, ne audirem, et studio annixus sum, ne viderem quæ vidisse oportuit. Aberravit enim cor meum, et demersit me iniquitas, quodammodo obruens. Hinc et anima mea conjecta est in timorem, fui enim in metu extremo. Hæ igitur voces esse possunt Assyriorum. Familiare enim est prophetis voces et personas affingere propter utilitatem audientium.

A ἀπεστάλη παρὰ Θεοῦ κηρύσσων καὶ λέγων· « Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται· » καταδείσας δὲ παραχρῆμα τὴν ἀπειλὴν, μετενόησα μὲν, ἀλλ' ἠδίκησα πάλιν μὴ ἀκούσας, καὶ ἐν σπουδῇ τέθειταί μοι τὸ μὴ ὁρᾷν ἅπερ ἦν ὁρᾷν ἀναγκαῖον. Πεπλάνηται γὰρ ἡ καρδία μου. Καὶ ὑποβρύχιόν με πεποίηκεν ἡ ἁμαρτία, καταχωννῦσα τρόπον τινά. Ταύτῃ τοι καὶ ἡ ψυχή μου ἐφέστηκεν εἰς φόβον· γέγονα γὰρ ἐν δείμασι τοῖς τῶν ἐσχάτων. Αὗται τοίνυν φωναὶ τῶν Ἀσσυρίων εἶεν ἄν. Ἔθος γὰρ τοῖς ἁγίοις προφήταις προσωποποιεῖν τὰς φωνὰς, διὰ τὸ τοῖς ἀκροωμένοις χρήσιμον.

Vers. 5. *Parate mensam, bibite, edite. Surgite, principes, arripite clypeos.*

Dixeram orationem propheticam multis interdum personarum varietatibus distingui pulcherrime : omnino igitur qui scire hæc et referre probe volunt, talia debent observare. Perspicua igitur erit et nihil abrupti, nihil difficultatis habebit horum dictorum intelligentia. Induxit ergo personam Assyriorum apud sese flentium, et timiditate confractorum, et de malis futuris intolerabili timore dolentium. Dein tempus commemorat quo eos capi et immedicabiles in ærumnas incidere continget, et causam iræ contra illos declarat. Scripsit enim beatus Daniel : « Baltasar regem apparasse cœnam magnatibus suis, millibus coram millibus vinum[79]. » Dein ait, et sacra vasa ex Hierosolymis sumpta olim obtulisse impie, et bibisse ex illis cum ipsum, tum pellices ejus et concubinas. Hoc autem aliud nihil erat quam contra divinam majestatem magno elatoque animo se efferre, et adversus Israelitarum ducem et præsidem erigi : quasi suum populum nullo modo juvare posset. Bibente igitur Baltasaro, et sacra vasa **306** tamen non irridente : Apparuit, inquit articulus manus et scripsit in pariete, *Mane, Thecel, Phares*[80], quam scripturam divinus Daniel interpretatus est, Assyrium alloquens : Disrupit Deus regnum tuum, et divisit illud, ac datum est Medis et Persis. Hujus historiæ, ut ego quidem censeo, meminit propheta affatus veluti ipsos principes, seu magnates et Baltasar : Parate mensam, bibite, edite. Surgite, principes, arripite clypeos, luxu diffluite, inquit, in mensis intemperantibus (est autem hæc oratio usitata) exsaturamini bibentes inexplebiliter. Quid deinde? Bella excipient celebritatem et non longe aberit ut patiamini, sed ab ipsa compotatione ad arma curretis et quæretis clypeos. Est enim vere gravissimum contra Deum efferri et contra majestatem, qua nihil est sublimius, animos et spiritus tollere. Traditus est enim Assyriis Israel : Deo propter summam iniquitatem captivitatis pœnam irrogante. Non enim par fuit eos ad hanc stupiditatem et in has stultas cogitationes consulto devenire, ut cogitarent et in animum inducerent se manum superare posse ejus qui

Ἕτοιμάσατε τράπεζαν, πίετε, φάγετε. Ἀναστάντες οἱ ἄρχοντες, ἑτοιμάσατε θυρεούς.

Ἔφην ὅτι τῆς προφητείας ὁ λόγος εἰς πολλὰς ἔσθ' B ὅτε προσώπων διαφορὰς εὖ μάλα διαποικίλλεται· δεῖ δὲ δὴ πάντως τοὺς, οἵπερ ἂν ἕλοιντο συνιέναι τε καὶ ἀπαγγέλλειν ὀρθῶς, ἐπιτηρεῖν ἀκριβῶς τά τοιάδε. Σαφὴς γὰρ ἂν οὕτω γένοιτο, καὶ οὐδὲν ἔχουσα τὸ ἄντικρυς εἰς δυσχερείαν τῶν λεγομένων ἡ γνῶσις. Εἰσκεκόμικε τοίνυν τὸ τῶν Ἀσσυρίων πρόσωπον κλαιόντων ἐφ' ἑαυτοῖς, καὶ συντεθραυσμένων μὲν εἰς δειλίας, ἀφόρητον δὲ τὸν ἐπί γε τοῖς μέλλουσιν ἔσεσθαι κακοῖς ὠδινόντων τὸ δεῖμα. Εἶτα μέμνηται τοῦ χρόνου, καθ' ὃν αὐτοὺς ἁλῶναί τε καὶ ταῖς ἀνηκέστοις συμφοραῖς περιπεσεῖν συμβήσεται· καὶ μὴν καὶ αὐτὴν καθίστησιν ἐναργῆ τῆς ἐπ' αὐτοῖς γεγενημένης [ὀργῆς] τὴν αἰτίαν. Γέγραφε γὰρ ὁ μακάριος Δανιὴλ, ὅτι « Βαλτάσαρ ὁ βασιλεὺς ἐποίησε δεῖπνον τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ· χιλίοις κατέναντι τῶν χιλίων C ὁ οἶνος. » Εἶτά φησιν, ὅτι καὶ τὰ ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ληφθέντα κατὰ καιροὺς ἅγια σκεύη προσκεκόμικεν ἀνοσίως, καὶ ἔπινον ἐν αὐτοῖς αὐτὸς καὶ αἱ παλλακαὶ αὐτοῦ, καὶ αἱ παράκοιται αὐτοῦ. Τοῦτο δὲ ἦν ἕτερον οὐδὲν, πλὴν ὅτι μεγαλαυχεῖν κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης· κατεπαίρεσθαί τε τοῦ προεστηκότος τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον ὀνῆσαι δεδυνημένου τὸν ἴδιον λαόν. Πίνοντος τοίνυν τοῦ Βαλτάσαρ, καὶ μονονουχὶ γελῶντος τὰ σκεύη τὰ ἅγια· Ὤφθη, φησὶν, ἀστράγαλος χειρὸς, καὶ ἔγραφεν ἐν τῷ τοίχῳ, *Μανῆ Θεκὲλ Φαρές*· διερμηνεύων τὴν γραφὴν ὁ θεσπέσιος Δανιὴλ, ἔφη πρὸς τὸν Ἀσσύριον· Διέῤῥηξεν ὁ Θεὸς τὴν βασιλείαν σου, καὶ ἐμέρισεν αὐτὴν, καὶ ἐδόθη Μήδοις καὶ Πέρσαις. Ταυτησὶ τῆς ἱστορίας, ὥς γε οἶμαι, διαμέμνηται νυνὶ, καί φησιν ὁ D προφήτης ὡς πρός γε αὐτοὺς τοὺς ἄρχοντας, ἤτοι μεγιστᾶνας, καὶ μέν τοι τὸν Βαλτάσαρ· Ἑτοιμάσατε τράπεζαν, πίετε, φάγετε· ἀναστάντες οἱ ἄρχοντες, ἑτοιμάσατε θυρεούς· σπαταλήσατε, φησὶν, ἐπὶ τραπέζαις ἀσώτοις· ἐν ἕθει δέ πώς ἐστιν ὁ λόγος· κατακορέσθητε πίνοντες ἀπλήστως. Καὶ τί μετὰ τοῦτο; Πόλεμοι διαδέξονται τὴν πανήγυριν, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν τὸ παθεῖν· ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ πότου δραμεῖσθε πρὸς ὅπλα, καὶ ζητήσετε θυρεούς. Παγχάλεπον γὰρ ἀληθῶς τὸ κατεπαίρεσθαι Θεοῦ, καὶ καταθρασύνεσθαι δόξης, ἧς ἐπέκεινα τῶν ὄντων οὐδέν. Δέδοται μὲν γὰρ τοῖς Ἀσσυρίοις ὁ Ἰσραὴλ· Θεοῦ τὸ χρῆναι

[78] Jon. III, 4. [79] Dan. V, 1 seqq. [80] ibid. 25.

Digitized by Google

παθεῖν αὐτοὺς τὴν αἰχμαλωσίαν διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν ἐπενηνοχότος. Οὐ μὴν ἔδει ἠρηκότας εἰς τοῦτο πεσεῖν ἀμαθίας καὶ ἀσυνέτων ἐννοιῶν, ὡς οἴεσθαι καὶ φρονεῖν τὴν τοῦ σώζειν αὐτοὺς ἐθέλοντος πλεονεκτῆσαι τοῦ πάντα ὑπερκειμένου καὶ ἀνεστηκότος τὴν κτίσιν ὡς Θεοῦ.

A servare illos volebat, et ineffabilem Dei quæ super omnia exstat et eminet, potentiam debellare.

χεῖρα, καὶ ἀμείνους γενέσθαι τῆς ἀφράστου δυνάμεως

Ὅτι οὕτως εἶπε Κύριος πρός με· Βαδίσας σεαυτῷ στῆσον σκοπόν· καὶ ὃ ἐὰν ἴδῃς, ἀνάγγειλον. Καὶ εἶδον ἀναβάτας ἱππεῖς δύο· ἀναβάτην ὄνου, καὶ ἀναβάτην καμήλου.

Vers. 6, 7. *Quia sic dixit Dominus mihi : I, tibi constitue speculatorem, et quod videris, renuntia. Et vidi sessores equites duos : sessorem asinæ, et sessorem cameli.*

Ἔθος τοῖς ἁγίοις προφήταις ἐν τῷ τῆς θεοπτίας ἤτοι τῶν ὁράσεων καιρῷ, συλλέγειν ὥσπερ ἐν ἑαυτοῖς τὸν νοῦν, καὶ ἀπερισπάστῳ διανοίᾳ κατασκέπτεσθαι τὰ δεικνύμενα παρὰ Θεοῦ. Καὶ οἷον ὑψοῦ καὶ ἐν ἀπορρήτῳ τινὶ περιωπῇ γεγονότας τῶν θείων ἐπακροᾶσθαι λόγων. Καὶ γοῦν ἔφη τις τῶν ἁγίων προφητῶν· « Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, καὶ ἐπιβήσομαι ἐπὶ πέτραν, καὶ ἀποσκοπεύσω, τοῦ ἰδεῖν τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ, καὶ τί ἀποκριθῶ ἐπὶ τὸν ἔλεγχόν μου. » Τοιοῦτόν τι νῦν ὁ προφήτης διδάσκει, καί φησιν ἀκοῦσαι παρὰ Θεοῦ· Βαδίσας σεαυτῷ στῆσον σκοπὸν, καὶ ὃ ἐὰν ἴδῃς ἀνάγγειλον· καὶ οὐχ ἕτερόν τινα σκοπὸν ἱστᾷν ἐκελεύετο, ἀλλ' ἑαυτόν που πάντως εὐτρεπίσαι πρὸς θεοπτίαν, καὶ οἷόν τινα σκοπὸν ὑψοῦ γεγονότα τῷ νῷ, καταθρεῖν τὰ ἐσόμενα, καὶ ὄψει δέχεσθαι τῶν πραγμάτων τὴν θέαν. Εἶδον οὖν, φησὶν, ἀναβάτας ἱππεῖς δύο· ἀναβάτην ὄνου, καὶ ἀναβάτην καμήλου. Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν, ὁ τῶν Ἀσσυρίων θρῆνος διδάξει σαφῶς. Ἔφασκε γάρ· Ἐπ' ἐμοὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ πρέσβεις τῶν Περσῶν πρὸς ἐμὲ ἔρχονται· καὶ Ἐλαμῖται μὲν βάρβαρον ἔθνος, καμήλοις ἐποχεῖσθαι μεμελετηκός. Ὁ δέ γε ἀναβάτης τῆς ὄνου τίς ἂν ἕτερος εἴη παρά γε τοὺς Περσῶν ἐξειλεγμένους; οὓς δὴ καί φασιν ἡμιόνους τε καὶ σκιαδίοις (1) ἐμβεβηκότας ἰέναι πρὸς μάχην, ὡς ἂν μή τις αὐτοὺς ἀπονευρώσῃ πόνος. Ἐπειδὰν δὲ τὸν τῆς μάχης ἴδωσι χῶρον, τὸ τηνικάδε τῶν σκιαδίων καταπηδήσαντες, ἵπποις κέχρηνται ἐξειλεγμένοις. Ὄνου τοίνυν ἀναβάτην τὸν ταῖς ἡμιόνοις ἐποχούμενόν φησιν. Εἰ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον θεάσασθαι μὲν εἰκὸς τὸν προφήτην, ἵπποις ἐποχούμενον τῶν πολεμίων τὸ στῖφος, ἐπομένην δὲ πληθὺν καμήλων καὶ ἡμιόνων, ἠύτρεπισμένων τάχα που πρὸς τὴν τῶν λαφύρων μετακομιδήν. Τοῦτο γὰρ ἑτέρωθί πού φησιν· « Ἐν τῇ θλίψει καὶ τῇ στενοχωρίᾳ, λέων καὶ σκύμνος λέοντος· ἐκεῖθεν καὶ ἀσπίδες καὶ ἔγγονα ἀσπίδων πετομένων, οἳ ἔφερον ἐπ' ὄνων καὶ καμήλων τὸν πλοῦτον αὐτῶν. » Λέοντα γὰρ καὶ σκύμνον λέοντος τὸν Κύρον ἐκάλει· καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ Πέρσας τε καὶ Μήδους. Ἀσπίδας δὲ καὶ ἀσπίδων ἔγγονα πετομένων· τοῦτο ἔστιν, ὀξέως διάττειν καὶ πτηνοῖς ἐν ἴσῳ φέρεσθαι μεμελετηκότας, τοὺς ἐκ τῶν ἑτέρων ἐθνῶν, οἷς καὶ ἐποχεῖσθαι καμήλοις ἐν ἔθει καὶ τριβῇ.

In more est sanctis prophetis, divinæ contemplationis seu visionum tempore, velut in se ipsis animum cogere et colligere, et acerrima attentissimaque cogitatione a Deo res ostensas perlustrare, et velut in sublimi ac secreta specula divinis verbis aurem præbere. Quippe ex sanctis prophetis quidam dixit : « In custodia mea stabo, et conscendam petram, et speculabor, ut videam quid loquetur in me, et quid respondeam ad castigationem meam [81]. » Hoc itaque propheta docet se a Deo audire : I, et constitue speculatorem, et quod videris renuntia. Non jubetur alium speculatorem statuere, at seipsum omnino ad divinam contemplationem comparare, et velut speculatorem in edito loco, animo ac mente, factum, circumspicere futura, et rerum inspectionem visu aspectuque consequi. Vidi igitur, ait, sessores equites duos, **307** sessorem asinæ, et sessorem cameli. Et quid hoc est, lamentatio Assyriorum plane docebit. Dixit enim : In me Elamitæ, et legati Persarum ad me veniunt. Elamitæ gens barbara sunt, et camelis vehi solita. Sessor autem asinæ quis alius sit præter electos et eximios Persarum viros? quos aiunt mulis et sciadiis conscensis, ad pugnam fuisse, ne quis eos labor enervet : ubi autem pugnæ locum vident, tum e sciadiis desultantes, equis utuntur lectissimis. Asinæ ergo insessorem dicit, eum qui mulabus vectus est. Vel etiam alio modo : verisimile est vidisse prophetam, hostium cuneum equis vectum, et camelorum et mulorum instructorum multitudinem sequentem, fortassis ad spolia avehenda. Hoc siquidem dicit alibi : « In afflictione et angustia leo et leunculus : ibi, et aspides et progenies aspidum volantium, qui portabant asinis et camelis divitias suas [82]. » Leonem siquidem et catulum leonis Cyrum vocavit, et Persas sub eo Medosque : aspidas et aspidum volantium progeniem, id est, qui propere præcurrere, et avium in morem ferri solent, eos dicit qui ex aliis erant gentibus, quos etiam camelis vehi in more positum erat et consuetudine.

Ἀκρόασαι ἀκρόασιν πολλὴν, καὶ κάλεσον Οὐρίαν εἰς τὴν σκοπιὰν Κυρίου.

Vers. 8. *Audi auditionem multam, et voca Uriam in speculam Domini.*

Διωμολόγηκεν ὁ προφήτης, ὡς θεάσαιτό τινας

Confessus est propheta vidisse se quosdam

[81] Habac. II, 1. [82] Isa. XXX, 6.

(1) Σκιάδια videntur fuisse currus quidam ceu umbraculo quodam operti.

Digitized by Google

ascensores, equites duos, cameli et asinæ : qui autem fuerint, superius diximus. Semel autem speculatus, jussus est deinceps quæ ex ea incursione futura sunt, docere, et calamitatis Chaldæorum narrationem terribilem inducere. Multa enim auditio ejusmodi est revera. Nam quæ Babyloni contigerunt, horrenda erant, nec ulla oratione exprimi poterant, et in summum venerunt malorum. Cyrus etenim sic eam cepit, ut prorsus desertam reddiderit, et qui in ea erant interemerit, et eos demum qui in speluncis insidiabantur, et omnino se posse latere sperabant. Etenim dixit ei universitatis Deus : « Dabo tibi thesauros tenebrosos, occultos, a conspectu remotos aperiam tibi [83]. » Inducitur etiam persona Jerusalem velut Babylonem alloquentis : Ne gaudeto, o inimica mea, de me ; **308** si ceciderim, resurgam : si in tenebris sedero, Dominus mihi lux erit. Iram Domini feram, quia peccavi ei, donec ipse justificet justitiam meam, et faciat judicium meum, et educat me in lucem, videamque justitiam ejus. Videbit inimica mea et circumfundetur pudore, quæ dicit mihi : Ubi Dominus Deus tuus ? oculi mei videbunt eam. Jamjam conculcanda est, quasi lutum in viis. Dies lituræ lateris, deletio tua dies illa : qua videlicet a Persis et Medis et Elamitis vastata et deleta est, ut dixi. Audi igitur, inquit, auditionem multam, id est, de captivitate longam et horribilem narrationem. Et voca Uriam in speculam Domini. Uriam dicunt fuisse quemdam legis ministerio maxime conspicuum. Voca, inquit, testem factæ tibi speculationis, videlicet visionis, Uriam, et doceatur abs te futura. Postquam enim prophetarum enarrationibus minus credentes, dixerunt : « Alia nobis loquamini, et annuntiate nobis alterum errorem [84] ; » hinc et appositissime universorum Deus, Judæorum honoratissimos adhibuit testes eorum quæ ostensa sunt diversis temporibus, ut qui velut in visione prophetica prophetiæ spiritum haberent, ut nisi illorum verbis morem gerere voluissent, saltem animarent illos hi, qui apud eos ornati et honorati sunt legali sacerdotio.

ἀναβάτας ἱππεῖς δύο, καμήλου τε καὶ ὄνου· καὶ τίνες ἂν εἶεν οὗτοι, φθάσαντες ἤδη προεῖπαμεν. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ τεθέαται, προστάττεται λοιπὸν τὰ ἐκ τῆς ἐφόδου μανθάνειν ἐπείγεσθαι, καὶ τῆς τῶν Χαλδαίων συμφορᾶς τὰ φρικτὰ διηγήματα. Πολλὴ γὰρ ἀκρόασις ἡ τοιάδε κατὰ τὸ ἀληθές. Τοιγάρτοι τῇ Βαβυλῶνι συμβεβηκότα φρικτὰ, καὶ λόγου πέρα παντὸς, καὶ εἰς ἄκρον ἥκοντα κακῶν. Εἷλε γὰρ οὕτως ὁ Κύρος αὐτὴν, ὥστε καταστῆσαι μὲν ἐρήμην αὐτὴν εἰς ἅπαν, ἀνελεῖν δὲ τοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξ αὐτῶν τε τῶν σπηλαίων σαγηνεύοντα τοὺς ὅλως δύνασθαι λαθεῖν προσδοκήσαντας. Καὶ γοῦν ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὅτι Δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι. » Εἰσφέρεται δέ που καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ πρόσωπον ὡς πρός γε τὴν Βαβυλῶνα λέγον· Μὴ ἐπίχαιρέ μοι, ἡ ἐχθρά μου, ὅτι πέπτωκα καὶ ἀναστήσομαι· διότι ἐὰν καθίσω ἐν τῷ σκότει, ὁ Κύριος φωτιεῖ με. Ὀργὴν Κυρίου ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ, ἕως οὗ δικαιῶσαι αὐτὸν τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ ποιήσῃ τὸ κρίμα μου, καὶ ἐξάξει με εἰς τὸ φῶς· καὶ ὄψομαι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Καὶ ὄψεται ἡ ἐχθρά μου, καὶ περιβαλεῖται αἰσχύνην, ἡ λέγουσα πρός με, Ποῦ Κύριος ὁ Θεός σοῦ ; οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπόψονται αὐτήν. Νῦν ἔσται εἰς καταπάτημα ὡς πηλὸς ἐν ταῖς ἐξόδοις. Ἡμέραι ἀλοιφῆς πλίνθου, ἐξάλειψίς σου ἡ ἡμέρα ἐκείνη· καθ' ἣν δηλονότι πεπόρθηται μὲν ὑπὸ Περσῶν τε καὶ Μήδων καὶ Ἐλαμιτῶν, ἠρήμωται δὲ, ὡς ἔφην. Ἀκρόασαι τοίνυν, φησὶν, ἀκρόασιν πολλὴν, τοῦτ' ἔστι, τὰ ἐπὶ τῇ ἁλώσει μακρὰ καὶ φρικτὰ διηγήματα· καὶ κάλεσον Οὐρίαν εἰς τὴν σκοπιὰν Κυρίου. Οὐρίαν φασί τινα γενέσθαι τῶν ὅτι μάλιστα διαφανεστάτων ἐν ἱερουργοῖς τοῖς κατὰ τὸν νόμον. Παράλαβε τοίνυν, φησὶ, μάρτυρα τῆς δεικνυμένης σοι κατασκοπῆς, ἤγουν ὁράσεως, τὸν Οὐρίαν, καὶ διδασκέσθω παρὰ σοῦ τὰ ἐσόμενα. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς τῶν προφητῶν διηγήμασιν ἀπειθοῦντες ἔφασκον· « Ἄλλα ἡμῖν λαλεῖτε, καὶ ἀναγγέλλετε ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν, » ταύτῃτοι καὶ λίαν οἰκονομικῶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τοὺς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐντιμοτάτους ἐποιεῖτο μάρτυρας τῶν δεικνυμένων κατὰ καιροὺς, ὡς ἐν ὁράσει προφητικῇ, τοῖς τὸ τῆς προφητείας ἔχουσι πνεῦμα, ἵν' εἰ μὴ βούλοιντο τοῖς παρ' αὐτῶν κατα-

πεῖθεσθαι λόγοις, κἂν οὖν ἐκείνοις θαρσήσειαν, οἳ τῇ κατὰ νόμον ἱερωσύνῃ τετίμηνται παρ' αὐτοῖς.

Et dixi : Steti semper die, et in castris steti per totam noctem, et ecce ille venit ascensor bigæ.

Jussus propheta sibi constituere speculatorem, et apte denuntiare quidquid ei a Deo ostensum esset : Steti, inquit, per totam diem et per totam noctem. Et ecce ille venit ascensor bigæ. Quisnam ille ? Persa et Elamita, vel exercitus præfectus, id est, Cyrus.

Vers. 9. *Et respondens ait : Cecidit Babylon, et omnes imagines ejus, et manufacta ejus contrita sunt in terram.*

Cum dixisset propheta : Ecce ille venit ascensor

Καὶ εἶπεν· Ἔστην διὰ παντὸς ἡμέρας, καὶ ἐν τῇ παρεμβολῇ ἔστην ὅλην τὴν νύκτα· καὶ αὐτὸς ἔρχεται ἀναβάτης ξυνωρίδος.

Κεκελευσμένος ὁ προφήτης ἑαυτῷ στῆσαι σκοπὸν, ἀπαγγεῖλαί τε σαφῶς, ὅπερ αὐτῷ δειχθείη παρὰ Θεοῦ· Ἔστην, φησὶ, διὰ παντὸς ἡμέρας, καὶ δι' ὅλης νυκτός· καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἔρχεται ἀναβάτης ξυνωρίδος. Αὐτὸς ἄρα τίς ; ὁ Πέρσης τε καὶ Ἐλαμίτης, ἤγουν ὁ τῆς στρατιᾶς ἡγούμενος, τοῦτ' ἔστιν, ὁ Κύρος.

Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν· Πέπτωκε Βαβυλὼν, καὶ πάντα τὰ ἀγάλματα αὐτῆς, καὶ τὰ χειροποίητα αὐτῆς συνετρίβησαν εἰς τὴν γῆν.

Τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἰδοὺ αὐτὸς ἔρχεται

[83] Isa. XLV, 3. [84] Isa. XXX. 10.

Digitized by Google

ἀναβάτης ξυνωρίδος, τίνα τρόπον τὰ τῆς ἐφόδου πραχθήσεται, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν εὖ μάλα τεθεαμένου, λοιπὸν ἀποκρίνεται Θεὸς καί φησιν· Πέπτωκε Βαβυλὼν, τοῦτ' ἔστιν, ἡ ἀλαζὼν, ἡ ὑβρίστρια, ἡ σφῦρα πάσης τῆς γῆς, καθά φησιν Ἱερεμίας· ἡ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι θηριοπρεπῶς ἐπεμβαίνουσα, ἡ γαυρὸν αἴρουσα τὸν αὐχένα, χώρας τε καὶ πόλεις καταλεαίνουσα. Πέπτωκε, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν. ἀπόλωλε παντελῶς· ᾤχετο καὶ πεπάτηται, καὶ κατερρίμμένη παντελῶς, καὶ ὑπὸ πόδας τῶν ἡγηκότων ὁρᾶται κειμένη λοιπόν. Συνετρίβη δὲ καὶ πάντα αὐτῆς τὰ ἀγάλματα καὶ τὰ χειροποίητα. Γῆ γὰρ τῶν γλυπτῶν ἐστι, καθά φησιν ἕτερος τῶν ἁγίων προφητῶν· ἐπεποίθει δὲ λίαν ἐπὶ τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς· καὶ ταῖς παρ' αὐτῶν ἐπικουρίαις σώζεσθαι προσδοκήσασα, πεπάτηται σὺν αὐτοῖς, καὶ ὁμοῦ τοῖς ἰδίοις συνετρίβη σεβάσμασιν.

bigæ, et quomodo hæc incursio fieret, et quod non longe abesset, optime contemplaretur: respondet Deus, et inquit: Cecidit Babylon, id est, superbus **309** et insolens universæ terræ malleus, ut inquit Jeremias, et quæ omnes gentes bellnino more invadit, quæ elatam cervicem tollit, quæ provincias, quæ urbes solo æquat. Concidit, inquit, id est, funditus periit, interiit et conculcata est, et projecta deinceps, et pedibus victorum subjecta conspicitur. Contritæ sunt etiam omnes ejus imagines et manufacta. Terra enim est sculptilium, sicuti dicit alius e sanctis prophetis, et falso nominatis diis magnopere confisa est, illorumque ope servari sperans cum illis calcata est, et simul cum numinibus contrita.

Ἀκούσατε, οἱ καταλελειμμένοι, καὶ ὀδυνώμενοι, ἀκούσατε ἃ ἤκουσα παρὰ Κυρίου Σαβαὼθ, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ἀνήγγειλεν ἡμῖν.

Ἀπεκομίσθη μὲν αἰχμάλωτος ὁ Ἰσραὴλ, καὶ δεδούλευκε τοῖς Βαβυλωνίοις, ἐφιέντος Θεοῦ διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν καὶ ταῖς οὕτω μακραῖς αὐτὸν ἐναλῶναι συμφοραῖς. Ἀπομεμενήκασί γε μὴν ἔν τε Ἱεροσολύμοις, καὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πολλοί· πλὴν διετέλουν στένοντές τε καὶ ὀδυνώμενοι, πεπορθημένης αὐτοῖς τῆς χώρας· κατεμπρησθέντος δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ ναοῦ, ἠρημωμένης δὲ κατὰ κράτος τῆς Ἱερουσαλήμ. Φάρμακον τοίνυν ἐπικουρίας αὐτοῖς εἰς παράκλησιν ἐξυφαίνει χρησίμως ὁ προφήτης τὴν ὅρασιν, καὶ φησι πρὸς αὐτούς· Ἀκούσατε, οἱ καταλελειμμένοι καὶ ὀδυνώμενοι, ἀκούσατε ἃ ἤκουσα παρὰ Κυρίου Σαβαώθ. Ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ἀνήγγειλεν ἡμῖν. Ἤδει γὰρ, ᾔδει τὴν Βαβυλωνίων συμφορὰν θυμηδείας αὐτοῖς ἐσομένην πρόξενον, καὶ τὰ κατὰ τῶν λελυπηκότων διηγήματα παρακλήσεως ἔσεσθαι τρόπον τοῖς οὕτω πεπορθημένοις.

VERS. 10. *Audite, derelicti et dolentes, audite quæ audivi a Domino Sabaoth, Deus Israel annuntiavit nobis.*

δεξαμενοι, νουθετοῦσιν εὐθὺς τοὺς ἀθετοῦντας τὸν νόμον, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἐσομένης ἐπ' αὐτοῖς κολάσεως ἐπανατείνουσι φόβον, καὶ καταπτοοῦσι τοῖς δείμασι προαπαγγέλλοντες τὰ ἐσόμενα. Φόβος γὰρ, φησὶ, καὶ βόθυνος καὶ παγὶς, τοῦτ' ἔστι, πᾶν εἶδος κακῶν ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἀπόνευσις οὐκ ἔσται τῆς συμφορᾶς. Ἀλλ' εἰ καί τις τὸ δέ τι διαφύγοι τυχὸν τῶν κακῶν ὑφ' ἑτέρου ληφθήσεται, καὶ πάντη τε καὶ πάντως ἑνὶ τῶν ἐνηνεγμένων ἁλώσεται κακῶν. Τοῦτο δὲ παθεῖν τοῖς Ἰουδαίοις συμβέβηκε, μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, πεπορθημένης αὐτοῖς τῆς χώρας, πόλεών τε καὶ οἴκων κατασεσεισμένων· καὶ μακρὸν ἕκαστα λέγειν εἰδόσι μάλιστα τοῖς τῆς Ἐκκλησίας τροφίμοις.

A punitionis metum aggravent, et terroribus concutiant, futura denuntianno. Timor enim, inquit, et fovea, et laqueus, id est, omnia genera malorum super vos, et a calamitate suffugium nullum erit, nec declinatio. Sed forte si unum quid malorum effugerit, capietur altero, et ubique ac semper, aliquo malorum illatorum comprehendetur. Hoc contigit Judæis post crucem Servatoris, cum regio eorum vastaretur, urbesque et ædes conquassarentur: sed dicere singula longum est, maxime Ecclesiæ alumnis gnaris ac scientibus.

Ὅτι θυρίδες ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀνεῴχθησαν, καὶ σεισθήσεται τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Ταραχῇ ταραχθήσεται ἡ γῆ, καὶ ἀπορίᾳ ἀπορηθήσεται ἡ γῆ. Ἔκλινεν καὶ σεισθήσεται ἡ γῆ πᾶσα ὡς ὀπωροφυλάκιον, ὡς ὁ μεθύων καὶ κραιπαλῶν, καὶ πεσεῖται, καὶ οὐ μὴ δύνανται ἀναστῆναι, κατίσχυσε γὰρ ἐπ' αὐτῆς ἡ ἀνομία.

Vers. 19, 20. *Quia fenestræ cœli apertæ sunt, et concutientur fundamenta terræ. Turbatione turbabitur terra, et ad summam inopiam redigetur terra. Declinavit, et commovebitur sicut tugurium, omnis terra ut ebrius et plenus crapulæ, et cadet,* 345 *nec potest resurgere, invaluit enim contra eam iniquitas.*

Ἀποδίδωσι τὴν αἰτίαν τῶν ἔσεσθαι προαπηγγελμένων, καὶ ὅτι πικραῖς καὶ ἀνεξιτήτοις περιπεσοῦνται συμφοραῖς. Ἔφη γὰρ ὅτι φόβος καὶ βόθυνος καὶ παγὶς ἐφ' ὑμᾶς· καὶ ὅτι τὸν βόθυνον εἴ τις διαφύγοι ἁλώσεται ὑπὸ τῆς παγίδος. Ποία τοίνυν ἡ τοῦδε πρόφασις; Θυρίδες, φησὶν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠνεῴχθησαν, τοῦτ' ἔστιν, ἐπεσκέψατο ὁ Θεὸς τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς. Ἕως μὲν γὰρ ἀνεξικακεῖ τοῖς εἰωθόσι πλημμελεῖν, οἱονεί πως δοκεῖ καὶ μὴ ἐφορᾷν, κεκλεῖσθαι δὲ μᾶλλον ὁ οὐρανός. Ἐπειδὴ δὲ κατασκέπτεται τῶν ἐπὶ γῆς τὰς ὁδοὺς, τότε δὴ τότε, καθάπερ θυρίδων ἀνεῳγμένων, ἐν ὀφθαλμοῖς ποιεῖται τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς· ἐπιφέρων δὲ τὰς αἰτίας τοῖς ἑκάστου πλημμελήμασιν ἀναλόγως, θορύβου τὰ πάντα· καὶ δέους ἀναμεστοῖ, καὶ οἷον ἐκ μέθης ἅπαντες οἱ ἐπὶ τῆς γῆς πρὸς πᾶν εἶδος διαῤῥιπτοῦνται κακῶν. Ἐπενήνεκται δὲ χρησίμως τὸ φάναι καθάπερ τι τῶν ἐν ἀγροῖς ὀπωροφυλακίων σεσαλεῦσθαι τὴν γῆν· τὸ ὅτι κατίσχυσεν ἐπ' αὐτῆς ἡ ἀνομία. Ἕως μὲν γὰρ φορητὰ πλημμελοῦσιν οἱ ἐπ' αὐτῆς ἀναδύεται τὰς δίκας, καὶ χαλινοῖ τὴν κίνησιν ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ἀσχέτου γε μὴν τῆς ἁπάντων δυσσεβείας γεγενημένης πᾶσά πως ἀνάγκη, καὶ ἐποπτεύεσθαι παρὰ Θεοῦ τὴν γῆν, καὶ κατισχυούσης ἐπ' αὐτῆς ἀνομίας, μεθύειν τρόπον τινὰ καὶ κραιπαλᾶν, καὶ πρὸς πᾶν εἶδος καταδονεῖσθαι συμφορᾶς.

Causam reddit eorum quæ prænuntiata sunt, et quod in acerbas et inextricabiles miserias incident. Dixit enim, timor, et fovea, et laqueus super vos, et foveam si quis effugerit, capietur laqueo. Quæ igitur est rei hujusce causa? Januæ cœli apertæ sunt, id est, invisit Deus eos qui sunt in terra. Quandiu enim suffert delinquentes, non inspicere quodammodo, imo potius quoque cœlum occludi videtur. Cum autem vias mortalium obtuetur, tunc, tunc veluti januis apertis, ob oculos constituit eos qui in terra sunt, ac pœnas pro ratione cujusque delicti convenienter infligens, tumultu ac metu complet omnia. Et tanquam præ ebrietate omnes terræ incolæ omni malorum generi objiciuntur. Commode autem infertur post illud dictum, Sicut aliquod in agris tugurium, commoveri terram, illud alterum: Quia invaluit in ea iniquitas. Nam dum qui in ea agunt, peccant tolerabiliter, revocat et retractat quasi pœnas, et ictum refrenat universorum Deus. Sed omnium impietas si intemperans fiat et effrenis, necesse omnino est, terram a Deo spectari, et invalescente in ea iniquitate, inebriari quodammodo, et oppleri crapula, et omni calamitatis genere agitari.

Καὶ ἐπάξει ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ τὴν χεῖρα, καὶ ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς. Καὶ συνάξουσι καὶ ἀποκλείσουσιν εἰς ὀχύρωμα καὶ εἰς δεσμωτήριον, διὰ πολλῶν γενεῶν ἐπισκοπὴ ἔσται αὐτῶν, καὶ τακήσεται ἡ πλίνθος, καὶ πεσεῖται τὸ τεῖχος.

Vers. 21, 22. *Et inducet Deus super ornatum cœli manum, et super reges terræ, et congregabunt et concludent in munitionem et in carcerem; per multas ætates visitatio erit eorum, et liquefiet later, et cadet murus.*

Λαμπρὸν καὶ τοῦτο κατόρθωμα τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς. Ἔδει γὰρ, ἔδει λοιπὸν ἐπιλάμψαντος τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου, τὸν νοητὸν ἐκεῖνον διασκίδνασθαι σκότον, ὃν ταῖς ἁπάντων καρδίαις ἐνέχεεν ὁ Σατανᾶς. Ἐσκότισε γὰρ τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ ἀνέπεισε προσκυνεῖν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Ἐμερίζοντο γὰρ οἱ πλανώμενοι τὰ τοῦ κόσμου στοιχεῖα. καὶ οἱ μὲν τὸν ἥλιον

Illustre est hoc quoque humanitatis Unigeniti documentum. Oportuit enim, oportuit, deinceps illucescente justitiæ sole, tenebras illas intelligibiles dissipari, quas omnium cordibus Satan offuderat. Obtenebravit enim, juxta id quod scriptum est [32], sensus infidelium, persuasitque ut creaturæ supra Creatorem procumberent. Partiti sunt nimirum hi qui errabant, mundi elementa, alii solem nuncupabant

[32] Rom. i, 21 sqq.

Digitized by Google

deum, alii lunam, cæteri ex astris aliud, atque pro sua libidine. Laborabant vero hac impietate etiam ipsi Judæorum populi. Alicubi enim dixit Deus Jeremiæ prophetæ pro illis supplicanti : « Et 346 tu ne ora pro populo isto, et ne precare, et ne accede ad me pro illis in oratione et precatione, quia non exaudiam. Annon vides quid isti faciant in civitatibus Judæ, in viis Jerusalem? Filii illorum colligunt ligna, et patres eorum accendunt ignem, et uxores eorum subigunt farinam ut faciant placentas militiæ cœli, et libaverunt liba diis alienis, ut ad iram provocent me [33,34]. » Et per alium prophetam alloquitur illos : « Nunquid mactationes et hostias adduxistis mihi quadraginta annos in deserto, domus Israel, dicit Dominus? Et sustulistis tabernaculum Moloch, et sidus dei vestri Ræphan, figuras quas fecistis vobis ut adoretis [35]. » Inducet igitur, inquit, Deus super ornatum cœli manum, id est, dissipabit eos qui ornatum cœli adorant, solem, inquam, et lunam, et astra. Verisimile vero est, velut ex parte, totam idololatriam in his denominari. Jam enim cessatum est, Christo exhibito et demonstrato, adorare mundi elementa. Sique ornatum cœli ipsum peccati inventorem et patrem, id est, Satanam, intelligamus, recta sane ad veritatem pervenerimus. Dictum est de eo : « Quomodo cecidit de cœlo Lucifer mane oriens [36]? » Cum autem semel ante lapsum, propter antiquam ejus gloriam Lucifero assimilaretur, ornatum cœli etiamnum propheticus sermo nobis eum appellitat. Manum inferendam dicit, non soli ornamento cœli, sed et terræ regibus, id est, sublunarem hunc globum vi obtinentibus, videlicet sæculi hujus mundanis rectoribus, nequam et adversariis potestatibus. Regnum enim terræ renuerunt, et suos in ea adoratores effecerunt, persuaserunt que omnibus, charitatem erga Deum prorsus contemnere. Istos igitur ex fraude et mendacio et cupiditate regnantes, congregabunt, et in munitionem et carcerem concludent. Demisit enim eos in supplicii carcerem, Servatoris potentia, in firmam ac inevitabilem custodiam. Siquidem rogarunt dæmones accedentes ad eum, ne præciperet in abyssum abire [37]. Subnectit propheta, ac inquit : Per multas ætates visitatio erit illorum. Etenim a constitutione mundi tyrannidem occuparunt, nec destiterunt cum divina 347 et secreta majestate bellum gerere. Continuata est autem hæc eorum amentia, ad usque Servatoris omnium [nostri Christi adventum, et visitatione postea per illum facta in custodiam conclusi sunt, et in carcerem, verum hoc per multas ætates passi sunt. Liquefaciendum dicit laterem, et casurum murum, muro forsan Satanam comparans. Potens enim ad resistendum erat, et quasi civitas turribus munitissima : cæterum quatiente Christo captus est et prostratus. Non enim valuit invictam ejus vim sustinere et excipere. Quod autem deleto et concidente Satana, idololatriæ nugæ

A ἐπεγράφοντο θεὸν, οἱ δὲ τὴν σελήνην, ἕτεροι δὲ τῶν ἀστέρων τῶν καθ' ἡδονήν. Νενοσήκασι δὲ ταυτηνὶ τὴν δυσσέβειαν καὶ αὐτοὶ τῶν Ἰουδαίων οἱ δῆμοι. Καὶ γοῦν ἔφη που Θεὸς τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἱκετίας ἀναφέροντί ποτε τῷ προφήτῃ Ἱερεμίᾳ· « Καὶ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ μὴ ἀξίου, καὶ μὴ προσέλθῃς μοι περὶ αὐτῶν ἐν δεήσει καὶ προσευχῇ, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαι. Ἢ οὐχ ὁρᾷς τί οὗτοι ποιοῦσιν ἐν ταῖς πόλεσιν Ἰούδα, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλήμ; Οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν καίουσι πῦρ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν τρίβουσι σταῖς τοῦ ποιῆσαι χαυῶνας τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔσπεισαν σπονδὰς θεοῖς ἀλλοτρίοις ἵνα παροργίσωσί με. » Καὶ μὴν καὶ δι' ἑτέρου προφήτου πρὸς αὐτούς φησι· « Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἐν

B τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἔτη, οἶκος Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος; Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μωλὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ Ῥεφάν· πρὸς τύπους οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς. » Ἐπάξει τοίνυν, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸν κόσμου τοῦ οὐρανοῦ τὴν χεῖρα, τοῦτ' ἔστι, διασκεδάσει τοὺς προσκυνοῦντας τῷ κόσμῳ τοῦ οὐρανοῦ, ἡλίῳ τέ φημι καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις. Εἰκὸς δὲ δὴ τὴν σύμπασαν εἰδωλολατρείαν ὡς ἐκ μέρους ἐν τούτοις κατονομάζεσθαι. Πέπαυται γὰρ τὸ προσκυνεῖν τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις ἀναδειχθέντος Χριστοῦ. Κόσμου δὲ τοῦ οὐρανοῦ καὶ αὐτὸν εἶναι νοοῦντες τὸν τῆς ἁμαρτίας εὑρέτην καὶ πατέρα, τοῦτ' ἔστι, τὸν Σατανᾶν, κατ' εὐθὺ τάχα που τῆς ἀληθείας ἥξομεν. Εἴρηται γὰρ περὶ αὐτοῦ· Πῶς ἐξ-

C έπεσεν ἐξ οὐρανοῦ ὁ Ἑωσφόρος ὁ πρωῒ ἀνατέλλων; » Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ διάτοι τὴν ἀρχαίαν, καὶ τὴν πρὸ τῆς ἀποπτώσεως αὐτοῦ δόξαν Ἑωσφόρῳ πιρεικάζεται, κόσμον αὐτὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ νῦν ὁ προφητικὸς ἡμῖν ὀνομάζει λόγος. Ἐπενεχθήσεσθαι δὲ τὴν χεῖρά φησιν, οὐχὶ δὴ μόνῳ τῷ κόσμῳ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς, τοῦτ' ἔστι, τοῖς ἐκ τῆς πλεονεξίας κεκρατηκόσι τῆς ὑπ' οὐρανὸν, δῆλον δὲ ὅτι τοῖς κοσμοκράτορσι τοῦ αἰῶνος τούτου, ταῖς πονηραῖς καὶ ἀντικειμέναις δυνάμεσι. Βεβασιλεύκασι γὰρ τῆς γῆς, ἰδίους ἀποφήναντες προσκυνητὰς τοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης ὀλιγωρῆσαι παντελῶς ἀναπείσαντες. Τούτους τοιγαροῦν τοὺς ἐξ ἀπάτης καὶ ψεύδους καὶ πλεονεξίας κεκρατηκότας ἤγουν βασιλεύσαντας συνάξουσι καὶ ἀποκλείσουσιν εἰς ὀχύρω-

D μα καὶ εἰς δεσμωτήριον. Κατέπεμψε γὰρ αὐτοὺς εἰς τὸ τῆς κολάσεως δεσμωτήριον τοῦ Σωτῆρος ἡ δύναμις, εἰς τὸ ἄφυκτον ὀχύρωμα. Καὶ γοῦν παρεκάλουν οἱ δαίμονες προσιόντες αὐτῷ, ἵνα μὴ προστάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσαν ἀπελθεῖν. Προσεπάγει δὲ καί φησιν ὁ προφήτης, ὅτι διὰ πολλῶν γενεῶν ἐπισκοπὴ ἔσται αὐτῶν· τετυραννεύκασι μὲν γὰρ ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, καὶ οὐ διαλελοίπασι τῇ θείᾳ τε καὶ ἀπορρήτῳ πολεμοῦντες δόξῃ. Παρέτεινε δὲ τὰ τῆς ἀπονοίας αὐτοῖς, καὶ μέχρι ταῦ καιροῦ τῆς ἐπιδημίας τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ. Ἐπισκοπῆς δὲ λοιπὸν ἐπ' αὐτοῖς γενομένης κατεκλείσθησαν εἰς δεσμωτήριον. Πλὴν διὰ πολλῶν τοῦτο πεπόνθασι

[33,34] Jerem. VII, 16-18. [35] Amos V, 25,26. [36] Isa. XIV, 12. [37] Matth. VIII, 31 sqq.

Digitized by Google

γενεῶν, ταχήσεσθαι δὲ τὴν πλίνθον, καὶ πεσεῖσθαι τὸ τεῖχός φησι, τεῖχει παρεικάζων τάχα που τὸν Σατανᾶν. Δεινὸς γὰρ εἰς ἀντίστασιν καὶ οἷον πόλις εὐπυργοτάτη· ἀλλ' ἦλω καὶ πέπτωκε Χριστοῦ κατασείοντος. Οὐ γὰρ ἦν δύνασθαι τὴν ἅμαχον αὐτοῦ διεκδύναι δύναμιν. Ὅτι δὲ καθῃρημένου καὶ πεπτωκότος τοῦ Σατανᾶ, κατηρήμωται τὰ τῆς εἰδωλολατρείας παίγνια, καὶ κέκληνται διὰ πίστεως εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας οἱ πάλαι πλανώμενοι, μονονουχὶ διαρπαζούσης αὐτοὺς τῆς πανσθενοῦς δεξιᾶς, διδάξει λέγων αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Ἢ πῶς δύναται εἰς τὴν οἰκίαν εἰσελθεῖν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπᾶσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τότε διαρπάσῃ τὰ σκεύη αὐτοῦ; » Ἔθος δὲ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ τοὺς ἄγαν ἀλκιμωτάτους, καὶ τείχει καὶ πόλεσι παρεικάζειν, καθάπερ ἀμέλει καὶ πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ἱερεμίαν. Ἔφη γάρ που Θεός· « Ἰδοὺ τεθείκασιν ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ ὡς πόλιν ὀχυρὰν, καὶ ὡς τεῖχος χαλκοῦν ὀχυρὸν ἅπασι τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς, καὶ πολεμήσωσί σε καὶ οὐ μὴ δύνωνται πρὸς σὲ, διότι μετὰ σοῦ εἰμι τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε, λέγει Κύριος. » Διαμεμνῆσθαι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, τοὺς πέντε τῶν ἐθνῶν βασιλεῖς κατὰ κράτος ἑλών, καὶ νενικηκὼς κατέκλεισεν ἐν σπηλαίῳ, καὶ προσεκύλισε λίθους ἀποφράττων αὐτοῖς τὴν διαδρομήν. Εἰκὼν δὲ ἦν ἀποφράγματος ἀληθοῦς. Κατεκλείσθησαν γὰρ εἰς ὀχύρωμα καὶ εἰς δεσμωτήριον διὰ τῆς Χριστοῦ ἰσχύος αἱ πονηραὶ καὶ ἀντικείμεναι δυνάμεις αἱ κατακρατήσασαί ποτε τῆς ὑπ' οὐρανοῦ. Συγκατηρῄφθη δὲ αὐτοῖς, καὶ τὸ μέγα καὶ ἄῤῥητόν ποτε τεῖχος, τοῦτ' ἔστιν, ὁ Σατανᾶς. Κέκληνται δὲ οὕτω διὰ πίστεως οἱ πλανώμενοι πρὸς τὸν δημιουργὸν καὶ Θεὸν καὶ Κύριον. Ἰστέον δὲ ὅτι ταῦτά τινες ἀποφέρουσι καθ' ἑτέραν διάνοιαν ἐπὶ τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, καί φασιν, ὅτι κατὰ τὸν τῆς συντελείας καιρὸν ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς. Χρῆναι δὲ οἶμαι τοῖς θεωρήμασιν ἑπομένως, καὶ εὖ μάλα συνηρμοσμένως τὰς τῶν προκειμένων ἑκάστοτε διανοίας ἀποπεραίνεσθαι.

irritæ fuerint, et qui olim erraverant, per fidem ad veritatis agnitionem vocati fuerint, omnipotenti dextera eos tantum non rapiente, docebit ipse Servator, inquiens: « Vel quomodo potest quis ingredi in domum fortis, et vasa ejus diripere, nisi prius ligaverit fortem, et tunc vasa ejus diripiat[37]? » Solemne autem est Scripturæ divino Spiritu proditæ robustissimos, et muris, et urbibus conferre, quemadmodum sane et beato prophetæ Jeremiæ dixit Deus: « Ecce posui te hodierno die, velut civitatem munitam, et velut murum æreum munitum, omnibus regibus terræ, et bellabunt contra te, et non prævalebunt adversum te, quia tecum sum ut eripiam te, dicit Dominus[38]. » Commemorandum necessario est quod Jesus filius Nave quinque reges gentium captos et victos in spelunca concluserit, et lapidibus advolutis excursum eis et effugium obstruxerit. Imago siquidem fuit rei veræ. Conclusæ enim erant in præsidium et carcerem Servatoris fortitudine malæ et adversariæ potestates, quæ olim orbem terræ subegerunt: abolitus autem est cum illis magnus et infractus olim murus, nimirum Satanas. Vocati sunt per fidem, qui errabant, ut cognoscerent deinceps, vere et natura universorum architectum et Deum et Dominum. Sciendum præterea quosdam hæc in alium sensum ad ornatum cœli referre, et inquiunt quod consummationis tempore sol obtenebrescet, et luna non dabit lucem suam. Sed oportet, ut arbitror, interpretationi apte et convenientissime verborum propositorum sententiam semper respondere.

Ὅτι βασιλεύσει Κύριος ἐν Σιὼν, καὶ ἐν Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἐνώπιον τῶν πρεσβυτέρων δοξασθήσεται.

348 VERS. 23. *Quia regnabit Dominus in Sion et in Jerusalem, et coram senioribus glorificabitur.*

Σιὼν ἑρμηνεύεται *ὑψηλὴ*, καὶ *σκοπευτήριον*, ἤγουν Ἱερουσαλὴμ, *ὅρασις εἰρήνης*. Σκοπευτήριον οὖν τὸ ἀληθὲς καὶ μὴν καὶ εἰρήνης ὅρασις, εἴη ἂν κατά γε τὸ ἀληθὲς ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ. Ἐν αὐτῇ γὰρ ἡ τῶν θείων αὐτοῦ μυστηρίων ὑψηλοτάτη κατάσκεψις πράττεσθαι φιλεῖ, καὶ μὴν καὶ ἡ τῆς εἰρήνης ὅρασις. Εἰρήνην δὲ εἶναί φαμεν τὸν Χριστὸν, ὃν ἐκ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἐπιγινώσκομεν, γεγραφότος περὶ αὐτοῦ πανσόφου Μωσέως, καὶ πρός γε τούτῳ τῶν ἁγίων προφητῶν. Περιῃρημένης τοιγαροῦν τῆς βεβήλου καὶ μυσαρᾶς εἰδωλολατρείας, καὶ ἐκποδὼν γεγονότος τοῦ προσκυνεῖσθαι τὴν κτίσιν, κατακεκλεισμένων δὲ καὶ εἰς ὀχύρωμα καὶ εἰς δεσμωτήριον τῶν ἐκ πλεονεξίας κεκρατηκότων τῆς ὑπ' οὐρανὸν, κατατετηγμένου τε τοῦ τείχους, καὶ ἐκ βάθρων αὐτῶν κατασεσεισμένου, κατά γε τὰς ἤδη προαποδοθείσας ἐννοίας, βασιλεύσει Κύριος ἐν Σιὼν, καὶ ἐνώπιον τῶν πρεσβυτέρων δοξασθήσεται. Πρεσβυτέρους

Sion exponitur *excelsa*, et *specula*: Jerusalem, *visio pacis*. Specula itaque vera et pacis visio vere esse poterit Christi Ecclesia. In ea enim divinorum ejus mysteriorum excelsissima speculatio esse solet, et pacis visio. Pacem esse dicimus Christum, quem ex Scriptura divinitus inspirata agnoscimus, sapientissimo Mose de ipso scribente, præterea etiam sanctis prophetis. Circumcisa itaque profana et detestabili idololatria, et e medio sublata creaturæ adoratione, et coarctatis in præsidium et in ergastulum his qui ex improba cupiditate mundum occuparunt, liquefactis mœnibus, et a fundamentis ipsis juxta expositas jam ante sententias conquassatis, regnabit Dominus in Sion, et coram senioribus gloria extolletur. Seniores puto vocare illum hic mente integros et perfectos, et animo veluti cano præditos, ut cordis oculis mysteriorum ejus profunditatem possent intueri. His sapiens quoque

[37] Matth. XII, 29. [38] Jerem. XV, 20.

Digitized by Google

Joannes scribit dicens : « Scribo vobis, patres, quia cognovistis eum qui ab initio est [39]. » Sed qui norunt admirantur, et gloriam ei divinam tribuunt, et regem illum ac universitatis Dominum esse confitentur. Quod autem diaboli tyrannide in totum deleta, Christus regnarit, ipsemet docebit, inquiens, quando seipsum pro vita omnium pretium redemptionis Deo et Patri obtulit, pretiosam crucem pro nobis sustinens : « Nunc judicium est hujus mundi, nunc princeps mundi hujus ejicietur foras. Et ego si exaltatus de terra fuero, omnes traham ad meipsum [40]. » Quapropter eos qui in tota terra degunt, suis sceptris subjugavit, ejecto ante sæculi hujus principe. Ejectionis autem nomen, tyrannidis in omnes eversionem videtur denotare.

A δὲ, ὥς γε οἶμαι, φησὶν ἐν τούτοις τοὺς τελείους τὴν φρένα, καὶ οἱονεὶ τὸν νοῦν πεπολιωμένον ἔχοντας, ὡς δύνασθαι κατιδεῖν τοῖς τῆς καρδίας ὄμμασι, τῶν περὶ αὐτοῦ μυστηρίων τὸ βάθος. Τούτοις καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης ἐπιστέλλει λέγων· « Γράφω ὑμῖν, πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. » Ἀλλ' οἱ γνόντες, θαυμάζουσι καὶ ἀνάπτουσι δόξαν αὐτῷ τὴν θεοπρεπῆ, βασιλέα καὶ Κύριον τῶν ὅλων ὁμολογοῦντες ὑπάρχειν αὐτόν. Ὅτι δὲ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος εἰς ἅπαν ἐξῃρημένης βεβασίλευκεν ὁ Χριστὸς, διδάξει λέγων αὐτὸς, ὅτε τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντίλυτρον ἑαυτὸν προσεκόμισε τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τὸν τίμιον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομένων σταυρόν· « Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου, νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω· κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Οὐκοῦν τοῖς ἰδίοις καθυπέταξε σκήπτροις τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, προεκβεβληκὼς τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου. Τὸ δὲ τῆς ἐκβολῆς ὄνομα, τῆς κατὰ πάντων πλεονεξίας κατασημαίνειν ἔοικε τὴν ἀνατροπήν.

[39] 1 Joan. II, 13. [40] Joan. XII, 31, 32.

BIBΛΙΟΝ Γ'. TOMOI E'

[349] LIBER TERTIUS. TOMI QUINQUE.

TOMUS I.

CAP. XXV. VERS. 1. *Domine Deus meus, glorificabo te, et hymnis laudabo nomen tuum, quia res miras fecisti, consilium antiquum verum : fiat, Domine.*

In eo quem absolvimus libro, propheta orationem longam, reconditisque plenam sententiis habuit, exorsus tum de malitia diaboli, futuroque ei supplicio ac pœna, tum etiam de improbarum et adversariarum potestatum eversione : quibus præterea regni Christi adjecit prædictionem. Dixit enim regnaturum Dominum in Sion, et in Jerusalem, et in conspectu seniorum celebrandum. Horum omnium causa repletus est propheta gaudio, et rerum tam admirabilium effectorem ornat encomiis. Ideoque inquit : Domine Deus meus, celebrabo te, et hymnis cantabo nomen tuum : consilium antiquum et verum, resque miras effecisti. Quia **350** vero de his quæ nondum facta sunt eo tempore, fecisti, dicit, quod non fierent adhuc ; sed prorsus penitusque forent, subindicat, adjecto illo, Fiat, Domine. Nam adventus tempus velut instans animi oculis videbant, et nondum præsens minime ignorabant. Consilium autem tanquam antiquum, et res miras, appellat humanitatis Unigeniti mysterium, et quæ ab ea fuerunt per universam terram instaurata. « Servati enim sumus in Christo, qui ante mundi constitutionem præscitus est, et in extremis

B

ΤΟΜΟΣ Α'.

Κύριε ὁ Θεός μου, δοξάσω σε, καὶ ὑμνήσω τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμαστὰ πράγματα, βουλὴν ἀρχαίαν ἀληθινήν· γένοιτο, Κύριε.

Ἐν μὲν τῷ τετελεσμένῳ βιβλίῳ μακρὸς τῷ προφήτῃ γέγονε λόγος, καὶ διὰ κεκρυμμένων ἐννοιῶν ἐρχόμενος, περί τε τῆς τοῦ διαβόλου σκαιότητος, καὶ τῆς ἐσομένης ἐπ' αὐτῷ κολάσεώς τε καὶ δίκης, καὶ προσέτι καὶ ἀνατροπῆς τῶν πονηρῶν καὶ ἀντικειμένων δυνάμεων. Προσετίθει δὲ τούτοις, καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας τὴν ἀνάῤῥησιν. Ἔφη γὰρ, ὅτι βασιλεύσει Κύριος ἐν Σιὼν, καὶ ἐν Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἐνώπιον τῶν πρεσβυτέρων δοξασθήσεται. Τούτων τοιγαροῦν ἁπάντων ἕνεκα περιχαρείας ἐμπλεως ὁ προφήτης γίνεται, καὶ C τὸν τῶν οὕτω τεθαυμασμένων ἀποτελεστὴν καταγεραίρει ταῖς εὐφημίαις. Ταύτῃ τοί φησι· Κύριε ὁ Θεός μου, δοξάσω σε, καὶ ὑμνήσω τὸ ὄνομά σου, βουλὴν ὀρχαίαν καὶ ἀληθινὴν, καὶ τεθαυμασμένα πεποίηκας πράγματα. Ἐπειδὴ δὲ περὶ τῶν οὔπω γεγονότων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὸ Ἐποίησας φησὶν, ὅτι μὲν οὔπω γέγονεν, ἔσται γε μὴν πάντη τε καὶ πάντως ὑποδηλοῖ, προστιθεὶς τὸ Γένοιτο, Κύριε. Τοῖς μὲν γὰρ τῆς διανοίας ὄμμασιν, ὡς ἐνεστηκότα τὸν τῆς ἐπιδημίας κατεθεῶντο καιρὸν, ἠγνόουν δὲ οὐδαμῶς οὕτω παρόντα, ὡς ἀρχαίαν δέ γε βουλὴν, καὶ θαυμαστὰ πράγματα τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς ἀποκαλεῖ τὸ μυστήριον, καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς τοῖς ἀνὰ πᾶσαν κατωρθωμένα τὴν γῆν

Digitized by Google

« Σεσώσμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ, προεγνωσμένου μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, φανερωθέντος δὲ ἐπ' ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, ᾗ καθά φησιν ὁ σοφώτατος Παῦλος · « Οὐ γὰρ νέον, ἢ ἀρτιφανὲς τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον, ἀλλὰ προώριστο μὲν πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς, πεφανέρωταί γε μὴν ἐν καιροῖς ἰδίοις. »

Ὅτι ἔθηκας πόλεις εἰς χῶμα, πόλεις ἰσχυρὰς, τοῦ πεσεῖν αὐτῶν τὰ θεμέλια · τῶν δὲ ἀσεβῶν πόλις εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ οἰκοδομηθῇ.

Τῆς ἀληθινῆς καὶ τοῦτο βουλῆς, καὶ τῶν ἀμωμήτων σκεμμάτων τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ, τὸ κατασεισθῆναι πόλεις ὀχυρὰς, γενέσθαι δὲ καὶ εἰς χῶμα, καὶ οἷον ἐκ βάθρων αὐτῶν ἀναμοχλευθῆναι, καὶ ἐλπίδος ἔξω γενέσθαι, ἧς οὐ δυνήσονται ἀνασφῆλαί ποτε. Οὐ γὰρ μὴ, φησὶν, εἰς τὸν αἰῶνα οἰκοδομηθῇ. Πόλεις δὲ εἶναι φαμεν τὰς κατασεσεισμένας, οὐχὶ δή που πάντως τὰς αἰσθητὰς, ἤγουν ἀνθρώπους τοὺς ἐν αὐταῖς · οἰόμεθα δὲ μᾶλλον ἑκάστην τῶν πονηρῶν, καὶ ἀντικειμένων δυνάμεων, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, ὠνομάσθαι πόλιν τὸν Σατανᾶν, καὶ τοῦτο ἰσχυράν. Ἔθος γὰρ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ πύργοις, καὶ τείχεσιν ἢ καὶ πόλεσιν ἐσθ' ὅτε παρεικάζειν τοὺς ἄγαν ἀλκιμωτάτους, καθάπερ ἀμέλει καὶ προλαβόντες εἴπομεν, ὅτι τέθειται παρὰ Θεοῦ, καὶ ὁ μακάριος προφήτης Ἱερεμίας, ὡς πόλις ὀχυρὰ, καὶ ὡς τεῖχος χαλκοῦν ὀχυρόν. Ἀναδεδειγμένου δὲ καὶ ἐπιλάμψαντος τῷ κόσμῳ τοῦ Ἐμμανουὴλ, ἀνῄρηται μὲν τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων τὸ ἀνόσιον στίφος, ἐξ αὐτῶν δὲ κατεσείσθη βαράθρων [al. βάθρων] ὁ Σατανᾶς, πέπτωκε δὲ οὕτως ὡς ἀτελευτήτῳ περιπεσεῖν ἀσθενείᾳ, καὶ κατ' οὐδένα καιρὸν ἀνασθήσεσθαί τε καὶ ἀνανεῦσαι προσδοκᾷν.

Διὰ τοῦτο εὐλογήσει σε ὁ λαὸς ὁ πτωχὸς, καὶ πόλεις ἀνθρώπων ἀδικουμένων εὐλογήσουσί σε. Ἐγένου γὰρ πάσῃ πόλει ταπεινῇ βοηθὸς, καὶ τοῖς ἀθυμήσασι δι' ἔνδειαν σκέπη ἀπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν ῥύσῃ αὐτούς· σκέπη διψώντων, καὶ πνεῦμα ἀνθρώπων ἀδικουμένων εὐλογήσουσί σε ὡς ἄνθρωποι ὀλιγόψυχοι διψῶντες ἐν Σιὼν, ἀπὸ ἀνθρώπων ἀσεβῶν οἷς ἡμᾶς παρέδωκας.

Κέκληται μὲν εἰς ἐπίγνωσιν Θεοῦ διὰ τῆς ἐν νόμῳ παιδαγωγίας ὁ Ἰσραὴλ, καὶ πεπλούτηκε τὰ παρὰ Θεοῦ. Σέσωσται γὰρ, καὶ τὴν τῆς ἐπαγγελίας κεκληρονόμηκε γῆν. Ἡ δέ γε τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἀμέτρητος οὖσα πληθὺς τῶν κατὰ πᾶσάν φημι τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἀλλότριος παντελῶς τῶν πνευματικῶν, καὶ ἄνωθεν καθειστήκεισαν ἀγαθῶν, ἄγευστοι τῶν παρὰ Θεοῦ χαρισμάτων, γυμνοὶ τρόπον τινὰ καὶ ἀνείμονες, οὐ τὴν θείαν ἀνέχοντες σκέπην, οὐ τὴν ἐξ ὕψους περιβολὴν, οὐ πλοῦτον εἰς νοῦν τὸν ἐξ ἀρετῆς οὐχ ἕτερόν τι τῶν ὅσα ἐστὶν ἐπαίνου μεστὰ, καὶ τοῦ παντὸς ἀξιοῦται θαύματος. Ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπέφανεν ὁ Χριστὸς, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας ἐξελὼν προσκεκόμικε τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας πεπλουτήκασι φῶς, τῆς παρ' αὐτοῦ δόξης τὴν μέθεξιν τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὴν μεγαλειό-

A hujus sæculi temporibus manifestatus[51];» quemadmodum ait sapientissimus Paulus : « Neque enim novum aut recens est Christi mysterium, sed ante conditum mundum quidem præfinitum, suo autem tempore patefactum[52]. »

B

C

Vers. 2. *Quia posuisti urbes in tumulum, urbes munitas, ut caderent earum fundamenta ; urbs vero impiorum non ædificabitur in sæculum.*

Hoc quoque ex vero illo consilio est, inculpatisque decretis omnia potentis Dei, ut urbes munitæ concutiantur, inque tumulum redigantur, velutque ab ipsis fundamentis dimoveantur, spemque posse aliquando restaurari omnem amittant : Non enim, inquit, ædificabitur in sæculum. Urbes conquassatas esse dicimus, non illas sensu perceptas, aut homines qui in illis sunt : sed unamquamque improbarum adversariarumque potestatum, et ante alias ipsum Satanam, urbem idque fortem nominari existimamus. Solet enim divinitus inspirata Scriptura eos qui validissimi sunt, turribus et mœniis vel etiam urbibus, quemadmodum etiam supra diximus, comparare. Quippe a Deo quoque positus est beatus propheta Jeremias, ut urbs munita, et ut murus æneus munitus[53]. Cum autem apparuisset, mundoque illuxisset Emmanuel, impium agmen adversariarum potestatum est submotum, ex ipsisque fundamentis deturbatus est Satanas, itaque concidit, ut in non finiendam incideret imbecillitatem, nulloque modo exspectarit, resurrecturum se et respiraturum.

D

Vers. 3-5. *Propterea benedicet tibi populus mendicus, urbesque hominum oppressorum injuria, benedicent tibi. Factus enim es* **351** *omni urbi humili adjutor, et deficientibus propter inopiam umbraculum, ab hominibus improbis liberabis eos : umbraculum sitientium, et respiratio hominum injuria oppressorum benedicent tibi quasi homines parvo animo præditi sitientes in Sion, qua liberabis eos ab hominibus impiis, quibus nos tradidisti.*

Vocatus est ad Dei agnitionem per institutionem legalem Israel, bonisque divinis locupletatus est. Nam servatus est, terramque promissionis hæreditate obtinuit. At aliarum gentium innumerabilis multitudo, qui, inquam, sub toto cœlo degunt, hi bonis spiritualibus, et supernis prorsus alieni exstiterunt, nec charismata divina gustarunt, et nudi quodammodo ac non vestiti, non tegumentum divinum, non amictum supernum, non opes animi ex virtute, non aliud quidpiam vel laude vel admiratione dignum habuerunt. Cum autem ipse Christus apparuit, submotaque diaboli tyrannide, Deo et Patri adduxisset, ac luce veritatis, ejusque gloriæ participatione, evangelicæ conversationis magnitudine ditati fuissent : propterea gratulatorias odas Deo ac Patri emittunt. Itaque, inquit, o Do-

[51] Ephes. I, 4. [52] ibid. 9. [53] Jerem. XV. 20.

Digitized by Google

mine, cum antiquum consilium ac verum effeceris, omnibus in Christo capite recollectis ac consummatis, et illustratis illis qui in tenebris sederunt, et deletis mundi principibus sæculi hujus, quantumvis instar urbium quarumdam potentibus, benedicet tibi populus mendicus, universæque urbes te prædicabunt. Exstitisti enim cunctis opitulator, et umbraculum his qui propter inopiam spiritualium bonorum intolerabili dolore affecti sunt, eosque ab improbis hominibus liberasti. Erant enim etiam in Sion adeo pusillo animo quidam præditi, sicut hi qui siti erant confecti. Fortassis et illud nobis hisce verbis ostendit propheta. Nam in Israel etiam fuerunt, qui Servatoris adventum sitiverunt, et universorum Servatorem ac redemptorem videre cupiverunt : qualis fuit Simeon quidam ille justus, cum natum Jesum manibus accepisset, dicens : « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace : quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem **352** omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium, et gloriam populi tui Israel[44]. » Atque etiam beatus Zacharias pater Joannis, sancto Spiritu repletus, gloriam cecinit, clamans : « Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem populo suo : et erexit cornu salutis nobis, in domo Davidis pueri sui, sicut locutus est ore sanctorum qui a sæculo sunt, prophetarum suorum ; salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, et memorari testamenti sancti sui. Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis : ut sine timore, e manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi ; in sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris[45]. » Viden' quomodo antiquum et verum consilium Dei et Patris sanctis etiam pluribus promissum sit ? Emmanuelem, inquam, salutem mundo esse demonstrandum ? Qui factus est respiratio hominum injuria oppressorum. Ab inimicis enim respirarunt, et liberati sunt ab hominibus impiis quibus fuerunt traditi. Si de gentibus quis verba hæc accipiat, homines vocari eos dicimus, impios dæmones, qui iis qui terram incolunt olim dominabantur : quorum imbecillitas ex eo quod homines nominentur, optime declaratur. Probabile quoque est doctores eorum falsos, et sacrorum præfectos, vel etiam poetas et oratores, inventoresque eloquentiæ, quæ apud Græcos in pretio fuit, dici homines improbos, utpote qui per oris facundiam qua pollebant, deceptos in puteum interitus dejicerent. Sin de Israelitis istud dicatur, improbos asserimus esse, qui ad docendum sorte delecti, Scribæ nimirum et Pharisæi, sacerdotii gloriam consecuti, dignitate inde simul ac potestate ornati, clavem scientiæ acceperunt, et nec ipsi crediderunt, nec aliis ut hoc facerent concesserunt. Tradebantur autem legalibus

τητα τὰς ὑπέρ γε τούτων χαριστηρίους ᾠδὰς ἀναπέμπουσι τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ, φησὶν, ὦ Δέσποτα, καὶ βουλὴν ἀρχαίαν καὶ ἀληθῆ ἐποίησας ἀνακεφαλαιωσάμενος τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ καταφωτίσας μὲν τοὺς ἐν σκότῳ, καθελὼν δὲ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ αἰῶνος τούτου· καίτοι καθάπερ τινὰς πόλεις οὕτως ἰσχυρὰς εὐλογήσει σε ὁ λαὸς ὁ πτωχὸς, ὅλαι τε πόλεις δοξολογήσουσί σε. Ἁπάσαις γὰρ γέγονας βοηθὸς, καὶ σκέπη τοῖς διὰ πτωχείαν τῶν πατρικῶν ἀγαθῶν ἀφορήτως λελυπημένοις· ἐῤῥύσω τε αὐτοὺς ἀπὸ πονηρῶν ἀνθρώπων. Ἦσαν γὰρ οὕτω καὶ ἐν τῇ Σιὼν ὀλιγοψυχήσαντές τινες, καθάπερ ἀμέλει ἄνθρωποι δεδιψηκότες. Καὶ τάχα που διὰ τούτων ἡμῖν ὁ προφήτης ἐκεῖνο δηλοῖ. Ἦσαν γὰρ, ἦσαν καὶ ἐν τῷ Ἰσραὴλ οἱ τὴν τοῦ Σωτῆρος διψῶντες ἐπιδημίαν, καὶ τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν ἐπιθυμοῦντες ἰδεῖν· ὁποῖός τις ἦν Συμεὼν ὁ δίκαιος, ὅτε τεχθέντα τὸν Ἰησοῦν εἰς χεῖρας λαβὼν ἔφασκε· « Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ, ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν. Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ. » Καὶ μὴν καὶ ὁ μακάριος Ζαχαρίας ὁ Ἰωάννου πατὴρ ἁγίου Πνεύματος ἔμπλεως γεγονὼς ἐδοξολόγει βοῶν· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν οἴκῳ Δαβὶδ παιδὸς αὐτοῦ, καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ, σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν, καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς· ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ. Ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν· τοῦ δοῦναι ἡμῖν ἀφόβως ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας λατρεύειν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν. » Ὁρᾷς ὅπως ἀρχαία καὶ ἀληθινὴ βουλὴ γέγονε τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς, καὶ τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἐπηγγελμένη. Τὸ ἀναδειχθῆναί φημι σωτηρίαν τῷ κόσμῳ τὸν Ἐμμανουὴλ, ὃς γέγονε πνεῦμα ἀνθρώπων ἀδικουμένων. Ἀναπεπνεύκασι γὰρ ἐξ ἐχθρῶν, καὶ ἐῤῥύσθησαν ἀπὸ ἀνθρώπων ἀσεβῶν, οἷς καὶ παραδέδονται. Καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν τις τὰς τοιαύτας ἐκλάβοι φωνὰς, ἀνθρώπους κεκλῆσθαί φαμεν, τοὺς πάλαι κρατοῦντας τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἀνοσίους δαίμονας, ὧν τὸ ἀσθενὲς εὖ μάλα κατασημαίνεται, διὰ τοῦ καὶ ἀνθρώπους αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι. Εἰκὸς δὲ δή που καὶ τοὺς παρ' αὐτοῖς ψευδοδιδασκάλους, καὶ τοὺς καλουμένους ἱερομύστας, ἢ καὶ ποιητὰς καὶ λογάδας, καὶ τοῖς παρ' Ἕλλησι τετιμημένης εὐγλωττίας εὑρετὰς ἀνθρώπους κεκλῆσθαι πονηροὺς, ὡς διὰ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς εὐστομίας τοῖς τῆς ἀπωλείας ἐνιέντας τέλμασι τοὺς ἀπατωμένους. Εἰ δὲ δὴ περὶ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ λέγοιτο ταυτὶ, πονηροὺς ἀνθρώπους εἶναί φαμεν τοὺς καθηγεῖσθαι λαχόντας, Γραμματέας τέ φημι καὶ Φαρισαίους· οἳ τὴν τῆς ἱεροσύνης ἔχοντες δόξαν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν εὐ-

[44] Luc. II, 29-32. [45] Luc. I, 68-75.

Digitized by Google

κλειάν τε ὁμοῦ καὶ δυναστείαν ἀνειμμένοι τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως ἔλαβον. Καὶ οὔτε αὐτοὶ πεπιστεύκασιν, οὔτε μὴν ἑτέρους συγκεχωρήκασι τοῦτο δρᾷν· παραδέδονται δὲ τοῖς μὲν ἐν νόμῳ καθηγηταῖς οἱ ὑπὸ χεῖρα λαοί. Τοῖς γε μὴν ἀκαθάρτοις δαίμοσιν οἱ πλανώμενοι Θεοῦ παθεῖν αὐτοὺς τὴν παράδοσιν ἐπιτρέψαντος, καθάπερ ἀμέλει καὶ εἰς ἀδόκιμον νοῦν παραδίδονται τινες ἀναξίους ἑαυτοὺς ἀποφήναντες τῆς παρ' αὐτοῦ φειδοῦς καὶ ἐπικουρίας.

A præceptoribus subditi populi, et errantes, impuris dæmonibus, Deo permittente ut hanc traditionem paterentur. Ita sane in reprobam quoque mentem traditi sunt quidam, qui se ejus misericordia auxilioque indignos reddiderunt.

Καὶ ποιήσει Κύριος Σαβαὼθ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν· ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο πίονται εὐφροσύνην, πίονται οἶνον· χρίσονται μύρῳ ἐν τῷ ὄρει τούτῳ. Παράδος ταῦτα πάντα τοῖς ἔθνεσιν. Ἡ γὰρ βουλὴ αὕτη ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη.

353. VERS. 6, 7. *Et faciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus : super monte hoc bibent lætitiam, bibent vinum; ungentur unguento in monte hoc. Trade hæc omnia gentibus. Consilium enim hoc super omnes gentes.*

Προειρηκὼς ὅτι βασιλεύσει Κύριος ἐν Σιὼν καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ, ὡς ἐξ ὁμοιότητος τῶν ἐν αἰσθήσει καὶ ὁρατῶν πραγμάτων μυστικὴν ἐξυφαίνει διάνοιαν· ὑψηλὴ γὰρ καὶ *σκοπευτήριον* ἡ Σιὼν, *ὄρασις* μὲν γὰρ *εἰρήνης* Ἱερουσαλὴμ ἑρμηνεύεται. Ἀμφότερα δέ ἐστι ταῦτα κατὰ ἀλήθειαν, ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ· ὑψηλὴ γὰρ καὶ περίοπτος, καὶ οἷον ἐν ὄρει κειμένη. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ὑψηλὴ νοεῖται πρὸς ἡμῶν, χθαμαλὸν γὰρ οὐδὲν ἐν αὐτῇ, καὶ τῶν γηΐνων πραγμάτων ἀνῴκιστα λίαν. Γέγραπται γὰρ ὅτι « Τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. » Ὑψηλὰ δὲ ὁμοίως καὶ τὰ ἐν αὐτῇ θεῖά τε καὶ ἀληθῆ δόγματα. Περὶ Θεοῦ γὰρ ὁ λόγος, ἤτοι περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμουσίου Τριάδος ἰσχνὸς καὶ ἀπεξεσμένος καὶ εἰς μόνην τετραμμένος τὴν ἀλήθειαν. Ὁρᾶται δὲ πάλιν ἐν αὐτῇ ὁ Χριστὸς ὃς ἐστιν εἰρήνη. Ποιήσει τοίνυν, φησὶ, Κύριος Σαβαὼθ, καὶ οὔτι που μόνοις τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς ἀγαπητοῖς διὰ τοὺς πατέρας καὶ ἐξειλεγμένοις, ἀλλὰ γὰρ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, τουτέστι, τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανόν. Ποιήσει δὲ τί; Πίονται, φησὶν, εὐφροσύνην, πίονται οἶνον· χρίσονται μύρῳ ἐν τῷ ὄρει τούτῳ. Ἔοικε δὲ διὰ μὲν τῆς εὐφροσύνης ὑποδηλοῦν τὸ ἱλαρὸν ἐν ἐλπίδι, δῆλον δὲ ὅτι τῇ ἐν Χριστῷ· συμβασιλεύομεν γὰρ αὐτῷ, καὶ τὰ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἀποκερδαίνοντες ἀπάσης εἴσω θυμηδίας ἐσόμεθα. Διὰ δέ γε τοῦ οἴνου, τὴν μυστικὴν εὐλογίαν ὑποδηλοῦν, καὶ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας τὸν τρόπον, ἣν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀποπληροῦν εἰθίσμεθα. Τὸ δέ γε μῦρον ἡμῖν κατασημήνειεν εὖ μάλα τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χρίσιν. Γράφει γὰρ ὁ σοφὸς Ἰωάννης· « Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ὑπὸ τοῦ Ἁγίου καὶ οὐ χρείαν ἔχετε, ἵνα τις διδάσκῃ ὑμᾶς, ἀλλ' ὡς τὸ αὐτοῦ χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων. » Καταχριόμεθα γὰρ μύρῳ κατὰ τὸν καιρὸν μάλιστα τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, σύμβολον τοῦ μεταλαχεῖν ἁγίου Πνεύματος τὸ χρίσμα ποιούμενοι. Ἀλλὰ ταυτὶ δὴ πάντα, φησὶ, παράδος τοῖς ἔθνεσιν· ἡ γὰρ βουλὴ αὕτη ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. Ὁ μὲν γὰρ πάλαι νόμος, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν λατρεία διακονηθεῖσα δι' ἀγγέλων οὐ πᾶσιν ἁπλῶς ἐδόθη τοῖς ἔθνεσιν· ἀλλ' ἑνὶ καὶ μόνῳ τῷ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ. Ἡ δὲ ἐν Χριστῷ χάρις, καὶ ἡ διὰ πίστεως κλῆσις, ἁγιασμός τε πρὸς τούτοις ὁ διὰ τοῦ Πνεύματος, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ μυστήριον διὰ βουλῆς τοῦ

Cum prædixerit Dominum in Sion et in Jerusalem regnaturum, ex hac quasi similitudine rerum sub B sensum aspectumque cadentium, mysticum sensum pertexit. *Excelsa* enim et *specula* Sion, *visio* autem *pacis* Jerusalem exponitur. Est autem utrumque hoc vere, Christi Ecclesia : celsa nempe et illustris, et velut in monte posita. Alio etiam modo excelsa a nobis intelligitur : in ea enim nihil est humile, et a terrenis rebus procul habitat. Scriptum namque est: « A Deo fortes terræ vehementer elevati sunt [44]. » Similiterque dogmata in ea alta divinaque et vera sunt. De Deo enim, et de sancta ac consubstantiali Trinitate sermo est subtilis et perpolitus, et sola veritate conformatus, conspicitur rursus in ea Christus, qui est pax. Faciet igitur, inquit, Dominus Sabaoth : neque solis Israelitis velut dilectis propter patres et probatis : imo omnibus gentibus, id C est, in omni terra sub cœlo agentibus. At quid faciet? Bibent, inquit, in lætitia, bibent vinum, ungentur unguento in monte hoc. Per lætitiam vero videtur hilaritatem in spe, videlicet per Christum subindicare : nam cum Christo regnabimus, et lucrifacientes quæ neque cogitatione, neque oratione consequi possumus, omni animi voluptate perfruemur. Per vinum autem mysticam eulogiam et incruenti sacrificii modum significat, quod in sacris ecclesiis consuevimus adimplere. Unguentum nobis perpulchre sancti Spiritus unctionem designat. Scribit enim sapiens Joannes : « Et vos unctionem habetis a Sancto : neque opus habetis, ut quis doceat vos, at sicut unctio docet vos de omnibus [45] » D Ungimur enim unguento tempore præsertim sacri baptismatis, chrisma statuentes signum ac symbolum participationis sancti Spiritus (1). Sed hæc, inquit, omnia trade gentibus. Consilium enim hoc super omnes gentes. Antiqua enim lex ejusque cultus per angelos administratus, non omnibus simpliciter gentibus dabatur, **354** sed uni et soli ex sanguine Israelitico oriundo. At gratia in Christo, et per fidem vocatio, ad hæc per Spiritum sanctificatio, hocque per consilium Dei et spiritus mysterium, in omnes gentes exstitit. Est enim Christus juxta vocem Sancti, gentium exspectatio.

[44] Psal. XLVI, 10. [45] I Joan. II, 20-27.

(1) Vide infra lib. V, p. 917, et *in Joan.* p. 693, ubi mentionem facit chrismatis κατηχήσεως et τελειώσεως.

Digitized by Google

Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐπὶ πάντα γέγονε τὰ ἔθνη. Χριστὸς γὰρ ἐστιν ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία, κατὰ τὴν τοῦ Ἁγίου φωνήν.

VERS. 8. *Absorpsit mors potens, et rursum abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie. Opprobrium populi abstulit ex omni terra. Os enim Domini locutum est hæc.*

Commodissime et necessario cum mysterii traditione sermo de resurrectione mortuorum conjungitur. Idcirco etiam sacri baptismatis tempore, fidei confessionem exhibentes, etiam carnis resurrectionem futuram exspectamus, itaque credimus. Mors igitur invaluit contra primum parentem nostrum Adamum, propter transgressionem, et veluti fera sæva et dira insiliens, rapuit : inde demum lamenta luctusque, et lacryma, et planctus mortuorum, terræ incolas occuparunt. At in Christo cessarunt ; tertia enim die revixit, calcata morte, factus via humanæ naturæ ad interitum propulsandum. Factus enim est primogenitus e mortuis, et primitiæ dormientium [46] ; sequeturque omnino primitias, et primum id quod est posterum, nimirum nos. Versus est ergo planctus in gaudium, saccus diruptus est, Christique præcincti sumus lætitia data divinitus, ut gaudentes dicamus : « Ubi victoria tua, mors? Ubi aculeus tuus, inferne? Aculeus, inquit, mortis est peccatum [47]. » Omnis itaque lacryma sublata est. Nam credentes quod mortuos prorsus penitusque Christus excitet, non illos lacrimis prosequimur, nec in tristitiam immoderatam delabimur, sicuti reliqui qui spem non habent. Probrum vero populi, ipsam mortem videtur dicere : utpote per quam primum nos transgressio invasit, et peccatum, per quod interitus ingressus est, mortisque imperium terræ incolis est dominatum. Cum autem resurrectionis mysterium multis non probaretur, sed propter ejus magnificentiam incredibile videretur, necessario adjungit beatus propheta : Os Domini locutum est. Quis vero audet dicere Deum mentiri, nec prorsus penitusque quod annuntiatum est, **355** vere perficere? « Cœlum enim, inquit, et terra præteribunt, sermones autem mei non præteribunt [48]. »

VERS. 9. *Et dicent in die illa : Ecce Deus noster in quo sperabamus et exsultabamus, et servabit nos. Iste Dominus; expectavimus illum, et exsultabimus, et lætabimur in salute nostra, quia requiem dabit Deus super montem hunc.*

Cognoscetis, inquit, eum qui lætitiam propinat, et vinum præterea, et qui unguento eos qui in Sion sub intelligentiam cadente sunt, inungit : cognoscetisque vere Deum esse, et ex Deo natura Filium, etiamsi in forma servi appareat omnium salutis et vitæ causa homo factus, et per omnia terrenis hominibus, extra solum peccatum similis. Etenim,

A *Κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, καὶ πάλιν ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου. Τὸ ὄνειδος τοῦ λαοῦ ἀφεῖλεν ἀπὸ πάσης τῆς γῆς. Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα.*

Ἐπὶ καιροῦ σφόδρα. Καὶ ἀναγκαίως τῇ τοῦ μυστηρίου παραδόσει, καὶ ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν συνεισκεκόμισται λόγος. Ταύτῃ τοι καὶ ἐν καιρῷ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τῆς πίστεως ποιούμενοι τὴν ὁμολογίαν, καὶ τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάστασιν προσδοκῶμεν ἔσεσθαι, καὶ οὕτω πιστεύομεν. Ὁ τοίνυν θάνατος κατίσχυσε μὲν τοῦ προπάτορος ἡμῶν Ἀδὰμ διὰ τὴν παράβασιν, καὶ ὥσπερ τι θηρίον ὠμόν τε καὶ ἁπηνὲς ἐπιπηδῆσαν ἥρπασε. Θρῆνοί τε λοιπὸν ἐντεῦθεν, καὶ οἰμωγαὶ, καὶ δάκρυον, καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι πένθος, κεκρατήκασι τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Πέ- B παυταί γε μὴν ἐν Χριστῷ. Τριήμερος γὰρ ἀνεβίω πατήσας τὸν θάνατον, καὶ ὁδὸς γεγονὼς τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει πρὸς τὸ διακρούσασθαι δεῖν τὴν φθοράν. Γέγονε γὰρ πρωτότοκος τῶν νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. Ἕψεται δὲ πάντως τῇ ἀπαρχῇ, καὶ πρώτῳ τὸ μετ' αὐτὴν, τοῦτ' ἔστιν, ἡμεῖς. Ἐστράφη τοίνυν τὸ πάθος εἰς χαρὰν, καὶ διερράγη μὲν ὁ σάκκος· περιεζώσμεθα δὲ τὴν θεόσδοτον εὐφροσύνην, ὡς χαίροντας λέγειν· « Ποῦ ἡ νίκη σου, θάνατε; Ποῦ τὸ κέντρον σου, ᾅδη; Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία, φησίν. » Οὐκοῦν ἀφῄρηται πᾶν δάκρυον· πιστεύοντες γὰρ ὅτι πάντα τε καὶ πάντως ἐγείρει τοὺς νεκροὺς ὁ Χριστὸς οὐ δακρυρροοῦμεν ἐπ' αὐτοῖς, οὔτε μὲν εἰς ἀκράτους καταβαίνομεν λύπας, καθάπερ καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα, ὄνειδος δὲ τοῦ λαοῦ κατονομάζειν ἔοικεν αὐτὸν τὸν θάνατον, ὡς γένεσιν ἔχοντα τῆς C καθ' ἡμῶν ἐφόδου τὴν παράβασιν. Ἥγουν τάχα που τὴν ἁμαρτίαν δι' ἣν εἰσέδεκεν ἡ φθορὰ καὶ τὸ τοῦ θανάτου κράτος κεκυρίευκε τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐπειδὴ δὲ τὸ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον οὐκ εὐπαράδεκτόν ἐστι τοῖς πολλοῖς, ἀπιστεῖσθαι δὲ ἦν εἰκὸς διά τοι τὴν ἐν αὐτῷ μεγαλουργησίαν προσεπήνεγκεν ὁ μακάριος προφήτης, ὅτι τὸ στόμα Κυρίου ἐλάλησεν. Εἶτα τίς ὁ φάναι τολμῶν, ὡς ψευδοεπήσει ὁ Θεὸς, καὶ οὐχὶ πάντῃ καὶ πάντως ἐκτελεστήσει πρὸς ἀλήθειαν τὸ ἐπηγγελμένον; « Οὐρανὸς γὰρ καὶ ἡ γῆ, φησὶ, παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. »

Καὶ ἐροῦσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐφ' ᾧ ἠλπίζομεν, καὶ ἠγαλλιώμεθα, καὶ σώσει ἡμᾶς. Οὗτος Κύριος, ὑπεμείναμεν αὐτῷ, D *καὶ ἀγαλλιασόμεθα· καὶ εὐφρανθησόμεθα ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν, ὅτι ἀνάπαυσιν δώσει ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο.*

Ἐπιγνώσεσθε, φησὶ, τὸν ποτίζοντα μὲν εὐφροσύνην, καὶ πρός γε τούτῳ καὶ οἶνον, καταχρίοντα δὲ καὶ μύρῳ τοὺς ἐν τῇ νοητῇ Σιὼν· ἐπιγνώσεσθε δὲ ὅτι Θεὸς κατὰ ἀλήθειάν ἐστι, καὶ ἐκ Θεοῦ τοῦ κατὰ φύσιν Υἱὸς, καὶ εἰ ἐν τοῦ δούλου φαίνοιτο μορφῇ, τῆς ἁπάντων γέγονε σωτηρίας καὶ ζωῆς ἄνθρωπος γεγονὼς, καὶ ὁμοιωθεὶς κατὰ πάντα τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς,

[46] Coloss. I, 18; I Cor. XV, 20. [47] I Cor. XV, 55, 56. [48] Matth. XXIV, 35.

Digitized by Google

δίχα μόνης ἁμαρτίας. Μονονουχὶ γὰρ καὶ χεῖρα, φησὶ, προτείνοντες ἐροῦσιν· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐφ' ᾧ ἠλπίζομεν καὶ ἠγαλλιώμεθα ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν. Οἶμαι δὲ ἔγωγε τοῦτόν γε μάλιστα τὸν λόγον ἀνῆρθαι πρέπειν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ οἳ καὶ ταῖς Μωσαϊκαῖς ἐντεθραμμένοι φωναῖς καὶ τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν προαγορεύσεις, οὐκ ἠγνοηκότες προσεδόκουν ἀφίξεσθαι κατὰ καιρὸν Σωτῆρα, καὶ Λυτρωτὴν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ γοῦν ὡς ἤδη προεῖπον, Ζαχαρίας μὲν ὁ Ἰωάννου πατὴρ προφητεύων ἐν πνεύματι λελάληκε περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι « Κέρας ἐγήγερται τῷ λαῷ σωτηρίας. » Καὶ Συμεὼν ὁμοίως εἰς χεῖρας ἑλὼν τὸ ἅγιον Βρέφος· « Εἶδον, φησὶν, οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν. » Ἐπιγνόντες τοίνυν τὸν πάλαι προηγγελμένον, τὴν ἁπάντων ἐλπίδα τὸν Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν ἐροῦσι, φησίν· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν. Προσομολογήσουσι δὲ ὅτι ἀνάπαυσιν δώσει ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο. Καί μοι πάλιν ὄρος οἷον λέγεσθαι τὴν Ἐκκλησίαν, δέδοται γὰρ ἡ ἀνάπαυσις ἐν αὐτῇ. Ἀκηκόαμεν γὰρ Χριστοῦ λέγοντος· « Δεῦτε πρὸς μὲ, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » Ἀπεφορτισάμεθα γὰρ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως τὴν δυσαχθῆ καὶ δυσφόρητον ἁμαρτίαν. Ἀνεπαυσάμεθα δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον δειμάτων ἀπηλλαγμένοι τῶν ἐπί γέ φημι τὸ χρῆναι κολάζεσθαι· καὶ τὰς ἐπὶ τοῖς πλημμελήμασιν ἀποτίσαι δίκας. Καὶ οὐ μέχρι τούτων ἡ εἰς ἡμᾶς τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ γέγονε χάρις· προστέθειται δὲ καὶ τὰ ἐν ἐλπίσιν ἀγαθὰ, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἡ κτῆσις μακρὰ καὶ ἀκήρατος ζωὴ, καὶ παντὸς τοῦ καταλυπεῖν εἰωθότος ἡ ἀπόστασις. Γέγραπται γὰρ περὶ τῶν ἁγίων ὅτι « Εὐφροσύνη αἰώνιος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν. »

A inquit, modo non protensa manu dicent : Ecce Deus noster in quo speravimus, et exsultavimus in salute nostra. Hunc sermonem maxime convenire Israelitis arbitror, qui tum verbis Mosaicis innutriti, tum sanctorum prophetarum prædictiones non ignorantes, Dominum nostrum Jesum Christum Servatorem et Redemptorem suo tempore adventurum exspectarunt. Quippe, ut jam ante dixi, Zacharias Joannis pater, prophetans in spiritu, de Christo dixit, Cornu salutis populo excitatum fuisse [48]. Simeon item sancto Infante in manus accepto, inquit : « Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum [50]. » Cum igitur agnoverint eum, qui omnium spes est Servator ac Redemptor, prænuntiatum, dicent, inquit : Ecce B Deus noster; confitebuntur etiam, quod requiem dabit Deus super monte hoc. Rursus mihi cogita montem dici Ecclesiam, in ea enim data est requies. Audivimus siquidem Christum dicentem : « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego refocillabo vos [51]. » Etenim per fidem in illum, molestum et grave onus peccati excussimus. Requievimus etiam alio modo, liberati terroribus supplicii quod subire oportuit, ac pœnæ delictorum solvendæ. Nec usque eo solum Christi omnium nostrum Servatoris gratia in nos exstitit, sed insuper bona in spe, regnique cœlorum possessio, diuturna et æterna **356** vita, omnisque mali quod tristitia solet afficere, solutio adjiciuntur. Nam de sanctis C scriptum est : « Lætitia sempiterna super caput eorum [52]. »

Καὶ καταπατηθήσεται ἡ Μωαβῖτις, ὃν τρόπον πατοῦσιν ἅλωνα ἐν ἁμάξαις, καὶ ἐν ἀμήτῳ. Καὶ ἀνήσει τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ὃν τρόπον καὶ αὐτὸς ἐταπείνωσε τοῦ ἀπολέσαι. Καὶ ταπεινώσει τὴν ὕβριν, ἐφ' ἃ τὰς χεῖρας ἐπέβαλε. Καὶ τὸ ὕψος τῆς καταφυγῆς τοῦ τοίχου σου ταπεινώσει, καὶ μεταβήσεται ἕως τοῦ ἐδάφους.

VERS. 10-12. *Et conculcabitur Moabitis, quemadmodum calcant aream plaustris, et remittet manus suas, quemadmodum et ipse humiliavit ut perderet. Et deprimet superbiam ejus, in quæ manus injecit. Et altitudinem refugii muri tui humiliabit, et descendet usque ad pavimentum.*

Βαθὺς ἀεί πώς ἐστι τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος, καὶ τὴν εἴσω τε καὶ κεκρυμμένην διέρπει τρίβον. Χρὴ δὴ οὖν ἄρα μὴ τὸ ἐξωφανὲς τοῦ γράμματος πάντη τε καὶ πάντως ἀληθὲς εἶναι νομίζειν, κατασκέπτεσθαι δὲ μᾶλλον τὸν οἱονεί πως ἐγκεχωσμένον τῷ γράμματι D νοῦν. Μωαβῖται τοίνυν ὅμοροι μὲν ἦσαν τοῖς Ἰουδαίοις, ἀτοπώτατα δὲ διετέθησαν πρὸς ἀπάτην, καὶ πρός γε τὸ χρῆναι ταῖς τῶν εἰδώλων προσκεῖσθαι λατρείαις. Ὅτι τοίνυν ἔμελλεν ἐπιλάμψαντος τοῦ Χριστοῦ, καὶ κεκλημένων τῶν ἐθνῶν εἰς τὸ σεπτὸν καὶ θεῖον αὐτοῦ μυστήριον, ἡγιασμένων τε διὰ τῆς πίστεως, ἡ βδελυρὰ καὶ ἀκάθαρτος εἰδωλολατρία πάντη τε καὶ πάντως ἐκ μέσου γενήσεσθαι τοῖς τῶν πιστευόντων ποσὶν ὑπενηνεγμένου τοῦ Σατανᾶ· δέδωκε γὰρ ἡμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ διδάσκει λέγων, πατηθήσεσθαι τὴν Μωαβῖτιν, ὃν τρόπον πατοῦσιν ἅλωνα ἐν ἁμάξαις.

Profundus semper est sanctorum prophetarum sermo, et penitissimis occultisque viis serpit. Itaque externam litteræ superficiem omnino omnibusque modis veram esse, putandum non est, sed intelligentia litteræ veluti aggregata adjunctaque magis est consideranda. Moabitæ igitur Judæis erant contermini, sed in errorem monstrosum in modum proclives, idolorumque cultibus dediti. Quoniam ergo illucescente Christo, gentibusque ad augustum divinumque ejus mysterium vocatis, ac per fidem sanctificatis, exsecranda et impura idololatria prorsus penitusque e medio esset exterminanda, fidelium pedibus subjecto Satana. Dederat enim nobis potestatem conculcandi serpentes et scorpiones, et omnem potentiam hostis : docet dicitque Moabitidem conculcandam, quemadmodum calcant aream curribus. Illumque hisce verbis vel totum Moabiticum

[48] Luc. I, 69. [50] Luc. II, 30, 31. [51] Matth. XI, 28. [52] Isa. XXXV, 10.

Digitized by Google

cultum demonstrare dicimus : vel ex una regione idolorum cultrice, totum exemplum sumere, sermone, ut dixi, ad universam idololatriam extenso. Conculcabitur igitur, ait, veluti triturantium pedibus subjecta. Remittetque manus suas, quemadmodum et ipsa humiliavit ut perderet. Quis remittet manus? Idololatriæ inventor, qui errore implicat, quique hominem a Deo segregat, nempe Satanas. Remittet enim manus suas, id est, dissolventur omnes ejus vires, et vis ac energia practica. Figurate etenim pro energia et actione manus sumuntur. Quemadmodum namque ille in terra degentes humiliavit, ut cunctos perderet : pari modo, Christus ejus deprimet superbiam, id est, intolerandam insolentiam, qua in omnes utebatur : tantum non manum injiciens, et tyrannice suo sceptro eos, qui a Deo propter opera **357** bona remunerati sunt, submittens. Transit deinde sermo propheticus velut ad ipsam Moabitidem, sive ad profanam idololatriam, et inquit : Altitudinem refugii muri tui dejiciet. Altitudinem refugii muri dejectam, ipsum esse dicimus idololatriæ ac erroris antistitem, qui eam veluti muro cingit, coercetque ut consistat. Cæterum, inquit, cadet. Illum siquidem Christus demolietur, et ad solum usque, id est, in totum diruet. Videmus namque ex rebus ipsis, quod prænuntiatum est ad exitum pervenisse. Ceciderunt namque fana, et omnia quæ in templis erant, e medio sublata, nec sunt aræ amplius, non sacrificia, non incantamenta, non hi qui erroris ludibria exercebant. Omnia vero per Christum cessarunt, exortaque est hominibus terram incolentibus lux veritatis, invaluitque sol justitiæ, corda credentium in ipsum collustrans.

ὀλισθημάτων τοὺς ἁλόντας αὐτοῖς. Πλὴν οὐκ ἐξ τοὺς ἠλεημένους τὴν τοῦ δικαιοῦντος αὐτοὺς εἰδέναι χάριν. Ἐπωφελὲς δὲ τοῦτο καὶ διὰ σπουδῆς τοῖς ἁγίοις γεγονὸς εὑρήσομεν. Ψάλλει γοῦν καί φησιν ὁ μακάριος Δαβὶδ, ποτὲ μὲν, ὅτι « Τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου ἐστὶ διὰ παντός· » καὶ πάλιν, ὅτι « Τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ ἀναγγελῶ, καὶ μεριμνήσω ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας μου. » Ἐγὼ τοίνυν, φησὶν, ἀμνημονήσω μὲν τῶν αἰτιαμάτων. Μέμνησό γε μὴν αὐτὸς, καὶ δὴ καὶ κριθῶμεν· Ὁμολόγει δὲ σὺ καὶ, βεβαίαν ἔχε τὴν ἀμνηστείαν. Γέγραπται γὰρ ὅτι, « Δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ. » Καὶ πάλιν· « Μὴ αἰσχυνθῇς ὁμολογῆσαι ἐφ' ἁμαρτίαις σου. » Οὐ τετήρηκε τὴν τοιαύτην ἐντολὴν ὁ ὑπέροφρυς Φαρισαῖος, ὃν ἐν ταῖς εὐαγγελικαῖς παραβολαῖς ἵστησιν εὐχόμενον ὁ Σωτὴρ ἐν τῇ συναγωγῇ, εἶτα πολὺ νοσοῦντα τὸ ἀμαθὲς, καὶ ἐξ εἰκαίου φυσήματος λέγοντα· « Ὁ Θεὸς, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης· νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, ἀποδεκατῶ πάντα τὰ ὑπάρχοντά μοι. » Οὗτος οὐκ ἠνέσχετο λέγειν τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας. Κατακέκριται δὴ οὖν ὡς ἀλαζών τε καὶ ψεύστης, καθαρὸς γὰρ οὐδεὶς ἀπὸ ῥύπου, καὶ πολλὰ πταίομεν ἅπαντες. Ἔγνω δὲ καὶ ὡμολόγει τὰς ἁμαρτίας ὁ τελώνης τὰς ἑαυτοῦ. Εἱστήκει γὰρ τύπτων τὸ στῆθος, καὶ λέγων· « Ὁ Θεὸς, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. » Δεδικαίωται δὴ οὖν ὁμολογήσας τὰ ἡττήματα, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ βδελυρίας τὸν ῥύπον οὐκ ἀποκρύψας, ἵνα καθαρισθῇ.

A inveniemus. Psallit enim et inquit beatus David alias : « Iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper [78]. » Et rursus alias : « Iniquitatem meam ego annuntiabo, et de peccato meo sollicitus ero [79]. » Ego itaque, inquit, obliviscar delictorum. Tu ipse memento, et judicemur. Confitere tu, et scito fore certam oblivionem. Scriptum est enim : « Justus sui ipsius **577** accusator est in principio sermonis [80]. » Et iterum : « Ne pudeat confiteri peccata tua. » Non hoc præceptum servavit superciliosus Pharisæus, quem in evangelicis parabolis proponit Servator precantem in synagoga, morbo ignorantiæ et vani tumoris multum laborantem, ac dicentem : « Gratias tibi ago quod non sum quales reliqui hominum, rapaces, injusti, aut qualis est hic publicanus : jejuno bis in sabbato, decimas do omnium facultatum mearum [81]. » Iste non sustinuit dicere sua peccata. Condemnatus igitur est, ut arrogans et mendax. Nemo etenim mundus est a sordibus. Et multum labimur omnes. Novit autem et confessus est sua publicanus. Stabat enim pulsans pectus, ac dicens : « Deus, propitius esto mihi peccatori. » Justificatus est ergo, confessus culpas, et abominationis suæ sordes non celans, ut emundaretur [82].

Οἱ πατέρες ὑμῶν πρῶτοι, καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν ἠνόμησαν εἰς ἐμέ. Καὶ ἐμίαναν οἱ ἄρχοντες τὰ ἅγιά μου· καὶ ἔδωκα ἀπολέσαι Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ εἰς ὀνειδισμόν.

C VERS. 27, 28. *Patres vestri primi, et principes vestri inique prævaricati sunt in me. Et contaminarunt principes sancta mea. Et dedi ut perderent Jacob, et Israel in opprobrium*

Εἰπὼν· Ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθήσομαι, συνεῖδεν ὅτι τάχα πού τινες τοῖς εἰρημένοις ἀνταναστήσονται, καὶ δὴ καὶ ἐροῦσιν Εἰ τετίμηκας ἀμνηστείᾳ τὸν Ἰσραὴλ, εἰ γέγονεν ἐπ' αὐτῷ πολλή τις ἄγαν ἡ γαληνότης, εἰ κεκάθαρται τῶν ῥύπων, καὶ τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων τοὺς μολυσμοὺς ἀπενίψατο, πῶς ἢ τίνων ἐξῄτηται δίκας τοῖς τῶν πολεμίων ξίφεσι δαπανώμενος· εἶτα δορύληπτος γεγονὼς, καὶ τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀφεὶς, καὶ ὑπὸ χεῖρα καὶ ζυγὸν τῶν ἠρηκότων γεγενημένος; Δέδοται γὰρ τοῖς ἐκ Βαβυλῶνος ἥκουσι μαχηταῖς. Ἀπολογεῖται δὴ οὖν τὸ, Κριθῶμεν, λέγων, καί φησιν, ὡς αὐτοὶ γεγόνασι, καὶ τούτου αἴτιοί τε καὶ πρόξενοι ταῖς σφῶν αὐτῶν κεφαλαῖς. Οἱ γὰρ πατέρες ὑμῶν, φησὶ, καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν ἠνόμησαν εἰς ἐμέ. Καὶ οὐχ ἁπλῶς αἰτιᾶται προγόνους πατέρας ἡμῖν ἐν τούτοις εἰπών. Ἔοικε δὲ μᾶλλον βούλεσθαί τι τοιοῦτον ὑποδηλοῦν. Οἱ γάρ τοι πρὸς ἱερουργίαν ἐξειλεγμένοι σοφοί τε καὶ νομοῖστορες, καὶ παιδαγωγεῖν εἰωθότες τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαοὺς, πατέρες ἂν λέγοιντο τῶν ὑπεζευγμένων, ἄρχοντές τε καὶ ἡγούμενοι. Ὅταν τοίνυν οὐκ ἐκ πληθύος τῆς ἀγελαίου πράττηταί τινα τῶν ἀτόπων, παρ' ἐκείνων δὲ μᾶλλον οὓς ἦν εἰκὸς δύνασθαι καὶ τὰ τῶν ἑτέρων ἐπανορθοῦν, φορτικὸν τὸ χρῆμα, καὶ δυσδιάφυκτος ἡ δίκη, καὶ ὀφειλομένη

Cum dixisset : Ego sum qui deleo iniquitates tuas, et non meminero, novit forsitan aliquos his quæ dicta sunt occursuros, et quidem dicturos : Si honoraveris Israelem oblivione peccatorum, si ei comparata sit summa tranquillitas, si emundatus sit a sordibus, et inquinamenta veterum delictorum abluerit : quo modo aut quarum culparum pœnas pendit, hostium gladiis confectus, captivus factus, et patria amissa, et in manu ac sub jugo eorum qui vastarunt ? Nam traditus fuit bellatoribus venientibus ex Babylone. Excusat igitur factum, inquiens : Judicemur, et ait ipsos fuisse auctores hujus, et accersivisse hæc suis ipsorum capitibus. Patres enim vestri, inquit, et principes vestri inique egerunt in me. Nec simpliciter hoc crimini dat majoribus cum dicit, Patres vestri. Sed tale quid his verbis videtur potius velle denotare. Nam qui ad ministerium electi erant, et sapientes, et legisperiti, et populum sibi commissum erudire solebant eorum qui jugo suberant, patres, et principes, et duces, appellari poterant. Itaque cum hæc absurda et indecora, non a gregaria turba perpetrentur, sed ab his, quorum erat aliorum scelera corrigere **578** molestum est, et pœna inevitabilis, et in posterum debita his qui fecerunt impie. Ergo,

[78] Psal. L, 5. [79] Psal. XXXVII, 19. [80] Prov. XVIII, 17. [81] Luc. XVIII, 11, 12. [82] ibid. 13.

Digitized by Google

inquit, qui in loco patrum sunt positi, et qui præfuerunt vobis, impii fuerunt in me. Cum dicit, In me, ostendit hæc quæ turpiter et impie designata sunt, non in unum aliquem nostræ sortis hominem facta esse, sed contra ipsam majestatem Dei, qui est supra omnia. Puta, cum proximum quis injuria afficerit, vel avaritia, et insolentia, aut alio modo circumveniens: peccat quidem, verum in hominem suæ naturæ similem, et non in Deum. Qui autem cultum repellit, et dæmoniorum deceptionibus seipsum exponit, et adorat illa, contra Deum se opponit, et quantum in ipso est, illum e sedibus divinitatis depellit, et excutere conatur a prærogativa et gloria quæ ipsi et soli congruit. Israelitæ vero diversis temporibus hoc factitarunt. Nam idolis servierunt, et cum sacrosanctis oraculis vale dixissent, puram et superbam in Deum cervicem voluerunt erigere. Accusat igitur eos, et ait: Sacerdotes non dixerunt: Ubi est Dominus? Et professentes legem non cognoverunt me; et prophetæ impie agebant in me. Et rursus: Quare loquimini mihi? Omnes vos inique egistis, et omnes vos impie egistis in me, dicit Dominus omnipotens. Polluerunt ergo, inquit, principes vestri sancta mea. Ausi sunt enim non in Jerusalem solum dæmonum columnas erigere, sed et in ipso templo divino hoc impie fecisse deprehensi sunt. Dixit igitur universorum Deus de synagoga Judæorum: Quod flagitium abominabile commisit dilecta in domo mea? abominationem dicens, ad Dei formam fabricatam statuam et loco Dei fabricatam imaginem [83]. Contaminantur etiam sancta alio modo, si contemptui habeantur ab aliquibus ea quæ in gloriam Dei reverenter et sancte fieri jubentur, et si qui divinarum ejus legum transgressionem nihili faciant. Itaque quia, inquit, patres vestri impii in me fuerunt, et principes sancta mea contaminarunt, ideo dedi hostibus, ut perdant Jacob, et propter hæc, infamia notavi Israelem.

A λοιπὸν τοῖς ἠσεβηκόσι. Οὐκοῦν, οἱ ἐν τάξει πατέρων κείμενοι, φησὶ, καί τοι λαχόντες ἄρχειν ὑμῶν, ἠνόμησαν εἰς ἐμέ. Τὸ δὲ, εἰς ἐμὲ, λέγων, διαδείκνυσιν ὅτι οὐκ εἰς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς πέπρακται τὰ παρ' ἐκείνων ἐκτόπως τε καὶ ἀνοσίως πεπλημμελημένα, ἀλλ' εἰς αὐτὴν τὴν δόξαν τοῦ πάντων ἐπέκεινα Θεοῦ. Οἷόν τί φημι· ὅταν μὲν γάρ τις ἀδικήσῃ τινὰς τῶν πέλας, ἢ πλεονεξίᾳ καὶ ὕβρει περιβαλὼν, ἥγουν καθ' ἕτερόν τινα τρόπον, πλημμελεῖ μὲν, πλὴν εἰς ἄνθρωπον ὁμοφυᾶ, καὶ οὕτι που πρὸς Θεόν. Ὁ δέ γε τὴν ὑπ' αὐτῷ λατρείαν διωθούμενος, καὶ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀπάταις ἑαυτὸν ὑποθεὶς καὶ προσκυνήσας αὐτοῖς, ἀνταίρει κατὰ Θεοῦ, καὶ τό γε ἧκον εἰς αὐτὸν τῶν τῆς θεότητος αὐτὸν ἐξίστησι θώκων, καὶ ἀποσαλεύειν πειρᾶται τῆς αὐτῷ καὶ μόνῳ πρεπούσης ὑπεροχῆς τε B καὶ δόξης. Πεπράχασι δὲ τοῦτο κατὰ καιροὺς οἱ ἐξ Ἰσραήλ. Λελατρεύκασι μὲν γὰρ εἰδώλοις, καὶ δὴ καὶ ἐῤῥῶσθαι φράσαντες τοῖς ἱεροῖς θεσπίσμασι, σκληρὸν καὶ ἀγέρωχον ἀνατείνειν ἤθελον τῷ Θεῷ τὸν αὐχένα. Αἰτιᾶται γοῦν αὐτοὺς, καί φησιν· Οἱ ἱερεῖς οὐκ εἶπαν, Ποῦ ἔστι Κύριος; Καὶ οἱ ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου οὐκ ἠπίσταντό με, καὶ οἱ προφῆται ἠσέβουν εἰς ἐμέ. Καὶ πάλιν· Ἵνα τί λαλεῖτε πρός με; Πάντες ὑμεῖς ἠνομήσατε, καὶ πάντες ὑμεῖς ἠσεβήσατε εἰς ἐμὲ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Ἐμίαναν τοίνυν οἱ ἄρχοντες, φησὶ, τὰ ἅγιά μου. Τετολμήκασι γὰρ οὐκ ἐν μόνῃ τῇ Ἱερουσαλὴμ τὰς τῶν δαιμονίων ἐγεῖραι στήλας, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ θείῳ ναῷ τοῦτο πεπραχότες ἀνοσίως ἁλοῖεν ἄν. Ἔφη γοῦν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς περὶ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς· Τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ C οἴκῳ μου ἐποίησε βδέλυγμα; βδέλυγμα λέγων τὸ εἰς τύπον Θεοῦ τετεχνουργημένον ἄγαλμα καὶ εἰκόνα. Μιαίνονται δὲ τὰ ἅγια καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, εἰ καταφρονοῖντο πρός τινων τὰ εἰς δόξαν Θεοῦ σεπτῶς καὶ ἁγίως ἐπιτελεῖσθαι προστεταγμένα, καὶ παρ' οὐδὲν ἡγοῖντό τινες τῶν θείων αὐτοῦ νόμον τὴν παράβασιν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οἱ πατέρες ὑμῶν, φησὶν, ἠνόμησαν εἰς ἐμὲ, ἐμίαναν δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες τὰ ἁγιά μου. Τοῦτο δέδωκα τοῖς ἐχθροῖς ὥστε ἀπολέσαι τὸν Ἰακὼβ, καὶ ὀνείδεσι τοῖς ἐπὶ τούτων περιβέβληκα τὸν Ἰσραήλ.

Νῦν δὲ ἄκουσον, παῖς μου Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ ὃν ἐξελεξάμην.

Διαμνημονεύσας τῶν πρώτων, καὶ τὰς αἰτίας D εὖ μάλα διειρηκὼς, ἐφ' οἷς δέδοται πρὸς ἀπώλειάν τε καὶ ὀνειδισμὸν ὁ ἀποστάτης Ἰσραήλ· πάλιν αὐτοῖς ἀμνησικακίαν ἐπαγγέλλεται, καὶ ἀνακαινίζειν βούλεται πρὸς ὁλοτελῆ καὶ ἀμώμητον εὐπείθειαν αὐτούς. Παρεὶς δὲ ὥσπερ τὸν τῆς ἀμαθίας καιρὸν, καθ' ὃν ὁ φιλόθεος γεγονὼς, ὁ νόμον ἔχων πεφώραται, πάλιν ἕτερον αὐτοῖς ὁρίζει καιρὸν, τὸν Νῦν λέγων· ἐοικέναι τούτῳ φημὶ τὸ, « Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ. » Κατὰ μὲν γὰρ τὸν ἤδη παρωχηκότα καιρὸν, φησὶ, πλείστη τε ὅση κατὰ σοῦ γέγονε καὶ δικαία που πάντως ἡ καταβοή· σεαυτὸν γὰρ καθῆκας εἰς ἀπόστασιν, προσκέκρουκας

Cap. XLIV. Vers. 1. *Nunc vero audi, puer mi Jacob, et Israel quem elegi.*

Cum primatum fecerit mentionem, et **579** crimina optime explicuerit, ob quæ traditus est in interitum et opprobrium defector Israel: rursus illis promittit malorum oblivionem, et instaurare vult ac revocare eos ad perfectam et inculpabilem obedientiam. Prætermisso autem velut ignorationis tempore, quo legem habens, Deum non amare deprehendebatur: rursus aliud illis tempus præfinit, cum inquit, Nunc: cui simile est: « Hodie si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra sicut in exacerbatione [84]. » Nam tempore, inquit, jam præterito, gravissime in te et quidem semper juste clamatum est. Etenim teipsum in apostasiam præcipitasti, non mediocriter offendisti, magistra lege

[83] Jer. xi, 17. [84] Psal. xciv, 8.

Digitized by Google

οὐ μετρίως παρωθούμενος τὸν παιδαγωγοῦντα νόμον, τραπόμενος δὲ πρὸς ἃ μὴ θέμις, καὶ τοῖς τῆς ἀπειθείας ἐγκλήμασι σεαυτὸν ἐνιείς. Ἀλλ' ἐκεῖνα παρείσθω, φησί. Νῦν ἄκουσον, τοῦτ' ἔστι, Κάθες τὸ φρόνημα τὸ ὑπέροφρυ. Γνῶθι τὸν σεαυτοῦ Δεσπότην· ὕπελθε τὸν τῆς εὐπειθείας ζυγὸν, ἐννοήσας ὅτι παῖς ὠνομάσθης ἐμός. Ἐποιησάμην δέ σε καὶ ἀπόλεκτον, ἐκ πάντων, δηλονότι τῶν ἐθνῶν τῶν ὄντων ἐπὶ τῆς γῆς. Ὅτε γὰρ διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. Ἐγενήθη λαὸς Κυρίου μερὶς αὐτοῦ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Ἐντρέπει δὴ οὖν, καὶ οἷον ἐλέγχει παρανομήσαντας καὶ προσκρούσαντας οὐ μετρίως τοὺς ἐν τάξει τέκνων γεγονότας αὐτῷ, καὶ ἐν τῇ τῶν ἀπολέκτων μοίρᾳ κειμένους.

repulsa, et conversus ad quæ non erat licitum et inobedientiæ crimen incurrens. Sed hæc, inquit, missa fiant. Nunc audi, id est, deprime affectum hunc superciliosum, nosce Dominum tuum, obedientiæ jugum subi, cogitans, te meum puerum esse nominatum. Et selegi te ex omnibus, scilicet gentibus in terra degentibus. Quando enim dividebat gentes Altissimus, et dispergebat filios Adæ, constituit fines gentium, pro numero angelorum Dei : factus est populus Domini portio ejus, funiculus hæreditatis ejus, Israel. Ruborem incutit itaque, et velut arguit eos qui prævaricati sunt, et haud parum offenderant, cum in loco filiorum ei essent, et in numero ac sorte electorum.

ΛΟΓΟΣ Β'.

ORATIO II.

Οὕτως λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας σε, καὶ ὁ πλάσας σε ἐκ κοιλίας, Ἔτι βοηθήσῃ.

VERS. 2. *Sic ait Dominus Deus, qui fecit te, et qui formavit te de ventre : Adhuc habebis auxilium.*

Ἐγκαλέσας τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὴν ἀπόστασιν, καὶ τὸ ἀποφοιτῆσαι μὲν τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης, ἑαυτοὺς δὲ προσνεῖμαι τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς· ἔφη γὰρ, ὅτι Οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν ἠνόμησαν εἰς ἐμὲ, καὶ ἐμίαναν οἱ ἄρχοντες τὰ ἅγιά μου· οἰκονομικώτατα λίαν καὶ ταῦτα ἐπιφέρει· οὐκ ἐᾷ γὰρ ἀπενεχθῆναι πρὸς ἀπόστασιν, ἢ τ' οὖν ἀπόγνωσιν, οὔτε μὴν τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος εἰσάπαν ἀπολισθεῖν. Ἡμερότητα δὲ πάλιν αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται, καὶ διὰ τῆς συνήθους ἀνακτᾶται φιλανθρωπίας, καὶ ἀνακομίζει πρὸς μετάγνωσιν. Καὶ δίδωσιν ἐννοεῖν, ὅτι μὴ εἰσάπαν ἀπεστράφη τοὺς ἡμαρτηκότας, οὔτε μὴν ὁλόρριζος ὁ Ἰσραὴλ ἀπολεῖται, κατοικτείροντος αὐτοῦ, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι τὴν τῆς σωτηρίας ὁδὸν εὖ μάλα καταλειαίνοντος· ἑαυτὸν δὲ λέγων Κύριόν τε καὶ Θεὸν, ποιήσαντα καὶ πλάσαντα ἐκ κοιλίας, ὑπεμφαίνειν ἔοικεν, ὅτι καὶ πεπλάνηται τὸ τῆς θεότητος ὄνομα περιθεὶς ἑτέροις, καὶ τὴν τῆς κυριότητος δόξαν ἀνάψας ἀβούλως τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς. Ὅτι δὲ καὶ οὐκ ἔγνω τὸν Ποιητὴν, καὶ τὸν παρενεγκόντα πρὸς ὕπαρξιν οὐκ ὄντα ποτὲ τὸν ἐπὶ τῆς γῆς ἄνθρωπον, ὑπεμφαίνει πάλιν, πλάστην τε καὶ ποιητὴν ἑαυτὸν εἶναι διαβεβαιούμενος, καὶ οἷον ἀχαριστίας γραφόμενος τοὺς τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης ἀποπηδήσαντας. Καὶ γάρ ἐστι τῶν ἀτόπων, τοῖς μὲν κατὰ σάρκα γονεῦσι τὰς ἀνωτάτω τιμὰς προσφέρεσθαι παρ' ἡμῶν, νόμου τοῦ θείου καὶ τοῦτο βραβεύοντος, τὸν δέ γε τῶν ὅλων γενεσιουργὸν, μὴ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἐκείνων ταῖς αὐτῷ πρεπούσαις εὐφημίαις καταγεραίρεσθαι καὶ τιμᾶσθαι πρὸς ἡμῶν διὰ τῆς εἰσάπαν ὑποταγῆς. Τοιοῦτόν τί φησι καὶ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Υἱὸς δοξάζει τὸν πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν αὐτοῦ κύριον. Καὶ εἰ πατὴρ εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἔστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύριός εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἔστιν ὁ φόβος μου; λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Ἐν ταυτῷ γάρ ἐστι, καὶ Κύριος μὲν ὡς ὑπὸ ζυγὰ καὶ δουλείαν ὅλην ἔχων τὴν κτίσιν.

Cum Israelitas apostasiæ insimulaverit, et quod a dilectione erga ipsum recesserint, seque non diis addixerint; nam dixit: Patres vestri et principes vestri impie egerunt in me, et polluerunt principes sancta mea : appositissime hæc quoque infert; nec enim sinit eos ad desperationem redigi, aut omni in illum spe excidere : sed denuo placabilitatem promittit, et pro consueta **580** humanitate recreat, et ad resipiscentiam reducit. Et subindicat non in totum se aversatum esse eos qui peccarunt, nec funditus interiisse Israelem, ipso commiserante, et credentibus in ipsum viam salutis perpulchre complanante. Seipsum vero Dominum ac Deum cum dicit, facientem et formantem de ventre, subinnuere videtur, errasse illum cum nomen divinitatis aliis attribuerit, et dominationis gloriam inconsiderate ad non deos transtulerit. Quod autem non norit effectorem, et eum qui non hominem aliquando in terra, produxit ut esset, rursus subinnuit, cum se formatorem et effectorem esse affirmat, et cum dicam ingratitudinis velut scribit illis, qui a charitate erga ipsum resilierunt. Est enim absurdissimum, carnalibus parentibus summos honores a nobis exhiberi, lege divina etiam hoc præscribente et universorum Conditorem, non multo etiam magis quam illos, sibi convenientibus decorari laudibus, ac honorari a nobis submissione et obedientia in omnibus. Cujusmodi est etiam, quod per quemdam e sanctis prophetis dicit : « Filius glorificat patrem, et servus dominum suum. Et si pater ego sum, ubi est gloria mea? Et si dominus sum, ubi est timor meus? dicit Dominus omnipotens [88]. » Similiter enim est et Dominus, quippe qui universam creaturam sub jugo et servitute habeat. Dixit enim illi divinus Psaltes : « Omnia tua : » et item, Pater, utpote formator et fictor, et essentiæ procreator.

[88] Mal. I, 6.

Digitized by Google

itaque velut et debito et officio submisse præstanda est ei filiis digna subjectio, et servis conveniens timor. Quando igitur Deus seipsum formatorem et effectorem esse dicit, mentibus ac cogitationibus subjicit oportere nos ipsum colere, ut hujus essentiæ suppeditatorem, et substantiæ auctorem his qui quondam non fuerunt. Cum autem ait peccatoribus, Adhuc habebis auxilium, in spem ac fiduciam erigit, licet multis et inevitabilibus culpis sint impliciti, reservari tamen bonitatis et humanitatis reliquias, nec quidquam obstare, quominus et illi quoque serventur, si quidem velint redire ad meliora, et decentiora, et ejus legibus consentanea.

A Ἔφη γάρ που πρὸς αὐτὸν ὁ θεσπέσιος Μελῳδός, ὅτι « Τὰ σύμπαντα σά. » Πατὴρ δὲ δὴ πάλιν ὡς πλάστης, καὶ ποιητὴς, καὶ εἰς τὸ εἶναι παρενεγκών. Οὐκοῦν καθάπερ ἐν ὀφλήματος τάξει καταθετέον τῷ Θεῷ καὶ τὴν υἱοῖς πρέπουσαν ὑποταγὴν, καὶ τὸν ἁρμόττοντα τοῖς οἰκέταις φόβον. Ὅταν τοίνυν πλάστην τε καὶ ποιητὴν ἑαυτὸν εἶναι λέγει Θεὸς, ἀναφέρει πρὸς ἐννοίας τοῦ χρῆναι τιμᾷν, ὡς καὶ αὐτοῦ τοῦ εἶναι γενόμενον χορηγὸν, καὶ τῆς ὑπάρξεως αἴτιον τοῖς οὐκ οὖσί ποτε. Λέγων δὲ τοῖς ἡμαρτηκόσι τὸ, Ἔτι βοηθήσῃ, δίδωσι θαῤῥεῖν ὅτι καίτοι πολλαῖς καὶ ἀφύκτοις αἰτίαις ἐνειλημμένοις ἡμερότητός τε καὶ φιλανθρωπίας τετήρηται λείψανον. Καὶ ἀπείρξῃ ἂν οὐδὲν τοῦ σώζεσθαι καὶ αὐτοὺς, εἴπερ ἕλοιντο μεταφοιτᾷν ἐπὶ τὰ ἀμείνω καὶ πρεπωδέστερα, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ συμβαίνοντα νόμοις.

VERS. 3-5. *Ne timeas, puer mi Jacob, et dilecte Israel, quem elegi, quia ego dabo aquam in siti ambulantibus in loco aquis carente. Ponam spiritum meum super semen tuum et* **581** *benedictiones meas super filios tuos. Et orientur ut gramen in medio aquæ, et ut salix juxta præterfluentem aquam. Hic dicet, Dei sum, et ille clamabit in nomine Jacob. Et alius scribet, Dei sum in nomine Israel.*

B *Μὴ φοβοῦ, παῖς μου Ἰακὼβ, καὶ ὁ ἠγαπημένος Ἰσραήλ. ὃν ἐξελεξάμην. Ὅτι ἐγὼ δώσω ὕδωρ ἐν δίψει τοῖς πορευομένοις ἐν ἀνύδρῳ. Ἐπιθήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τὸ σπέρμα σου, καὶ τὰς εὐλογίας μου ἐπὶ τὰ τέκνα σου. Καὶ ἀνατελοῦσιν ὡσεὶ χόρτος ἀνὰ μέσον ὕδατος, καὶ ὡς ἰτέα ἐπὶ παραῤῥέον ὕδωρ. Οὗτος ἐρεῖ, Τοῦ Θεοῦ εἰμι, καὶ οὗτος βοήσεται ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰακώβ. Καὶ ἕτερος ἐπιγράψει, Τοῦ Θεοῦ εἰμι, ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰσραήλ.*

Videtur his verbis Israelem et Jacob nominare, sanctorum apostolorum chorum, velut una persona comprehensum. Unum enim sunt omnes in Christo. Considera enim quomodo eum dilectum et electum esse dicat: tametsi quomodo non sit omnibus manifestum, nunquam nominasse eos dilectos C et electos, qui fidem in ipsum respuerunt. Verum quia erant ex sanguine Jacob et Israelis, vasa honorata et electa, et vocati sunt ad sacrum evangelicæ prædicationis opus: putavit oportere illos tam splendidis nominibus coronare, utpote futuros tanquam luminaria in mundo sermonem vitæ continentia, et universæ terræ sub sole mystagogos. Ne timeas igitur, ait: id est, viriliter age, et corroborare, et patienti ac juvenili animo prælitus sis, et persequentium assultus et tumultus deridens, firmam habe in Deo fiduciam. Complures enim sacrosanctis repugnant prædicationibus, et insurget multitudo impia, nostris sermonibus resistens. Sed, inquit, vince timiditatem, et ignaviam, et parum virilem mollitiem. Ego enim dabo aquam ambulantibus in loco D aquis carente. Est enim jucundum et salubre, in loco siticuloso euntibus, in fontes aquarum incidere. Et ter desiderabile ac multo jam magis optabile esse dicimus, languentibus amore pietatis, ut divinis et intelligibilibus madefiant rivulis, et spiritualibus consolationibus: unde fiat, ut mens humana, etsi debilitata aliquantulum, virilitate ac robore instauretur. Aqua quam Deus hic promittit suppeditaturum se ambulantibus in loco aquis carente, est Spiritus sanctus. Nimirum ipse Servator dixit, quemadmodum inquit Scriptura: « Fluvii de ventre

Ἔοικεν ἐν τούτοις Ἰσραὴλ τε καὶ Ἰακὼβ ὀνομάζειν τὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων χορὸν ὡς ἑνὶ προσώπῳ νοούμενον. Ἓν γὰρ πάντες εἰσὶν ἐν Χριστῷ. Ἄθρει γὰρ ὅπως ἠγαπημένον αὐτὸν καὶ ἀπόλεκτον εἶναί φησι, καίτοι πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὡς οὐκ ἂν πώποτε τοὺς τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ἠθετηκότας ὠνόμασεν ἀγαπητοὺς καὶ ἐξειλεγμένους. Ἐπειδὴ δὲ ἐξ αἵματος ὄντες Ἰακὼβ τοῦ καὶ Ἰσραὴλ, σκεύη γεγόνασιν τίμια καὶ ἀπόλεκτα, καὶ κέκληνται πρὸς ἱερουργίαν τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, δεῖν ᾠήθη ταῖς οὕτω λαμπραῖς στεφανῶσαι φωναῖς, ἅτε δὴ καὶ ἐσομένους ὡς φωστῆρας ἐν κόσμῳ, λόγον ἐπέχοντας ζωῆς, καὶ τῆς ὑφ' ἡλίῳ μυσταγωγούς. Μὴ φοβοῦ τοίνυν, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἀνδρίζου, καὶ ἴσχυε, τληπαθές τε καὶ νεανικὸν ἔχε τὸ φρόνημα, καὶ τὰς τῶν διωκόντων ἐπαναστάσεις καταγελῶν, βεβαίαν ἔχε τὴν πίστιν ἐπὶ τῷ Θεῷ. Πλεῖστοι γὰρ ὅσοι τοῖς ἱεροῖς διαμάχονται κηρύγμασι, καὶ ἀνταναστήσεται πληθὺς ἀνοσία τοῖς παρ' ὑμῶν ἀντιπράττουσα λόγοις. Ἀλλ' ἔσο δειλίας ἀμείνων, φησὶν, ὄκνου τε καὶ ἀνανδρείας. Ἐγὼ γὰρ δώσω ὕδωρ τοῖς πορευομένοις ἐν ἀνύδρῳ. Ἡδὺ μὲν γὰρ καὶ σωτήριον τοῖς ἐν τῇ διψάδι βαδίζουσι τὸ πηγαῖς ὑδάτων περιτυχεῖν. Τριπόθητόν τε, καὶ ἔτι μᾶλλον εἶναί φαμεν τοῖς κάμνουσι δι' εὐσέβειαν τὸ τοῖς θείοις τε καὶ νοητοῖς κατάρδεσθαι νάμασιν, ἤτοι ταῖς διὰ τοῦ πνεύματος παρακλήσεσι, δι' ὧν ἂν γένοιτο τὸν ἀνθρώπινον νοῦν ἀτονήσαντά πως βραχὺ ἀνηῤῥωθῆναι πρὸς εὐανδρείαν. Ὕδωρ δὲ ἐν τούτοις, ὅπερ ὑπισχνεῖται τοῖς ἐν ἀνύδρῳ πορευομένοις χορηγήσειν Θεὸς, τὸ Πνεῦμά φαμεν εἶναι τὸ ἅγιον. Ἔφη γοῦν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφή· « Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζωῆς. »

[a] Joan. VII, 38.

Digitized by Google

Διατρανῶν δὲ τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν ὁ πάνσοφος εὐαγγελιστὴς ἐπήνεγκεν εὐθύς· « Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος ὃ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. » Ζωοποιὸν μὲν γὰρ τὸ ὕδωρ ἐστὶ, καὶ ἀναβιβάζει πρὸς αὔξησιν φυτά τε καὶ χόρτους, ἀπομιμεῖται δέ πως τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν, δι' οὗ τὰ πάντα συνέστηκε πρὸς τὸ εὖ εἶναι διακρατούμενα, καὶ τὴν εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν ἐπίδοσιν ἡ νοητὴ κτίσις καταπλουτεῖ, καὶ οἷον ἀναπηδᾷ πρὸς αὔξησιν ἰοῦσα τὴν πνευματικήν. Ὅτι δὲ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ζωοποιὸν δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, τὴν δι' αὐτοῦ παράκλησιν νοητὴν ὑπεμφαίνει τὸ τοῖς δι' ἀνύδρου βαδίζουσιν ἐπαγγέλλεσθαι ὕδωρ σαφηνιεῖ τὸ ἐφεξῆς. Ἐπιθήσω γὰρ, φησὶ, τὸ Πνεῦμά μου ἐπὶ τὸ σπέρμα σου, καὶ τὰς εὐλογίας μου ἐπὶ τὰ τέκνα σου. Σπέρμα δὲ καὶ τέκνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἶναί φαμεν τοὺς δι' αὐτῶν κεκλημένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ εἰς ἀναγέννησιν τὴν πνευματικήν, ἣν οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς τούτους ἀναγεννῶσιν, ἀλλὰ διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργείας. Ἐπιστέλλει γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς δι' αὐτοῦ κεκλημένοις, καί φησι· « Κἂν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας. » Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. Εὑρήσομεν δὲ πανταχοῦ τέκνα καλοῦντα τοὺς εἰς αὐτὸν δι' αὐτῶν πιστεύσαντας. Ἐπιθήσω τοίνυν, φησὶ, τὸ Πνεῦμά μου ἐπὶ τὸ σπέρμα σου, καὶ τὰς εὐλογίας μου ἐπὶ τὰ τέκνα σου. Εὐλογίας δέ φαμεν τὰς ἐκ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις χορηγουμένας, τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων τὸ πολυειδές. Ὧ μὲν γὰρ δίδοται λόγος σοφίας, ἑτέρῳ δὲ λόγος γνώσεως, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. Γράφει δέ που, καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὅτι « Ἕκαστος ὑμῶν ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ Θεοῦ. » Εἶτα ποίατις ἂν γένοιτο τῶν εὐλογιῶν ἡ ὄνησις, διεσάφησε προστιθεὶς, ὅτι Ἀνατελοῦσιν ὡς χόρτος ἀνὰ μέσον ὕδατος, καὶ ὡς ἰτέα ἐπὶ παραῤῥέον ὕδωρ. Ἡόαι καὶ φυτὰ, ἅπερ ἐν χώροις εἶεν ἀνύδροις, βραδέως μὲν ὅλως ἀνίσχει, ἀνίσχοντα δὲ παραχρῆμα μαραίνεται. Εὐανθῆ δὲ λίαν τὰ οἷσπερ ἂν παρακέοιτο ναμάτων χύσις, καὶ ὑδάτων φορὰ συνέχουσα πρὸς τὸ ζῆν, ἀειθαλὲς δὲ φυτὸν τῆς ἰτέας τὸ χρῆμα, πηγαῖς τε καὶ ποταμοῖς ἀεὶ παραπεφυκός. Ἐκμεμεθυσμένοι δὴ οὖν, φησὶ, τοῖς νοητοῖς νάμασιν οἱ ταῦτα καταπλουτήσαντες, ὁμολογήσουσιν ὅτι μόνον ἴσασιν ἐμὲ, καὶ Θεὸν ἐπιγράψονται τὸν καλέσαντα αὐτούς. Λέγων δὲ, ὅτι οὗτος ἐρεῖ, ὅτι Τοῦ Θεοῦ εἰμὶ, καὶ οὗτος βοήσεται, καὶ ἕτερος ἐπιγράψει, τὴν τῶν ἐπ' αὐτῶν τρεχόντων διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ κατασημαίνει πληθύν. Οὐ γὰρ κεκλήσεται λαὸς, ἅπασα δὲ μᾶλλον τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, ἡ κατά γε τὴν ὑφήλιον, καὶ πάντες ὁμολογήσουσιν, ὅτι γεγόνασι τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸν ἐπιγράψονται Σωτῆρα, καὶ Λυτρωτὴν, καὶ χρηματίζουσι λοιπὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰακὼϐ, τοῦτ' ἔστιν, ὅτι σχοίνισμα, καὶ κλῆρός εἰσι τοῦ Θεοῦ. Ἐγενήθη γὰρ, φησὶ, λαὸς Κυρίου μερὶς αὐτοῦ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Καυχώμεθα δὲ οἱ πιστεύσαντες

ejus fluent aquæ vitæ. » Explicans autem dictorum vim sapientissimus evangelista, mox adjecit : « Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in ipsum [87]. » Vivifica enim res est aqua, et plantas ac gramina facit augescere : et quodammodo imitatur sancti Spiritus energiam : per quem omnia constiterunt, et bene sunt, et firmantur, et intelligibilis creatura omnium **582** bonorum accessione locupletatur, et velut assilit et ascendit ad spirituale incrementum. Quod autem Spiritus sanctus vivificam vim et energiam, ac intelligentia perceptam ejus consolationem significet, cum promittit aquam, iter per locum aqua carentem facientibus, id quod sequitur, declarabit. Ponam enim, inquit, Spiritum meum super semen tuum, et benedictiones meas super filios tuos. Semen autem et filios sanctorum apostolorum esse dicimus eos qui per ipsos vocati sunt ad agnitionem veritatis, et ad regenerationem spiritualem : quos non ex semine corrupto regenerant, sed per verbum viventis et manentis Dei, et per Spiritus sancti energiam. Scribit ergo in Epistola divinus Paulus his qui vocati sunt per ipsum, et ait : « Nam etiamsi innumeros pædagogos habetis in Christo, tamen non multos habetis patres. Siquidem in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui [88]. » Semperque inveniemus eum qui crediderunt in illum per ipsos, vocare filios. Ponam itaque, inquit, Spiritum meum super semen tuum, et benedictiones meas super filios tuos. Benedictiones autem sanctis a Deo subministratas appellamus, spiritualium donorum varietatem. Huic enim datus est sermo sapientiæ, alteri sermo scientiæ, et quæ sequuntur. Scribit siquidem sapientissimus Paulus: « Unusquisque nostrum donum proprium habet a Deo [89]. » Deinde, quænam sit benedictionum utilitas, declaravit, cum adjicit : Exorientur ut gramen in medio aquæ, et ut salix juxta præterfluentem aquam. Herbæ enim et plantæ, quæ sunt in locis aqua carentibus, lente omnino crescunt, et cum creverint, statim emarcescunt. Sed optime florent, quæ rivulorum fluxus, et aquarum cursus alluit, qui vitam conservat: semperque viret planta salicis, fontibus ac fluminibus semper adnascens. Irrigati ergo, inquit, rivulis sub intelligentiam cadentibus, qui his ditati sunt confitebuntur, quod me solum sciant, et Deum nuncupabunt, qui eos vocavit. Cumque ait : Hic dicet: Dei sum, et ille clamabit, et alius scribet, multitudinem ad eum per fidem in Christo currentium denotat. Non enim vocabitur aliquis unus populus, sed omnis potius quæ sub sole est multitudo gentium, et omnes confitebuntur, quod sint Dei, et ipsum nuncupabunt Servatorem et Redemptorem, et appellabuntur deinceps nomine Jacob (Et quodnam erat nomen Jacobæis? Portio et funiculus, et sors Dei. Ascendent ergo credentes, et scribent in nomine Jacob) [*Desunt inclusa verba in Græco cod.*] : id **583** est, quod sint funiculus et sors Dei.

[87] Joan. VII, 39. [88] I Cor. IV, 15. [89] I Cor. VII, 7.

Digitized by Google

Factus est enim, inquit, populus Domini sors ejus, funiculus hæreditatis ejus, Israel. Gloriemur itaque qui credimus, quod simus sors Dei, et Christi omnium nostrum Servatoris portio.

ἐπὶ τῷ γενέσθαι Θεοῦ κλῆρος, καὶ μερὶς τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

VERS. 6, 7. *Sic ait Dominus Deus rex Israel, qui liberavit ipsum, Deus Sabaoth: Ego primus, et ego post hæc, præter me non est Deus. Quis est qualis ego sum? Stet, vocet, et paret mihi, ex quo feci hominem in æternum. Et ventura antequam veniant annuntient vobis. Ne abscondamini, et annuntiavi vobis.*

Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ ῥυσάμενος αὐτὸν Θεὸς Σαβαώθ· Ἐγὼ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα· πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι Θεός. Τίς ὥσπερ ἐγώ; Στήτω, καὶ καλεσάτω, καὶ ἑτοιμασάτω μοι, ἀφ' οὗ ἐποίησα ἄνθρωπον εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ τὰ ἐπερχόμενα πρὸ τοῦ ἐλθεῖν ἀναγγειλάτωσαν ὑμῖν. Μὴ παρακαλύπτεσθε, καὶ ἀπήγγειλα ὑμῖν.

Cognitionis in Christo, cum ex his quæ jam lecta sunt mentionem fecisset, sermonem ad aliud quidpiam necessarium convertit. Quia enim pro tempore, divinus propheta Isaias hosce nobis de istiusmodi rebus composuit sermones, regnabat apud eos Dei hostis, ut intolerandis vitiis plena essent omnia. Erat enim cuique deus et religio, sua libido: necessariam admonitionem inducit Deus, aptissimis argumentis involutam: a cultu multorum numinum, et vitiis, quæ inde oriuntur, transferens, et per resipiscentiam ad agnitionem veritatis exhortans, et suæ ipsius gloriæ et incomparabilis potentiæ refricans memoriam. Hinc ait: Sic dicit Dominus rex Israel, qui liberavit eum, Deus Sabaoth. Scire enim vult eos, se Deum esse et Dominum exercituum, et ut videant velut ab ebrietate respirantes, se a tyrannide Ægyptiorum, Deo mira operante, et potentiæ suæ, et amplitudinis magnitudinem exserente, fuisse liberatos. Nam quid factum est non mirabile? Quæ plaga non est inflicta his qui eos invaserunt? Nonne inexplicabilis potentiæ ipsius aperta demonstratio esse poterit, mare divisum esse, aquas, tanquam murum, fixas ac firmas constitisse, et fugientes medium transire? Et quæ tandem in deserto exstiterunt miracula? Nonne illis panem cœlitus dedit? Nonne petram disrupit in deserto, et illis tanquam in abysso multa, potavit? Et nonne aquas perinde quasi flumina deduxit? nonne Jordanis rivulis velut frenum quoddam apposuit, ita ut pedibus eorum transitum paraverit? Necessario itaque, non simpliciter, his verbis Dominum sese et Deum appellat, sed adjunxit porro, qui liberavit ipsum: in memoriam **584** reducens, ut dixi, incredibiliter ab ipso præstita. Scito igitur, ait: quod ego Deus primus, et ego post hæc, et præter me non est Deus. Deus enim est principium universorum, ipse sine principio, et omnia ab ipso ortum habent; ortus autem ipse est et genitus a nemine: sed est qui est, et qui futurus est. Hoc enim est nomen ei, et monumentum æternum, in ævum sempiternum. Neque ergo ante illum alius erat, Deus neque erit præter ipsum. Longe autem utilissima est hæc exhortatio his, qui negarunt ipsum, et qui ex insigni imprudentia lapsi sunt in hanc opinionem multorum numinum. Quod vero nullus sit ei similis, vel alius ab ipso sit numerandus,

Τῆς ἐν Χριστῷ γνώσεως διὰ τῶν ἀρτίως ἡμῖν ἀναγνώσεων ποιησάμενος μνήμην, μεθίστησι τὸν λόγον ἐφ' ἕτερόν τι τῶν ἀναγκαίων. Ἐπειδὴ γὰρ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν ὁ θεσπέσιος προφήτης Ἡσαΐας τοὺς περὶ τῶν τοιούτων ἡμῖν συνετίθει λόγους, βασιλεύοντος παρ' αὐτοῖς θεομισοῦς, καὶ ἐν ἀφορήτοις γέγονεν ὀλισθήμασιν. Ἦν γὰρ ἑκάστῳ τὸ δοκοῦν θεὸς καὶ σέβας· ἀναγκαίαν αὐτοῖς τὴν παραίνεσιν εὐφυεστάτοις ἐλέγχοις ἐγκεκλωσμένην ποιεῖται Θεός· μεθιστὰς μὲν αὐτοὺς τῆς πολυθείας, καὶ τῶν ἐν τούτοις ἁρρωστημάτων· προσκαλούμενος δὲ διὰ μεταγνώσεως εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ τῆς αὐτοῦ δόξης, καὶ ἀσυγκρίτου δυνάμεως ἀνακομίζων εἰς ἀνάμνησιν. Ταύτῃ τοι φησίν· Οὕτω λέγει Κύριος ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ ῥυσάμενος αὐτὸν Θεὸς Σαβαώθ. Ὅτι γὰρ Θεός ἐστι καὶ τῶν δυνάμεων Κύριος, εἰδέναι βούλεται, καὶ καθάπερ ἐκ μέθης ἀνενεγκόντας ἰδεῖν, ὅτι καὶ τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας ἐξῄρηνται, θαυματουργοῦντος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυνάμεως, καὶ ὑπεροχῆς τὸ μέγεθος ἐμφανίζοντος. Τί γὰρ οὐ πέπρακται τῶν τεθαυμασμένων; Ποῖα δὲ τοῖς πλεονεκτοῦσιν αὐτοὺς οὐκ ἐπηνέχθη πληγή; Ἢ πῶς τῆς ἀφράστου δυνάμεως αὐτοῦ οὐκ ἂν γένοιτο σαφὴς ἀπόδειξις, τὸ διαστῆναι μὲν θάλασσαν, παγῆναι δὲ καὶ ὡσεὶ τεῖχος τὰ ὕδατα, καὶ διὰ μέσων ἰέναι τοὺς φεύγοντας; Τί δὲ δὴ τὰ ἐν τῇ ἐρήμῳ μετὰ τοῦτο θαυματουργήματα; Οὐκ ἄρτον αὐτοῖς ἔδωκε τὸν ἐξ οὐρανοῦ; Οὐ διέῤῥηξε πέτραν ἐν ἐρήμῳ, καὶ ἐπότισεν αὐτοὺς ὡς ἐν ἀβύσσῳ πολλῇ; καὶ κατήγαγεν ὡς ποταμοὺς ὕδατα; οὐ τοῖς Ἰορδάνου νάμασιν οἷά τινα χαλινὸν ἐπιθεὶς, ποδὶ παρεσκεύασε παρελθεῖν; Ἀναγκαίως τοίνυν, οὐχ ἁπλῶς Κύριόν τε καὶ Θεὸν ἐν τούτοις ἑαυτὸν ἀποκαλεῖ· προσεπήγαγε δὲ, ὅτι Καὶ ῥυσάμενος αὐτὸν, εἰς ἀνάμνησιν ἀνακομίζων, ὡς ἔφην, τῶν δι' αὐτὸν παραδόξως τετελεσμένων. Ἴσθι δὴ οὖν, φησὶν, ὅτι Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἦν Θεός. Ἀρχὴ γὰρ τῶν ὅλων Θεὸς. ἄναρχος ὢν αὐτὸς, καὶ παρ' αὐτοῦ πάντα παρῆχθη πρὸς γένεσιν· αὐτὸς μὲν οὖν γέγονεν ὑπ' οὐδενὸς, ἀλλ' ἔστιν ὢν τε καὶ ἐσόμενος. Τοῦτο γὰρ ὄνομα αὐτῷ, καὶ μνημόσυνον αἰώνιον γενεῶν γενεαῖς. Οὔτε τοίνυν πρὸ αὐτοῦ Θεὸς ἕτερος ἦν, οὔτε τις ἔσται μετ' αὐτόν. Εἷς γὰρ φύσει Θεὸς, καὶ ἕτερος παρ' αὐτὸν οὐδείς. Χρησιμωτάτη δὲ λίαν ἡ παραίνεσις τοῖς ἀρνησαμένοις αὐτὸν, καὶ ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀσυνεσίας ὠλισθηκόσιν εἰς γε τὸ οἴεσθαι θεοὺς εἶναι πολλούς. Ὅτι δὲ κατ' αὐτὸν οὐδεὶς ἦγουν ἕτε-

Digitized by Google

ρος ἐπ' αὐτῷ καταλογισθῆναι, διαδείκνυσι λέγων· Τίς ὥσπερ ἐγώ; Ποῖος ἄρα τοῖς παρ' ὑμῶν ὑπονοηθεῖσι θεοῖς, ἤγουν ἀσυνέτως ὀνομασμένοις, κατὰ τὴν ἐμὴν ἔσται δόξαν τε καὶ δύναμιν; Ἐκ ποίας ἄρα μεγαλουργίας θεοὺς αὐτοὺς εἶναι πεπιστεύκατε; Στήτω τις, εἴπερ ἐστὶ κατ' ἐμέ. Ἑτοιμασάτω τις τὸν ἰσόρροπον ἔχοντα φύσιν, ἢ κατ' ἰσχὺν ἢ δόξαν. Καλεσάτωσαν οὓς ἂν ἕλοιντο τῶν ψευδωνύμων θεῶν, ἀφ' οὗ ἐποίησα ἄνθρωπον εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐκτισάμην γάρ, φησὶν, οὐρανοὺς, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, ἀναριθμήτων ἁγίων πνευμάτων ἀγέλας προσκυνούσας ἔχων καὶ λατρευούσας ἐμοὶ, πλὴν ἀφ' οὗ πεποίηκα τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς, τοῦτ' ἔστιν, εἰς τὸν αἰῶνα, δειξάτω μοί τις τὸν κατ' ἐμέ. Λέγων δὲ πάλιν τὸ, Ἀφ' οὗ ἐποίησα ἄνθρωπον, ἑαυτὸν μὲν δείκνυσιν ὄντα δημιουργὸν, τοὺς δὲ ψευδωνύμους θεοὺς οὐδὲν ὄντας παντελῶς. Τίνα γὰρ τῶν προσκυνούντων αὐτοὺς εἰς τὸ εἶναι παρήνεγκαν, πλὴν δημιουργὸς ἐγὼ ὑπάρχων γνωρίζομαι, καὶ κτίστης τῶν ὅλων, καὶ ἁπάντων ἔχων τὴν γνῶσιν. Ἐρευνήσατε τοῦτο παρὰ τοῖς παρ' ὑμῶν ῥηθεῖσι θεοῖς, τὰ ἐπερχόμενα πρὸ τοῦ ἐλθεῖν ἀναγγειλάτωσαν ὑμῖν. Θεῷ γὰρ κατὰ φύσιν πρέποι ἂν τὸ πᾶσαν ἔχειν τὴν γνῶσιν τῶν τε ἤδη παρῳχηκότων, καὶ τῶν ἐσομένων. Εἰ δὲ οὐδεὶς ἐν τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς τοῦτο λαχὼν εὑρίσκεται, ἀσυμφανὲς, ὅτι οἱ τὴν Θεοῦ γνῶσιν οὐκ ἔχοντες, οὐκ ἂν εἶεν θεοί. Μὴ παρακαλύπτεσθε, ἀντὶ τοῦ, Μὴ σιωπᾶτε, μηδὲ ἀποπροσποιεῖσθε.

Οὐκ ἀπαρχῆς ἠγωτίσασθε, καὶ ἀπήγγειλα ὑμῖν;

Ὡς γὰρ ὑπάρχων φύσει Θεὸς, καὶ πάντα εἰδὼς τὰ ἐσόμενα, καὶ τὰ ἤδη προγεγενημένα, προαπήγγειλα ὑμῖν διὰ προφητῶν ἁγίων διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως. Ἐξεκάλυψα γὰρ τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ οὐδέν ἐστιν ὧν ἦν ἀκόλουθον καταφανῆ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς γενέσθαι τὴν γνῶσιν, ὃ μὴ προαπήγγελται παρ' ἐμοῦ. Οὐκοῦν ἐκεῖνοι μὲν οὐ θεοὶ, τῶν ἐοικότων Θεῷ λαχόντες οὐδέν. Ἐγὼ δέ εἰμι κατὰ φύσιν, ὅπερ εἶναι πεπίστευμαι Θεὸς, δῆλον δὲ ὅτι τῶν ὅλων, καὶ γένεσιν ἔχων θεοπρεπῆ. Μυσταγωγεῖ τοιγαροῦν ὁ λόγος τοὺς τῆς ἀληθοῦς θεοπτίας ἀπενηνεγμένους, καὶ ἀψύχοις εἰδώλοις προσνεύσαντας, καὶ τῷ ξύλῳ λέγοντας· Πατήρ μου εἶ σὺ, καὶ τῷ λίθῳ· Σὺ ἐγέννησάς με. »

Μάρτυρες ὑμεῖς ἐστε, εἰ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ.

Ἀποφέρει πάλιν εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἐπιδειχθείσης αὐτοῖς δυνάμεώς τε καὶ ἐξουσίας, ἥπερ ἂν πρέποι τῷ γε ὄντι κατὰ φύσιν Θεῷ, καὶ τῶν ὅλων Κυρίῳ, ὅτε τῆς Αἰγυπτίων ἐκλελύτρωνται γῆς. Τότε γὰρ τότε συνωπλίζετο τῷ Δεσπότῃ καὶ ἡ κτίσις αὐτὴ, καὶ τῆς τῶν πλεονεκτούντων αὐτοὺς κατεξανέστη σκαιότητος, στοιχείων γὰρ ἐπράττοντο μεταβολαῖς [ἴσ. μεταβολαί]. Μετεσκευάζετο γὰρ εἰς αἷμα τὸ ὕδωρ, τριήμερός τε καὶ βαθὺς ἐξετείνετο σκότος. Κατηφίει δὲ αὐτῶν καὶ χαλάζας ὁ οὐρανὸς, σκνίπες τε καὶ βάτραχοι, καὶ κυνόμια, καὶ ὁ τῶν πρωτοτόκων θάνατος ἐπενήνεκται, καὶ διέβησαν δὲ διὰ θαλάσσης μέσης.

ostendit, cum ait: Quis est sicut ego sum? Quis ergo apud eos qui a vobis dii existimantur, et imprudenter nominantur, meam adæquat gloriam et potentiam? Ex qua operum magnificentia credidistis eos esse deos? Stet aliquis, si mei similis sit, paret quis aliquem qui par sit vel natura, vel fortitudine, vel gloria. Vocent quos habet falso nuncupatos deos, ex quo feci hominem in æternum. Condidi enim, inquit, cœlos, et innumerabilem sanctorum spirituum gregem, qui adorat et colit me, ex quo creavi hominem, in terra, et quæ sequuntur, id est, ab omni æternitate ostendat mihi quispiam mihi similem. Cum iterum ait: Ex quo creavi hominem, seipsum declarat esse opificem, falso autem nuncupatos deos, nihil prorsus esse. Quem enim cultorum suorum produxerunt in vitam et in essentiam? Verum ego opifex esse cognoscor, et conditor universorum, et omnium rerum cognitione præditus. Scrutamini hoc ab his qui dii a vobis dicti sunt. Ventura, antequam veniant, annuntient vobis. Deo enim natura convenit, omnem habere et jam præteritorum et futurorum notitiam. Sin nemo reperiatur in falso nuncupatis diis, qui hoc sit consecutus, eos qui cognitione divina præditi non sunt, deos non esse, obscurum non est. Ne abscondamini, pro, Ne tacete, ne dissimulate.

Vers. 8. *Nonne ab initio auribus accepistis, et annuntiavi vobis?*

Nam velut natura Deus, et omnia intelligens, futura, et jam facta, **585** prænuntiavi vobis, per prophetas sanctos, per sapientissimum Moysen. Christi enim mysterium revelavi, nec erat quidquam, cujus cognitionem par erat vobis patefieri, quod non fuerit a me pronuntiatum. Itaque illi qui Deo nihil dignum habuerunt, dii non sunt. Ego vero sum natura, ut esse me credunt, Deus, videlicet universorum, et ortum habeo divinum. Mystica itaque sacra docet hæc oratio, eos qui abducti erant a vera divina contemplatione, et delapsi ad inanimata idola, et qui dicunt ligno: Pater meus es tu, et lapidi: Tu genuisti me [90].

Testes vos estis, si est Deus præter me.

Rursus in memoriam revocat, exhibitam ipsis potentiam et auctoritatem, quæ Deo natura et Domino universorum convenit, quando fuerint e terra Ægyptiorum redempti. Tunc enim, tunc etiam creatura ipsa cum Domino simul armata est, et perversitati eorum, qui illos invaserunt tyrannice, restitit. Elementorum namque factæ sunt mutationes: quippe in sanguinem aqua conversa est, per triduum profundæ tenebræ diffusæ sunt, et infestavit eos grando cœlestis, et ciniphes, et ranæ, cynomia, et mors primogenitorum est illata, ac mare trajecerunt. Postquam autem in terram promissionis

[90] Jer. II, 27.

Digitized by Google

pervenissent, gentes multas subegerunt, etiam viribus pollentiores. Et terrifici et formidabiles exstiterunt, tum finitimis gentibus, tum longe dissitis, et suspiciendi et celebres. Itaque non alii vestra, sed vos ipsi intelligere potestis, quis hæc gesserit, quis creaturam in vestro negotio armaverit, quis vires hostium fregerit, vosque contra omnes robore coronaverit, vos estis testes meæ eminentiæ, siquidem recte volueritis judicare. Nec opus habebitis aliis pædagogis. Plurimi enim erant dii apud Ægyptios, illorumque adyta referta erant imaginibus. Plurimi item apud Amorrhæos, Evæos, Pherezæos, aliasque gentes: sed eorum nemo satis præsidii in suis habuisse visus est: imo et qui adorati sunt una cum adoratoribus vos comminuistis. Est enim vaticinio proditum per Moysen: Aras eorum demoliemini, et columnas eorum comminuetis, **586** et sculptilia deorum igni comburetis. Itaque si verum velitis dicere, vos mihi testes eritis, num sit Deus præter me. Nam si quis meis copiis obstiterit, et vicerit, reputetur apud vos deus. Sin deprehensi fuerint nihil esse, et per vos facti fuerint opus ac fomentum ignis: ipsa experientia, inquit, novistis, non esse Deum præter me.

A Ἐπειδὴ δὲ εἰς τὴν τῆς ἐπαγγελίας ἐπέδραμον γῆν, νενικήκασιν ἔθνη πολλά τε καὶ εὐσθενέστερα τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἰσχύος, καὶ δεινοὶ γεγόνασι, καὶ δυσάντητοι τοῖς τε ὁμόροις τῶν ἐθνῶν, καὶ τοῖς ἔτι μακρὰν ἀπόβλεπτοί τε καὶ διαβόητοι. Οὐκοῦν οὐχ ἕτεροι μᾶλλον εἰδεῖεν ἄν, ἀλλ' ὑμεῖς αὐτοὶ τὰ καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς, τίς ὁ ταῦτα κατορθώσας, τίς δὲ ὁ τὴν κτίσιν σύνοπλον ἔχων ἐν τοῖς καθ' ὑμᾶς· τίς ὁ συνθραύσας ἐχθρῶν δυνάμεις, καὶ ταῖς κατὰ πάντων ὑμᾶς στεφανῶν εὐανδρείαις· ὑμεῖς ἐστε τῆς ἐμῆς ὑπεροχῆς οἱ μάρτυρες, εἴπερ ἔλοισθε φρονεῖν ὀρθῶς, καὶ οὐχ ἑτέρων δεηθήσεσθε παιδαγωγῶν. Πλεῖστοι μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις ἦσαν οἱ θεοὶ, καὶ μεστοὶ τῶν ἀγαλμάτων οἱ παρ' ἐκείνοις σηκοί. Πλεῖστοι δὲ ὁμοίως, οἱ παρά γε Ἀμορραίοις, Εὐαίοις B τε καὶ Φερεζαίοις, καὶ τοῖς ἑτέροις τῶν ἐθνῶν· ἀλλ' ἐκείνων οὐδεὶς ἀρκέσας εἰς σωτηρίαν τοῖς σφετέροις ὁρᾶται· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς προσκυνουμένους τοῖς προσκυνοῦσιν ὁμοῦ συνετρίψατε. Τεθέσπισται γὰρ διὰ Μωσέως ὅτι τοὺς βωμοὺς αὐτῶν καθελεῖτε, καὶ τὰς στήλας αὐτῶν συντρίψετε, καὶ τὰ γλυπτὰ τῶν θεῶν κατακαύσετε πυρί. Οὐκοῦν εἴπερ ἔλοισθε τἀληθὲς εἰπεῖν, ὑμεῖς ἐμοὶ μαρτυρήσατε, εἰ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ. Εἰ μὲν γὰρ ἀντεγήγερταί τις ταῖς ἐμαῖς δυνάμεσι, καὶ νενίκηκε, λογιζέσθω παρ' ὑμῖν θεός. Εἰ δὲ οὐδὲν ὄντες πεφώρανται, καὶ πυρὸς ἔργον γεγόνασι δι' ὑμῶν, διὰ πείρας αὐτῆς ἐγνώκατε, φησὶν, ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ τοῦ ὄντως Θεοῦ.

Vers. 9, 10. *Et non audierunt tunc, qui formarunt et sculpserunt, omnes vani sunt qui fingunt quæ ipsis allubescunt, quæ non proderunt eis: sed pudefient qui fingunt deum, et qui sculpunt inutilia, et omnes quotquot facti sunt, exaruerunt, et surdi ex hominibus.*

C *Καὶ οὐκ ἤκουσαν τότε οἱ πλάσαντές τε καὶ γλύφοντες, πάντες μάταιοι οἱ ποιοῦντες τὰ καταθύμια αὐτῶν, ἃ οὐκ ὀφελήσει αὐτούς· ἀλλ' αἰσχυνθήσονται οἱ πλάσσοντες θεὸν, καὶ γλύφοντες ἀνωφελῆ, καὶ πάντες ὅσοι ἐγένοντο ἐξηράνθησαν, καὶ κωφοὶ ἀπὸ ἀνθρώπων.*

Ostendit his verbis dira et gravissima defectorum flagitia, siquidem tanta fide præditi, non esse alium natura et vere Deum præter ipsum, et ex ipsis præclare factis persuasi, illum solum fuisse, eo prolapsi sunt stupiditatis, ut, etiam ipsa lege diserte illis proclamante, et dicente: « Dominum Deum tuum adorabis, et eum solum coles, et non facies tibi ipsi simulacrum, nec ullius similitudinem rei, quæcunque in cœlo supra, et quæcunque in terra deorsum, et quæcunque in aquis sub terra [91], » obedire tamen ei pro nihilo duxerunt, sed potius conversi sunt impie, ut fingerent et formarent deos ex lignis et lapidibus. Sed vani sunt ejusmodi, et sane merito, nulla enim necessaria causa ad hoc aggressi sunt, sed pro libidine potius sua fecerunt. Facti sunt enim amatores vanitatis. Quæ est enim ex ligno et lapide utilitas? Itaque consilii inconsiderati fructus, et manifestum argumentum frigidæ cogitationis est, idoli effictio. Verum non cessuram illis hanc rem impune, denuntiat, inquiens: Pudefient omnes fingentes deum, et sculpentes inutilia. Et omnes quotquot facti sunt, exaruerunt, et surdi ex hominibus. Si quidem de manu conditis sumantur hæc dicta. Exaruerunt,

Ἀποφαίνει διὰ τούτων δεινὰ, καὶ παγχάλεπα τὰ ἐγκλήματα τῶν ἀποστατῶν, εἰ τοσαύτην ἔχοντες πληροφορίαν, ὅτι μὴ ἕτερός ἐστι παρ' αὐτὸν, φύσει τε, καὶ ἀληθῶς Θεός· ἐξ αὐτῶν δὲ ὥσπερ ἀναπεπεισμένοι τῶν κατωρθωμένων, ὡς εἷς μόνος αὐτὸς, πρὸς τοῦτο κατώλισθον εὐηθείας, ὥστε καὶ αὐτοῦ τοῦ νόμου διαῤῥήδην αὐτοῖς ἐπιφωνοῦντος καὶ λέγοντος· « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, καὶ οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ D παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς. » Ἐποιήσασθε μὲν παρ' οὐδὲν τὸ ὑπακούειν αὐτῷ· ἐτράπεσθε δὲ μᾶλλον ἀφιλοθέως ἐπί γε τὸ δεῖν πλάττειν τε καὶ διαμορφοῦν τοὺς ἐκ ξύλων τε καὶ λίθων θεούς. Μάταιοι δὴ οὖν οἱ τοιοῦτοι, καὶ σφόδρα εἰκότως, ἐπ' οὐδενὶ μὲν τῶν ἀναγκαίων εἰς τοῦτο ἰόντες, ποιοῦντες καὶ μᾶλλον τὰ καταθύμια ἑαυτῶν, γεγόνασι γὰρ ματαιότητος ἐρασταί. Ποία γὰρ ὄνησις ἡ παρὰ λίθου τε καὶ ξύλου; Οὐκοῦν βουλῆς ἀσυνέτου καρποὶ καὶ ψυχρῶν ἐνθυμημάτων ἔργον ἂν νοοῖτο σαφὲς ἡ εἰδώλου ποίησις. Πλὴν ὅτι τὸ χρῆμά ἐστιν οὐκ ἀζήμιον, προαπεφαίνει λέγων· Αἰσχυνθήσονται πάντες οἱ πλάσσοντες θεὸν, καὶ γλύφοντες ἀνωφελῆ, καὶ πάντες ὅσοι ἐγένοντο ἐξηράνθησαν, καὶ κωφοὶ

[91] Deut. v, 8 seqq.

Digitized by Google

ἀπὸ ἀνθρώπων. Εἰ μὲν οὖν ἐπ' αὐτῶν ἐκληφθείη τῶν χειροτμήτων τὰ εἰρημένα, φαμὲν, ὅτι τὸ Ἐξηράνθησαν, ἀντὶ τοῦ, ἀπώλοντο, νοητέον. Εἰ δὲ ἐπ' αὐτῶν κέοιτο τῶν τὰ τοιάδε δρᾷν εἰωθότων, εὖ ἂν ἔχοι καὶ τῇδε νοεῖν· εἴρηται γὰρ ὡς ἐπὶ φυτῶν τῶν ἀκάρπειν εἰωθότων, εἰ ἀφαναίνοιντό πως καὶ ἐκκόπτοιντο λοιπὸν εἰς φλόγα καὶ καῦσιν. Τὸ δὲ, Κωφοὶ ἀπ' ἀνθρώπων, ἀντὶ τοῦ, Τελοῦντες μὲν ἐν ἀνθρώποις οὐκ ἔτι, κωφοὶ δὲ μᾶλλον καὶ ἀναίσθητοι παντελῶς, ὥστε κατ' οὐδένα τρόπον ἐπεοικέναι τοῖς παρ' αὐτοῖς γενομένοις. Ψάλλει γάρ που καί φησιν ὁ μακάριος Ψαλμῳδός· « Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. Στόμα ἔχουσι καὶ οὐ λαλήσουσιν· ὀφθαλμοὺς, καὶ οὐκ ὄψονται· ὦτα, καὶ οὐκ ἀκούουσιν. » Ἐπιφέρει δὲ τούτοις· « Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. » Καρποὶ γὰρ τῆς ἐσχάτης ἀναισθησίας νοηθεῖεν ἂν τὰ τοιάδε τῶν κακῶν. Καίτοι τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν διὰ πείρας αὐτῆς ἐγνωκότες, εἶτα λίθοις καὶ ξύλοις τὴν αὐτῷ καὶ μόνῳ πρεπωδεστάτην δόξαν ἀναπέμποντες, πῶς οὐκ ἂν νοηθεῖεν μωροὶ, καὶ ἀκάρδιοι, καὶ τῆς εἰς λῆξιν ἐμβροντησίας μεμεστωμένην ἔχοντες τὴν καρδίαν, καὶ μὴν ὁλίγα διενεγκεῖν διά γε σφῶν αὐτῶν τετεχνουργημένων·

A intelligendum esse dicimus pro, Perierunt. Si de ipsis hominibus qui talia factitarunt, accipiantur, recte quadrat si etiam sic intelliges. Nam velut de arboribus infructuosis quæ inaruerunt et exscindi possent ad flammam et combustionem, dictum est. Illud autem, Surdi ex hominibus, **587** pro, Nihil inter homines efficientes amplius, sed surdi et insensati prorsus, ut nihil ab his, quæ facta sunt ab ipsis, differant. Psallit enim etiam beatus David, ac inquit: « Idola gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. Os habent, et non loquentur; oculos habent, et non videbunt; aures habent, et non audient [92]. » Subditque istis: « Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in illis [93]. » Fructus enim extremæ stupiditatis, intelligi possunt B ejusmodi mala. Quamvis eum natura et vere Deum esse, ipsa experientia noverint, postea lapidibus et lignis gloriam ei et soli convenientissimam accommodaverint, quidni stulti et vecordes intelligantur esse cor deliriis plenum possidentes, nec multum his quæ fabricata sunt dissimiles?

Συναχθήτωσαν πάντες, καὶ στήτωσαν ἅμα, καὶ ἐντραπήτωσαν, καὶ αἰσχυνθήτωσαν ἅμα, ὅτι ὤξυνε τέκτων σίδηρον, σκεπάρῳ εἰργάσατο αὐτό, καὶ ἐν τερέτρῳ ἔτρησεν αὐτό. Εἰργάσατο αὐτὸ ἐν τῷ βραχίονι τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, καὶ πεινήσει, καὶ ἀσθενήσει, καὶ οὐ μὴ πίῃ ὕδωρ

VERS. 11, 12. *Congregentur omnes, et stent simul, et pudefiant, et erubescant simul; quia acuit faber ferrum, ascia operatus est illud, et terebro perforavit illud. Fabricavit illud brachio fortitudinis suæ, et esuriet, et infirmus erit, et non bibet aquam*

C

Οὐ καθ' ἕνα μᾶλλον, ἀλλ', εἴπερ ἔλοιντο, καὶ κατὰ πληθὺν συναγηγερμένους ἐντραπήσεσθαί φησι τοὺς τῶν εἰδώλων θεραπευτὰς ταῖς σφῶν αὐτῶν δυσβουλίαις, καὶ λῦσαι τὸ προτεινόμενον, καὶ ποῖον ἄρα τοῦτό ἐστιν, εὐθὺς ἐπιφέρει λέγων· Ὤξυνε, φησὶ, τέκτων σίδηρον. Διαμέμνηται δὲ καὶ τῶν ὀργάνων δι' ὧν ἡ ποίησις, ἵνα τὴν τοῦ λιθουργοῦ τέχνην προσκυνοῦντας αὐτοὺς ἀποφήνῃ, καὶ οὐκ αὐτὸ τὸ ξύλον. Εἰ γὰρ ἦν θεὸς, οὐκ ἂν ἐδέησε τέχνης αὐτῷ, καὶ τῆς τινὸς ἐπιστήμης· ἀλλ' ἦν ἂν καὶ οὕτω Θεός. Εἰ δὲ ξύλον μὲν οὐκ εἰργασμένον, οὔτε μὴν εἰδοποιηθὲν, εἰκαίαν ὕλην νομίζεις, τεκτονευθὲν δὲ προσκυνεῖς καὶ θεὸν εἶναι λέγεις, ἡ τέχνη σοὶ γέγονεν εἰς θεόν, καὶ τοῦτο ἀνδρὸς ἀσθενοῦς καὶ ὑποκειμένου τῷ φθείρεσθαι. Φθορᾶς γὰρ ἀπόδειξις τὸ δεῖσθαι τροφῆς καὶ ποτοῦ. Τὸ γάρ, Οὐ μὴ πίῃ ὕδωρ, D οὐκ ἀποφαντικῶς εἰρῆσθαί φαμεν. Ἀναγνωστέον δὲ μᾶλλον ὡς ἐν ἐρωτήσει καὶ ὑποστιγμῇ. Ἕψεται γὰρ ἡ σύνεσις, ὅτι καὶ πάντως που καὶ πίεται. Εἶτα πῶς ὁ φθαρτὸς θεῶν ἀφθάρτων ἔσται δημιουργὸς, ἢ πῶς ὁ θνητὸς ποιήσει τοὺς ἀθανάτους; Δεῖ γὰρ πάντως ἐνεῖναι τῷ γε ὄντι κατὰ ἀλήθειαν Θεῷ τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀνώλεθρον, μᾶλλον δὲ καὶ τὸ εἶναι ζῶν, καὶ ζωοποιεῖν δύνασθαι τὰ οἷσπερ ἂν ἐνιέναι βούλοιτο τὴν ζωήν. Σκεπάρνου δὴ οὖν καὶ τερέτρου, καὶ τεκτονικῆς ἰσχύος τε καὶ τέχνης ἐπίδειξις ἡ τῶν πλανωμένων λατρεία· εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς ἔφην, ὅτι

Non singulos idolorum cultores, sed, si velint, etiam universos congregatos, pudefaciendos ait, et quod ipsi prætexunt, sua ipsorum insipientia dissolvere. Quod quale sit, statim infert, dicens: Acuit faber ferrum. Commemorat etiam instrumenta quibus fit effictio, ut declaret illos, non ipsum lignum, sed latomi artem adorare. Si enim deus esset, non egeret arte ejus, aut alicujus scientia. At esset ita quoque Deus. Si autem lignum non fabrefactum, nec figuratum, vanam materiam putas, fabricatum autem adoras, et deum esse dicis: ars illa tibi est pro deo, idque hominis imbecilli et interitui subjecti. Corruptionis enim indicium est, cibo egere et potione. Illud enim: Non bibet aquam, non cum negatione enuntiatum dicimus, sed legendum potius est cum interrogatione et subdistinctione. Sequitur enim sensus: Certe omnino bibet. Deinde quomodo corruptibilis, deorum incorruptibilium erit opifex? aut quomodo mortalis, faciet immortales? Insit enim oportet vero Deo incorruptio et interitus vacuitas, imo et ut vivat, et ut vitam tribuere possit **588** his, quibus vitam velit inesse. Itaque cultus horum qui errant, manifesto in ascia et terebro, et fabrili robore et arte positus est: siquidem quod dixi verum sit, nolle eos lignum aut lapidem informem adorare: forma vero torno inducta, omnia quæ ab illis conspiciuntur, deos esse.

[92] Psal. CXIII. 12-14. [93] ibid. 16.

Digitized by Google

ξύλον μὲν ἢ λίθον ἀμόρφωτον οὐκ ἂν ἔλοιντο προσκυνεῖν· μορφῆς γε μὴν ἐντετοονευμένης, θεοὶ πάντα παρ' αὐτοῖς τὰ ὁρώμενα.

νὰς, ὅ τε μακάριος ἄγγελος, καὶ ὁ προφήτης; Οὐ μὲν οὖν. Ὁ μὲν γὰρ θεσπέσιος προφήτης πνεύματι λαλῶν μυστήρια, μεθ' ἡμῶν γεγονότα Θεὸν προκατεμήνυκεν, ἀπό τε τῆς φύσεως, καὶ τῆς οἰκονομίας τῆς μετὰ σαρκὸς· οὕτως ὀνομάσας αὐτόν. Ὁ δέ γε μακάριος ἄγγελος ἐκ τῆς ἐνεργείας αὐτῷ τοὔνομα θείς· σέσωκε γὰρ τὸν ἴδιον λαόν. Σωτὴρ οὖν ἄρα κέκληται διὰ τοῦτο. Καὶ γοῦν ὅτε τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν ὑπέμεινε δι' ἡμᾶς αἱ τῶν ἀγγέλων στρατιαὶ τοῖς ποιμέσι τὸν τόκον εὐηγγελίζοντο, λέγουσαι· « Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελιζόμεθα ὑμῖν σήμερον χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἐστὶ παντὶ τῷ λαῷ, ὅτι ἐτέχθη σήμερον Σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος, ἐν πόλει Δαβίδ. » Οὐκοῦν Ἐμμανουὴλ μὲν, ὅτι Θεὸς ὢν φύσει γέγονε μεθ' ἡμῶν, τοῦτ' ἔστιν, ἄνθρωπος. Ἰησοῦς γε μὴν, ὅτι σώζειν ἔδει τὴν ὑπ' οὐρανὸν, Θεὸν ὄντα αὐτὸν, καὶ γενόμενον ἄνθρωπον. Ὅτε τοίνυν προῆλθεν ἐκ κοιλίας τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς, γεγέννηται γὰρ ἐξ αὐτῆς τὸ κατὰ σάρκα, τότε καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἀνάρμοστον οὖν ἄρα τῷ Θεῷ Λόγῳ πρὸ τῆς γεννήσεως τῆς κατὰ σάρκα φημὶ τὸ Χριστοῦ ὄνομα. Κεχρισμένος γὰρ οὔπω, πῶς ἂν λέγοιτο Χριστός; Ὅτε γὰρ προῆλθεν ἐκ κοιλίας μητρὸς ἄνθρωπος, τότε σύνδρομον τῇ κατὰ σάρκα γεννήσει ἔσχεται τὴν κλῆσιν. Τεθῆναι δέ φησι τὸ στόμα αὐτοῦ ὡσεὶ μάχαιραν ὀξεῖαν. Ἀληθὲς καὶ τοῦτο. Γέγραπται γάρ που περὶ αὐτοῦ, μᾶλλον δέ φησιν αὐτὸς ὁ προφήτης Ἡσαΐας· « Καὶ ἔσται δικαιοσύνῃ ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν, καὶ ἀληθείᾳ εἰλημμένος τὰς πλευράς, καὶ ἐν πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖ ἀσεβῆ. » Τὸ γάρ τοι θεῖον καὶ οὐράνιον κήρυγμα, τοῦτ' ἔστι, τὸ εὐαγγελικὸν, τὸ διὰ στόματος λαληθὲν τοῦ Χριστοῦ, μάχαιρα γέγονεν ὀξεῖά τε καὶ τομωτάτη κατὰ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος, ἀναιροῦσα τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. Ἀπεσκέδασε γὰρ τὴν τῆς ἀπάτης ἀχλὺν, καὶ ταῖς ἁπάντων καρδίαις τὴν τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἐνῆκεν αὐγήν· μετεσκεύασε γὰρ τὴν ὑπ' οὐρανὸν εἰς εὐσεβῆ πολιτείαν, καὶ εὐαγῶν ἐπιτηδευμάτων πάντας ἀπέφηνεν ἐραστὰς, ἀπεθέρισε τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν, δικαιῶν τῇ πίστει τὸν ἀσεβῆ, καὶ Πνεύματος ἁγίου τοὺς προσιόντας ἀναπιμπλὰς, καὶ υἱοὺς αὐτοὺς ἀποφαίνων Θεοῦ, εὐσθενὲς αὐτοῖς, καὶ μαχιμώτατον ἐντιθεὶς τὸ φρόνημα, καὶ δοὺς αὐτοῖς τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, ἵνα τοῖς ποτε κεκρατηκόσιν ἀνανιστάμενοι πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τρέχωσι, παρεμποδίζοντος οὐδενός. Ὅτι δὲ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἀναιρετικὴ γέγονε τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ἡ διὰ Χριστοῦ παίδευσίς τε καὶ μυσταγωγία, σαφηνιεῖ λέγων ὁ προφήτης Ἡσαΐας· Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπάξει ὁ Θεὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἁγίαν τὴν μεγάλην ἐπὶ τὸν δράκοντα τὸν ὄφιν σκολιὸν, καὶ ἀνελεῖ τὸν δράκοντα. Προσεπάγει δὲ, ὅτι Καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἔκρυψέ με. Καί φησι μὲν ἀνθρωποπρεπῶς, πλὴν τοῖς ἀρτίφροσι χαλεπὸν οὐδὲν, καὶ διὰ τούτων ἰδεῖν ἀχώριστον ὄντα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸν Υἱὸν,

A pensatione quæ simul cum carne conjuncta est, sic illum denominans. Beatus vero angelus ex operatione et efficientia ei nomen imposuit; servavit enim populum suum : propterea vocatus est Servator. Siquidem quando hanc carnis generationem propter nos subiverat, angelorum copiæ pastoribus partum faustum et felicem annuntiarunt, dicentes : « Nolite timere : ecce enim evangelizo vobis hodie gaudium magnum, quod erit futurum omni populo, quia natus est hodie Servator, qui est Deus Dominus in civitate David [72]. » Itaque Emmanuel dictus est, quia Deus natura factus est nobiscum, id est, homo. Jesus autem quia servaturus erat orbem terrarum, Deus ipse et homo factus. Quando igitur prodiit e ventre suæ matris, ex ea enim natus est, B quod ad carnem attinet, tunc etiam vocatum est nomen ejus. Parum enim congruens nomen est Christus DeoVerbo, ante nativitatem, quæ est, inquam, secundum carnem. Nondum enim unctus, quomodo Christus dici potest? Quando enim prodiit e ventre matris homo, tunc appellationem accipit carnali nativitati consentientem. Positum etiam sibi os dicit, velut gladium acutum. Verum quoque hoc est. Scriptum est enim de eo, imo dicit ipse propheta Isaias : « Et erunt **657** lumbi ejus succincti justitia, et latera involuta veritate. Et in spiritu per labia auferet impium [72a]. » Divina enim et cœlestis prædicatio, id est, evangelica, ore Christi enuntiata, gladius erat acutus et penetrantissimus [73a], contra diaboli tyrannidem, tollens rectores tenebrarum harum, et spiri- C tualia nequitiæ [73]. Dissipavit enim erroris caliginem, et omnium cordibus veræ Dei cognitionis radium immisit, et orbem terrarum ad piam vitæ conversationem traduxit, omnesque sanctorum institutorum amatores reddidit, ac mundo peccatum quasi decussit atque demessuit, fide justificans impium, replens eos qui accedunt sancto Spiritu, eosque efficiens Dei filios, fortem et ad pugnam validissimum illis indens animum, dansque illis gladium Spiritus, id est, verbum Dei, ut, his qui quondam superiores erant resistentes, ad bravium supernæ vocationis currant, nullo obstante. Quod autem hæc disciplina et mystagogia per Christum diaboli tyrannidem in his qui in terra sunt everterit, declarabit propheta D Isaias, dicens : Illo die inducet Deus gladium sanctum, magnum, super draconem serpentem obliquum, et draconem interficiet. Addit : Et sub protectione manus suæ abscondit me. Humano more loquitur; verum prudentibus nihil difficile etiam ex his verbis videre Filium a Deo et Patre non esse dividuum, et fuisse hominem factum. Ait enim fuisse sub protectione dextræ ejus ut subindicet naturæ suæ vim, quæ capi et expugnari non potest, sibi reservari, etiam si nostram conditionem subiverit. Nemo enim omnipotentem dexteram vincet : at, ut dixi, ratione et mensura humanitatis Verbum separatum est. Est enim Verbum a Deo Patre for-

[72] Luc. II, 10, 11. [72a] Isa. XI, 5. [73a] Hebr. IV, 12. [73] Ephes. VI, 12.

Digitized by Google

tissimum, et ipse est Dominus exercituum. Quia vero factus est homo, non dedecorat Pater virtutem mysterii, sed dispensationem confirmat, et de eo inquit lyra Psallentis : « Non proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non perget malis afficere eum. Et concidam a conspectu ejus inimicos ejus, et qui oderunt eum in fugam vertam : et veritas mea, et misericordia mea cum eo [73a]. » Vide igitur, vide etiam illum humano more prophetica **658** voce loquentem, qui propter nos nostri similis fuit : Sub protectione manus suæ abscondit me. Posuit me, inquit, velut sagittam electam, et in pharetra sua contexit me. Complures enim fuerunt sagittæ Dei, suis temporibus, in sua præscientia, tanquam in pharetra absconditæ, suo quæque convenienti tempore productæ. Sed electa et supra omnes erat, Christus, abscondita, ut dixi, in præscientia Patris, velut in pharetra. Præscitus enim fuit ante constitutionem mundi, productus vero in medium, quando totam terram oportebat invisere, quæ in interitum et exitium ceciderat, eo quod creaturæ supra Creatorem serviret, et immundis subjaceret spiritibus, et peccati laqueis illigata fuerit. Hæc sagitta electa, uti dixi, ipsum Satanam interimet, et potestates malas quæ cum ipso sunt. Interimet similiter hostes veritatis, et qui sacrosanctis ejus prædicationibus impie restiterunt. Quin et aliter vulnerat, ad utilitatem et salutem. Sic enim in Cantico canticorum ait percussa sponsa : « Vulnerata ego sum amore [74]. » Dixitque mihi, inquit, scilicet Pater : Servus meus es tu, Israel, et in te glorificabor. O profunditatem divitiarum et sapientiæ et scientiæ Dei! quemadmodum scriptum est [74a]. Erat enim et est liber Filius, ut qui arcano modo ortus sit ex essentia quæ est tanquam regina omnium. Verum audivit Patrem dicentem : Servus meus es tu. Itaque Verbum natura liber, dispensatione carnali et secundum carnem intellecta, formatur servus : ut rursus cogites ejus de muliere secundum carnem nativitatem in tempore. Israelem fuisse dicit eum, quod fuerit natus ex sanguine Israel, quod ad carnem attinet; sed etiam, inquit, in te glorificabor. Glorificatus enim erat universorum Deus etiam per prophetas sanctos, sed non in illis. In Christo autem inconsueto et inusitato modo : ut qui in illo glorificatus fuerit. Et Christo glorificato, Pater in ipso glorificatur. Videmus in illo relucentem eum per divinam auctoritatem, ac potentiam, et energiam in omnibus, per sanctificationem, et justitiam, et omnimodam clementiam. Exprimitur enim sic intelligibiliter Divinitas. Siquidem Christus etiam dixit : « Qui vidit me, vidit Patrem meum [75]. » Dixitque sapientissimus Paulus, in persona Christi glorificari eum qui genuit. **659** Itaque inquit : In te glorificabor. Flectet enim se Filio etiam in carne nato, omne genu, cœlestium, terrestrium et subterraneorum, et omnis lingua confitebitur quia Dominus Jesus

A καὶ ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος. Ὑπὸ σκέπην γὰρ εἶναί φησι τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, ἵνα τὸ ἄληπτον, καὶ ἀκαταγώνιστον τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ὑπεμφαίνῃ σωζόμενον αὐτῷ, καὶ εἰ γέγονεν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς. Κατισχύσει γὰρ τῆς πανσθενοῦς δεξιᾶς οὐδείς, κεχώρισται δὲ, ὡς ἔφην, ὁ Λόγος τοῖς τῆς ἀνθρωποτητος μέτροις. Ἔτι μὲν γὰρ παναλκὴς ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος. Ἐπειδὴ γέγονεν ἄνθρωπος, οὐκ ἀτιμάζων ὁ Πατὴρ τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν, συγκαθίσταται τῇ οἰκονομίᾳ, καί φησι πρὸς αὐτοῦ διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος λύρας· « Οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτὸν, καὶ συγκόψω ἀπὸ προσώπου τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι. Καὶ ἡ ἀλήθειά μου καὶ τὸ ἔλεός
B μου μετ' αὐτοῦ. » Ἄθρει δὴ οὖν, ἄθρει, καὶ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς, ἀνθρωποπρεπῶς λέγοντα τὸν δι' ἡμᾶς, καθ' ἡμᾶς· Ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἐκρυψέ με. Ἔθηκέ με, φησὶν, ὡς βέλος ἐκλεκτὸν, καὶ ἐν τῇ φαρέτρᾳ αὐτοῦ ἐσκέπασέ με. Πλεῖστα μὲν γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ βέλη γεγόνασι, κατὰ καιροὺς καθάπερ ἐν φαρέτρᾳ κρυπτόμενα τῇ προγνώσει αὐτοῦ, προκομισθέντα δὲ κατὰ τὸν ἑκάστῳ πρέποντα καιρὸν, ἐκλεκτὸν δὲ βέλος· καὶ ὑπὲρ πάντα, Χριστὸν κρυπτόμενον μὲν, ὡς ἔφην, ὡς ἐν φαρέτρᾳ τῇ προγνώσει τοῦ Πατρός. Προεγνώσθη γὰρ πρὸ καταβολῆς κόσμου, παρενεχθὲν δὲ εἰς μέσον, ὅτε καὶ ἐχρῆν ὅλην ἐπισκέψασθαι τὴν γῆν, πεσοῦσαν εἰς ὄλεθρον, καὶ ἀπώλειαν διὰ τοῦ λατρεύειν τῇ κτίσει,
C παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις ὑποκεῖσθαι πνεύμασι, καὶ τοῖς τῆς ἁμαρτίας ἐνδεδέσθαι βρόχοις. Τοῦτο τὸ ἐκλεκτὸν βέλος, ἀναιρεῖ μὲν, ὡς ἔφην, τὸν Σατανᾶν αὐτὸν, καὶ τὰς σὺν αὐτῷ δυνάμεις πονηράς. Ἀναιρεῖ δὲ ὁμοίως τοὺς τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς, καὶ τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ κηρύγμασιν ἀνοσίως ἀνθεστηκότας. Τιτρώσκει δὲ καὶ ἑτέρως εἰς ὄνησίν τε καὶ σωτηρίαν. Οὕτω γάρ φησιν ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ἀσμάτων πλησθεῖσα νύμφη, ὅτι « Τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ εἰμι. » Εἶπε δέ μοι, φησὶν, ὁ Πατὴρ, δῆλον δὲ ὅτι Δοῦλός μου εἶ σὺ, Ἰσραὴλ, καὶ ἐν σοὶ δοξασθήσομαι. Ὦ βάθος πλούτου τε καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ! κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἦν μὲν γὰρ, καὶ ἔστιν ἐλεύθερος ὁ Υἱὸς, ὡς ἐκ τῆς βασιλευούσης πάντων οὐσίας ἀναφὺς ἀπορρήτως. Ἀλλ' ἤκουσε τοῦ Πατρὸς λέγοντος· Δοῦλός μου εἶ σύ. Οὐκοῦν ὁ ἐλεύ-
D θερος κατὰ φύσιν Λόγος πράττεται δοῦλος δι' οἰκονομίας σαρκικῆς, ἤγουν τῆς κατὰ σάρκα νοουμένης, ἵνα πάλιν ἐννοῇς τὴν ἐκ γυναικὸς ἐν χρόνῳ κατὰ σάρκα γέννησιν αὐτοῦ. Ἰσραὴλ δὲ αὐτὸν γενέσθαι ὀνομάζει, διά τοι τὸ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ γενέσθαι κατὰ σάρκα· ἀλλὰ Καὶ ἐν σοὶ, φησὶ, δοξασθήσομαι. Ἐδοξάσθη μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ διὰ προφητῶν ἁγίων, πλὴν οὐκ ἐν αὐτοῖς. Ἐν Χριστῷ δὲ ξένως, καὶ ἀσυνήθως. Ἐδοξάζετο γὰρ ἐν αὐτῷ. Δοξαζομένου δὲ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ ἐν αὐτῷ δοξάζεται. Ὁρῶμεν αὐτὸν ἐν αὐτῷ διαπρέποντα, διὰ τῶν θεοπρεπῶν ἀξιωμάτων καὶ τῆς κατὰ πᾶν ὁτιοῦν δυ-

[73a] Psal. LXXXVIII, 23-25. [74] Cant. IV, 9. [74a] Rom. XI, 33. [75] Joan. XIV, 9.

Digitized by Google

μεώς τε καὶ ἐνεργείας, ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης, καὶ ἡμερότητος τῆς εἰσάπαν. Εἰδοποιεῖται γὰρ νοητῶς τὸ Θεῖον οὕτως. Καὶ γοῦν ἔφη Χριστός· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα μου. » Ἔφη δὲ καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος ἐν προσώπῳ Χριστοῦ δοξάζεσθαι τὸν γεννήσαντα. Οὐκοῦν ἐν σοὶ, φησὶ, δοξασθήσομαι. Κάμψει γὰρ τῷ Υἱῷ, καὶ ἐν σαρκὶ πεφηνότι, πᾶν γόνυ, καθὰ γέγραπται, ἐπουρανίων τε καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός.

A Christus est in gloria Dei Patris, sicuti scriptum est [76].

Καὶ ἐγὼ εἶπα· Κενῶς ἐκοπίασα, καὶ εἰς μάτην, καὶ εἰς οὐδὲν ἔδωκα τὴν ἰσχύν μου. Διὰ τοῦτο ἡ κρίσις μου παρὰ Κυρίῳ, καὶ ὁ πόνος μου ἐναντίον τοῦ Θεοῦ μου.

VERS. 4. *Et ego dixi : Frustra laboravi et in vanum, in nihilum dedi fortitudinem meam. Propterea judicium meum apud Dominum, et labor meus coram Deo meo.*

Ἐπέφανεν ὁ τῶν ὅλων μὲν Σωτὴρ, ἵνα πᾶσαν ἀπαλλάξῃ τὴν ὑπ' οὐρανὸν, τῆς τοῦ διαβόλου σκαιότητος, καὶ θανάτου, καὶ ἁμαρτίας, καὶ χαρίσμασιν ἱεροῖς λελαμπρυσμένους τοὺς προσιόντας αὐτῷ διὰ B τῆς πίστεως. Κέκληνται δὲ πρὸς τοῦτο καὶ πρό γε τῶν ἄλλων οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· προτετίμηντο δὲ οὕτως τῶν ἐθνῶν ὥστε φάναι τὸν Ἰησοῦν· « Οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. » Οἱ δὲ τὴν οὕτως εὐκλεᾶ καὶ ἐξαίρετον λαχόντες τιμὴν, ἄπιστοι γεγόνασι, καὶ ἀποστάται θρασεῖς, καὶ ἀτιμαγέλαι δεινοὶ καὶ ἀγέρωχοι. Καί τοι δέον ἀσμενέστατα προσελθεῖν τῇ χάριτι, καὶ κατακερδάναι τὴν πίστιν, καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς ἀγαθὰ, τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων, πόθεν; ἀντανίσταντο δὲ, καλοῦντι πρὸς σωτηρίαν δυσφημοῦντες ἀφυλάκτως, ἀκαθέκτως λοιδοροῦντες· καὶ τί γὰρ οὐ τῶν δεινῶν ἀποφθεγγόμενοι ἀνέδην, καὶ τελευταῖον ἐσταύρωσαν. Οὐκοῦν τό γε ἧκον εἰς τὸ τῶν ἀπειθούντων ἀπηνὲς, C καὶ τὴν ἐκτόπως αὐτοῖς μελετηθεῖσαν ἀντιλογίαν, κενῶς κεκοπίακεν ὁ Σωτὴρ, καὶ εἰς μάταιον, καὶ εἰς οὐδὲν ἔδωκε τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ἠνέσχετο, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, τῶν ἱερῶν αὐτοῦ κηρυγμάτων ὁ ἀπόπληκτος Ἰσραήλ· οὐ τετίμηκεν αὐτοῦ τὸν κόπον. Κόπος γὰρ ἦν τῷ Λόγῳ τὸ γενέσθαι καθ' ἡμᾶς, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης ἀνασχέσθαι μικροπρεπείας. Ἀλλ' ἡ κρίσις μου, φησὶν, ὁ Πατὴρ, οὓς δεδαπάνηκα πόνους ὑπέρ γε τῆς αὐτῶν σωτηρίας. Διὰ τοῦτο, καὶ ἡ κρίσις ἐξενήνεκται παρ' αὐτοῦ. Ποία δὲ ἡ κρίσις ἦν; Ἐκβέβληνται τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος, ἐξώσθησαν τοῦ εἶναι λαὸς Θεοῦ, ἀμέτοχοι γεγόνασι τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας, ἄγευστοι μεμενήκασι τῆς τῶν ἁγίων ἐλπίδος, εἰσκέκληνται δὲ ἀντ' ἐκείνων τῶν ἐθνῶν ἡ πληθύς. Καὶ ἀντὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ποιμένων, D ἕτεροι κεχειροτόνηνται δίκαιοι, καὶ θεοφιλεῖς, καὶ σπουδασμάτων εὐαγῶν ἐπιμεληταὶ, καὶ λαῶν ἡγεῖσθαι δυνάμενοι φωστῆρες ἐν κόσμῳ λόγον ἐπέχοντες ζωῆς, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος. Βούλει τὴν κρίσιν ἰδεῖν τοῦ Πατρὸς, ἤτοι τὴν ἐπ' ἐκείνοις ψῆφον, ἄκουε τοῦ Σωτῆρος λέγοντος τοῖς τῶν Ἰουδαίων καθηγηταῖς· « Ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης, ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκε, καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησεν. » Εἶτά φησιν· « Πέπομφε δούλους ἀπολήψομένους τοὺς καρποὺς, καὶ πάντες κεκινδυνεύκασιν. Ἐπειδὴ δὲ ὕστε-

Apparuit universorum Servator, ut totum orbem terrarum a diaboli malitia, a morte et a peccato liberaret, et sanctis charismatis illustraret eos qui per fidem ad ipsum accedunt. Vocati sunt autem ad hoc ante alios orti ex sanguine Israelis, et sic honore præpositi gentibus, ut dicat Jesus : « Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel [76a] ; » præcipiatque sanctis apostolis, in viam gentium ne abeant, et in civitatem Samaritanorum ne ingrediantur, sed proficiscantur ad oves perditas domus Israel [77]. Sed hi adeo inclytum et eximium honorem sortiti, infideles facti sunt, et apostatæ audaces, et gregis contemptores, diri et superbi. Cumque oportuisset libentissime ad gratiam hanc accedere, et fidem ejusque bona lucrifacere, hoc neutiquam fecerunt, sed vocanti ad salutem restiterunt, temere insectantes, et intemperanter subsannantes. Quid enim grave non obloquebantur impudenter? et ad extremum crucifixerunt. Itaque quod ad infidelium sævitiam, et ad contradictionem quam illi turpiter meditati sunt, attinet, frustra laboravit Servator, et in vanum et in nihilum dedit fortitudinem suam. Non enim pati potuit, ut jam dixi, sacram ejus prædicationem stupidus Israel, nec laborem ejus honori habuit. Labor enim erat Verbo, ut nostram conditionem susciperet et ad humanam parvitatem se demitteret. Sed, inquit, judicium meum apud Dominum, et labor meus coram Deo meo. Novit, inquit, Pater quos labores consumpsi pro salute eorum. Propterea etiam judicium ab illo prolatum est. Quale erat judicium? Ejecti sunt a conjunctione quæ cum illo est, depulsi sunt, ne fiant populus Dei, expertes facti sunt salutis ejus, nec sanctorum spem gustarunt, ac loco eorum vocata est gentium multitudo. Et pro illorum pastoribus creati sunt alii justi, et Deo grati, et sanctorum studiorum candidati, et qui populis præesse norunt, lumina in mundo, sermonem habentes vitæ, quemadmodum 660 sapientissimus Paulus inquit [77a]. Vis judicium videre Patris, et sententiam in illos latam, audi Servatorem dicentem præfectis Judæorum : « Homo quidam erat paterfamilias, qui plantavit vineam, et sepem ei circumdedit, ac fodit in ea torcular, et ædificavit turrim, locavitque eam agricolis, et peregre profectus est [78]. » Ait deinde :

[76] Philipp. II, 10, 11. [76a] Matth. XV, 24. [77] Matth. X, 5, 6. [77a] Philipp. II, 15, 16. [78] Matth. XXI, 33.

Digitized by Google

« Emisit servos ut caperent fructus ; et omnes in pericula adducti sunt. Postquam etiam deinceps misisset filium, etiam illum conspicati quisque inter se dixerunt : Hic est hæres : venite, occidamus illum, et occupemus nobis ipsis hæreditatem ejus. Et quidem occiderunt. » Hanc parabolam cum illis dixisset, rursus introducitur Dominus dicens : « Quando igitur venerit dominus vineæ, quid faciet illis agricolis? Cui illi : Malos male perdet, et vineam locabit aliis, qui reddant ei fructus tempore suo. Ad hæc dicit Christus : Propterea dico vobis : Tolletur a vobis regnum cœlorum, et dabitur genti alteri, fructus ejus edituræ [79]. » Quod tandem accidit. Constituti enim sunt alii vinearum curatores, et sapientes agricolæ, id est, divini discipuli. Sub his pluviam nubes demiserunt, etiamsi jussæ fuerint ne amplius Judaicam vineam irrigarent. Sub his non spinas, sed uvam vindemiavit Christus. Docemur enim dicere : « Dominus dabit bonitatem, et terra nostra dabit fructum suum [80]. » Posset quis aliter etiam dicere, fuisse præ oculis Patris laborem Filii, et rectum exivisse judicium. Observa mihi iterum vim sermonis, ac considera dispensationem quam nobis quoque sapientissimus Paulus explicat, dicens : « Cum esset in forma et æqualitate Patris Filius, non rapinam arbitratum esse æqualem Deo, sed exinanivisse seipsum, et obedientem fuisse Patri, usque ad mortem, et quidem mortem crucis : hac de causa superexaltatum esse, nomenque ei donatum, super omne nomen, ut in nomine ejus omne genu se flecteret [81]. » Erat enim et est Deus Verbum ; sed postquam nuncupatus est homo, et hoc vere factus esset, in gloriam suam cum carne ascendit. Pro Deo enim agnitus est, nec incassum laboravit. Nam hoc dispensationis genus ei cessit in gloriam : non **661** ut insolens quiddam et peregrinum se redderet, sed ut orbis terrarum Servatorem et redemptorem se declararet. Quo etiam cognito, effectum est ut cœli, et terra, et etiam inferiora ei procumberent.

VERS. 5, 6. *Et nunc sic dicit Dominus qui formavit me ab utero servum sibi, ut congregarem Jacob et Israel. Ad eum congregabor, et glorificabor coram Domino : et Deus meus erit mihi fortitudo. Et dixit mihi : Magnum tibi est, ut voceris puer meus, ut suscites tribus Jacob, et dispersionem Israel convertas.*

Dicimus etiam hic Dominum Jesum Christum nihilominus humanis verbis usum esse, etiamsi maximum pietatis mysterium exponat, et modum exinanitionis aperiat. Observa enim quo pacto, cum natura et vere sui juris sit, formasse dicat eum servum sibi, verumtamen ab utero. Non enim cum nudum esset, et carnem non haberet Verbum, in ser-

ρον ἀπέστειλε τὸν υἱὸν, καὶ αὐτὸν ἑωρακότες, φησὶν, εἶπον· Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος ἐν ἑαυτοῖς, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ σχῶμεν ἑαυτοῖς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Καὶ δὴ καὶ ἀπεκτόνασι. » Ταύτης ῥηθείσης αὐτοῖς τῆς παραβολῆς, εἴρηται πάλιν ὁ Κύριος λέγων· « Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις; Οἱ δὲ πρὸς αὐτόν· Κακῶς κακοὺς ἀπολέσει αὐτοὺς, καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσει ἑτέροις, οἵτινες ἀποδώσουσιν αὐτῷ τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν. Καὶ πρός γε ταῦτά φησιν ὁ Χριστός· Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ δοθήσεται ἔθνει ἑτέρῳ ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. » Ὃ δὴ καὶ εἰς πέρας ἐνήνεκται. Τέθεινται γὰρ ἕτεροι τῶν ἀμπελώνων μελεδωνοὶ, καὶ σοφοὶ γηπόνοι, τοῦτ' ἔστιν, οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. Ἐπὶ τούτων ὑετοὺς ἡμῖν αἱ νεφέλαι καθῆκαν, καίτοι τὸν Ἰουδαϊκὸν ἀμπελῶνα μηκέτι κατάρδειν κεκελευσμέναι. Ἐπὶ τούτων οὐκ ἀκάνθας μᾶλλον, ἀλλὰ σταφυλὴν τετρύγηκεν ὁ Χριστός. Δεδιδάγμεθα γὰρ λέγειν, ὅτι « Ὁ Κύριος δώσει χρηστότητα, καὶ ἡ γῆ ἡμῶν δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς. » Φαίη δ' ἂν τις, καὶ ἕτερος, ὅτι γέγονεν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ Πατρὸς ὁ πόνος τοῦ Υἱοῦ, καὶ κρίσις ἐκβέβηκεν ὀρθή. Καί μοι πάλιν ἄθρει τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, ἐννοήσας τὴν οἰκονομίαν, ἣν καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ πάνσοφος Παῦλος διατρανοῖ λέγων· « Ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Πατρὸς ὄντα τὸν Υἱὸν, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσασθαι τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἑαυτὸν δὲ κενῶσαι, καὶ ὑπήκοον γενέσθαι τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας ὑπερυψοῦσθαί τε καὶ τὸ ὄνομα αὐτῷ χαρισθῆναι τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ. » Ἦν μὲν γὰρ, καὶ ἔστι Θεὸς Λόγος. Ἐπειδὴ δὲ κεχρημάτικεν ἄνθρωπος, καὶ γέγονε τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἀναβέβηκε μετὰ σαρκός. Ἐγνώσθη γὰρ ὅτι Θεός ἐστι, καὶ πεπόνηκεν οὐκ εἰκῇ. Γέγονε γὰρ εἰς δόξαν αὐτῷ τῆς οἰκονομίας ὁ τρόπος, οὐκ εἰς εὐηθές τι, καὶ ξένον ἀνατιθεὶς αὐτὸν, ἀλλὰ Σωτῆρα, καὶ Λυτρωτὴν ἀποφήνας τῆς ὑπ' οὐρανὸν, ὃ δὴ καὶ γνωσθὲν προσπεσεῖν αὐτῷ παρεσκεύασεν οὐρανόν τε καὶ γῆν, καὶ τὰ ἔτι κατώτερα.

Καὶ νῦν οὕτω λέγει Κύριος, ὁ πλάσας με ἐκ κοιλίας δοῦλον ἑαυτῷ, τοῦ συναγαγεῖν τὸν Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἰσραήλ· Πρὸς αὐτὸν συναχθήσομαι, καὶ δοξασθήσομαι ἐναντίον Κυρίου, καὶ ὁ Θεός μου ἔσται μοι ἰσχύς. Καὶ εἶπέ μοι, Μέγα σοί ἐστι τὸ κληθῆναί σε παῖδά μου, τοῦ στῆσαι τὰς φυλὰς Ἰακὼβ, καὶ τὴν διασποράν τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιστρέψαι.

Οὐδὲν ἧττον ἐν τούτοις εἶναί φαμεν αὐτὸν τὸν Κύριον Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τὸν οὕτως ἀνθρωποπρεπέσι κεχρημένον φωναῖς, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας διατρανοῖ μυστήριον, καὶ τὸν τῆς κενώσεως τρόπον καθίστησιν ἐναργῆ. Ἄθρει γὰρ ὅπως τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ἑαυτοῦ πλάσαι φησὶν αὐτὸν εἰς δοῦλον ἑαυτῷ, πλὴν ἐκ κοιλίας. Οὐ γάρ

[79] Matth. xxi, 34-43. [80] Psal. lxvi, 6. [81] Philipp. ii, 6-8.

Digitized by Google

τοι γυμνὸν ὄντα, καὶ ἄσαρκον ἔτι Λόγον, εἰς τὴν τῆς δουλείας διάπλασιν ἐνεχθῆναί φησιν ἑαυτὸν, εὐδοκήσαντος τοῦτο τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρός· ἐκ κοιλίας δὲ μᾶλλον, τοῦτ' ἔστιν, ὅτε κατὰ σάρκα ἐγεννήθη ἐκ γυναικός. Τότε γὰρ Θεὸς φύσει, καὶ ἐλεύθερος, ὡς ἐκ Θεοῦ τε καὶ ἐλευθέρου Πατρὸς, τὴν τοῦ δούλου δέχεται μορφὴν, ἤτοι πλάσιν. Οὐ γάρ τοι φαίη τις ἄν, εἴ γε νοῦν ἔχοι, ὡς τὸ δοῦλον φύσει εἰς δουλείαν πλάττεται μᾶλλον, ἀλλ' ὁ δουλείας ἐπέκεινα, καὶ ζυγοῦ, καὶ τοῖς τῆς φυσικῆς ἐλευθερίας ἐμπρέπων αὐχήμασι δέχοιτο ἂν εἰκότως τὴν τοῦ δούλου πλάσιν, ἤτοι μορφήν. Ὅτι γὰρ ἐλεύθερος ὢν ὁ υἱὸς καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς τοῦτο ἐκὼν, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις Παύλου λέγοντος, ἐν μορφῇ μὲν εἶναι αὐτὸν τοῦ Θεοῦ, ἡγεῖσθαι δὲ οὐχ ἁρπαγμὸν τὸ ἴσα εἶναι Θεῷ, ἀλλ' ἐκ τῆς κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ἰσότητός τε καὶ ὁμοιότητος, καθικέσθαι μὲν οὐκ ἀδουλήτως εἰς δούλου μορφὴν, ἐν ὁμοιώματι δὲ ἀνθρώπων γενέσθαι. Θεὸς γὰρ ἦν μετὰ τούτου, δι᾽ἔδειξε δὲ οὐδὲν ἧττον ἡμῖν τὸ φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἐλεύθερον, καὶ οὐκ ἀνεθελήτως τὸ δοῦλον, ἐν τῇ τῶν διδράχμων συνεισφορᾷ. Ἤροντο μὲν γὰρ τὸν θεσπέσιον Πέτρον οἱ δασμολόγοι, πότερόν ποτε συνεισκομίζει τοῖς ἄλλοις Χριστὸς τὸ δίδραχμον, ἤγουν ἀπόβλητον ποιεῖται τὴν κατάθεσιν. Εἶτα πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος· « Οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνος λαμβάνουσι τέλη, ἢ κῆνσον; ἀπὸ τῶν υἱῶν ἑαυτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; » Διέποντος δὲ τοῦ μαθητοῦ τάληθὲς, ἀπὸ γάρ τοι τῶν ἀλλοτρίων κομίζονται οἱ βασιλεῖς τὸ ταχθέν· « Ἄρα γε, φησὶν, ἐλεύθεροι οἱ υἱοί εἰσιν. Ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτοὺς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν, βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. » Πλάττεται τοίνυν ὁ ἐλεύθερος κατὰ φύσιν εἰς δοῦλον οἰκονομικῶς, ὅτε καὶ ἐκ κοιλίας ἐγεννήθη τῆς κατὰ σάρκα μητρός. Καιρὸς γὰρ οὗτος ὁ πρέπων τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις. Ὅτι δὲ διακονικῶς ἐπλάττετο, πεπληροφόρηκεν εἰπὼν, τοῦ συναγαγεῖν τὸν Ἰακὼβ, καὶ τὸν Ἰσραὴλ. Καθίκετο γὰρ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, οὐχ ἑτέρου του χάριν, πλὴν ὅτι τοῦ διασῶσαι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ συναγαγεῖν τὸν Ἰακώβ. Κατεσκέδασε μὲν γὰρ ἅπαντας τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς ὁ φαυλότητος ἁπάσης εὑρετὴς εἰς πολυειδῆ, καὶ πολύμορφον ἁμαρτίαν. Τοὺς μὲν γὰρ ἀπέστησεν ὁλοτρόπως τοῦ κτίσαντος, ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν ὑποκεῖσθαι παρασκευάσας, καὶ δυσδιάφυκτον αὐτοῖς τὸν τῆς ἁμαρτίας ἐπιῤῥίψας ζυγὸν, καὶ ἀποστήσας εἰς ἅπαν τοῦ, καὶ εἰδέναι τίς ὁ φύσει τῶν ὅλων ἐστὶ Θεὸς Κύριος. Τοὺς δὲ τὸν Μωσέως νόμον ἔχοντας βραβευτὴν τῶν πρακτέων, ῥαθύμους, καὶ ἀναπεπτωκότας ἀπέφηνε, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων ἀπενεγκὼν, ὡς ὀλίγον μὲν τοῦ νόμου ποιεῖσθαι λόγον κομιδῆ, πράττεσθαι δὲ μᾶλλον εἴς γε τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν, καὶ διδάσκει διδασκαλίας ἐντάλματα ἀνθρώπων. Ἐπειδὴ δὲ ἐπέφανε τῷ κόσμῳ Χριστὸς συνήχθη διὰ πίστεως εἰς μίαν καὶ ὀρθὴν, καὶ ἀνεπί-

vitutem se formatum et redactum ait, postquam hoc Deo et Patri collibuisset, sed ab utero potius, id est, quando secundum carnem natus esset de muliere. Tum enim Deus natura et liber, utpote ex Deo et libero Patre, servi speciem seu formam accipit. Nemo enim mentis compos dixerit servum natura in servitutem formari; sed qui extra servitutem erat et jugum, ac naturalis libertatis insignibus illustris, merito potest servi formationem sive figuram capere. Nam quod liber et filius se hunc volens submittit, quis dubitaverit, cum dicat Paulus, in forma Dei fuisse, nec rapinam duxisse æqualem se esse Deo, sed ab hac in omnibus rebus æqualitate et similitudine, non libenter ad hanc servi formam devenisse, et ad hominum factum esse similitudinem [80]. Deus enim erat cum illo, nihilominus tamen nobis ostendit in collatione didrachmorum, se natura et vere liberum, voluntate autem servum. Interrogabant enim divinum Petrum exactores, utrum cum aliis Christus didrachma conferret, an recusaret contribuere. Tum ei ait Dominus: « Reges terræ a quo tributa exigunt, vel censum? a filiis suis, an ab alienis [81]? » Discipulo autem quod verum erat dicente, ab alienis **662** exigunt reges tributum: « Ergo, » inquit, « liberi sunt filii. Sed ne eos offendamus, abi ad mare, et hamum jacito, et qui primus ascenderit piscis, eum tollito, et aperto ejus ore, staterem invenies: eum capito, et illis pro me ac te dato. » Formatur itaque natura liber, in servum dispensatione, quando natus erat ab utero matris secundum carnem. Tempus enim illud erat mensuræ exinanitionis congruens. Quod autem in ministri modum formatus sit, fidem facit, cum ait: Ut congregarem Jacob et Israel. Nostram enim induit naturam Deus Verbum, non ob aliud nisi ut servaret Israelem et congregaret Jacob. Dissipavit enim omnes qui sunt in terra, omnis vitiositatis inventor, in multiplex et multiforme peccatum. Alios enim in totum deficere fecit a Creatore, et sibi et impuris dæmonibus subjecit, et inevitabile jugum peccati illis injecit, omninoque abduxit, ut quis esset natura universorum Deus ac Dominus ignorarent. Alios autem, qui legem Mosaicam haberent, rerum agendarum arbitram, pigros et resides effecit, et ad omnem pertraxit turpitudinem, ut exiguam admodum rationem legis habuerint, sed quod cuique visum erat, fecerint, ac doctrinas mandata hominum docuerint. Sed ubi Christus apparuit mundo, congregata sunt per fidem in unam et rectam et inculpatam sententiam quæ Satanas dissipaverat, et qui olim a dilectione Dei recesserant ad illum accurrerunt, et peccato inimicitiæ causa, præstudio rerum bonarum, a tergo rejecto, apud Christum pacem habent. Exhortati sunt enim eos etiam divini prophetæ, ut huc mature tenderent. Nimirum Isaias: Ineamus, inquit, pacem, cum illo, ineamus pacem venientes. Clamarunt etiam divini discipuli

[80] Philipp. II, 6 seqq. [81] Matth. XVII, 24 seqq.

Digitized by Google

« Pro Christo igitur legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos : per Christum rogamus, reconciliamini Deo [82]. » Cum Deo autem reconciliamur, quando ad Christum per fidem accedimus, quemadmodum iterum sanctissimus Paulus inquit : « Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi ipsi [82a]. » In Christo namque mundus Deo reconciliatur. Itaque ministerium humanitatis declarat, **663** cum ait, in servum formatum esse se a Patre, ab utero, ut congreget Israelem et Jacob. Quod si quis dicat gentem Judaicam his verbis denotari, a scopo ille quidem non aberraverit. Dixit enim alicubi Christus : « Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel [82b]. » Sin quis voluerit omnes per fidem servatos, Israelem et Jacobum nominare, sic etiam recte habet. Siquidem verum est, non solum esse Judæum qui in manifesto est : nec eam circumcisionem quæ in carne est, dici posse vere circumcisionem : sed Judæum esse qui in occulto est, et qui circumcisionem habet cordis, in spiritu, non littera, cujus laus non ab hominibus est, sed a Deo. Quod si igitur Judæus sit, qui spiritu habet circumcisionem, non competit in quemquam istorum, ut Israel vel Jacob nominetur [83]. Ad hunc sermonem adjecta est vox eorum qui per fidem vocati sunt, fidem suam interponentium ac pollicitantium. Ad ipsum congregabor, et glorificabor coram Domino. Et Deus meus erit mihi fortitudo. Nam hoc fieri jubet Deus, et simul propemodum jussorum hoc in loco commemoratorum finis venit. Servatus est enim non totus Israel, sed quidam non crediderunt, et propter suam nequitiam evangelicæ doctrinæ gratiam non admiserunt. Vocata est autem simul cum reliquis multitudo gentium ; hi etiam in filiis Abrahæ numerantur, ita ut, quantum ad dispensationem, scopus illius adventus nunquam frustretur. Congregatus est enim omnis, si quis est Israel, et etiam Jacob sicuti jam illa verba sunt ante nobis exposita. Promittit itaque in Christo vocatus populus, quod ad Deum congregabitur, videlicet per fidem, et quod coram Deo glorificabitur, illustrem adoptionis gloriam lucratus, et divinæ naturæ particeps, et sancto Spiritu ornatus, et factus optimorum institutorum sectator, et etiam quod Deum credet suam esse fortitudinem. Sic enim afficiendos par est qui salutem ab eo expetunt. Adjungit porro his : Et dixit mihi : Magnum tibi est, ut voceris puer meus, suscites tribus Jacob et dispersionem Israelis convertas. Si fas sit loqui humano more, non sinit Filium Pater remisse et cunctanter obire dispensationem, nec servilis **664** formæ humilitatem carere patitur suo præmio, sed fructuosum hoc munus reddit, et hanc abjectionem non irremuneratam relinquit, et dispensationis onus non erit absque admiratione, quin et gloriosum fiet, etiamsi inglorium videatur. Erat enim humile plane Verbo ex Deo nato ut vocaretur puer, id est, famu-

πλῆκτον γνώμην, ἃ κατεσκέδασεν ὁ Σατανᾶς, καὶ οἱ πάλαι τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης ἀποφοιτήσαντες προσδεδραμήκασιν αὐτῷ, καὶ τὴν ἐχθροποιὸν ἁμαρτίαν σπούδασμα τῶν ἀγαθῶν ῥιπτοῦντες κατόπιν, εἰρηνεύουσι πρὸς Χριστόν. Προὔτρεπον μὲν γὰρ αὐτοὺς, καὶ οἱ θεσπέσιοι προφῆται γοργῶς ἰέναι πρὸς τοῦτο. Ἡσαΐας γοῦν, Ποιήσωμεν εἰρήνην αὐτῷ, φησὶ, ποιήσωμεν εἰρήνην οἱ ἐρχόμενοι. Ἐκέκραγον δὲ καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταί· « Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. » Πρὸς Θεὸν δὲ ποιούμεθα τὰς καταλλαγὰς, ὅτε προσίεμεν τῷ Χριστῷ διὰ πίστεως. Ὡς γὰρ αὐτός που πάλιν φησὶν ὁ ἱερώτατος Παῦλος· « Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. » Ἐν γὰρ Χριστῷ κόσμος τῷ Θεῷ καταλλάττεται. Οὐκοῦν ἐναργῆ τῆς ἐνανθρωπήσεως τὴν διακονίαν καθίστησι λέγων, εἰς δοῦλον πεπλάσθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκ κοιλίας, ἵνα συναγάγῃ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τὸν Ἰακώβ. Κἂν εἰ μέν τις λέγοι τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος διὰ τούτων σημαίνεσθαι, οὐκ ἂν ἔξω διάττοι σκοποῦ. Ἔφη γάρ που Χριστός· « Οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. » Εἰ δὲ δὴ βούλοιτο τοὺς διὰ πίστεως σεσωσμένους ἅπαντας, Ἰσραήλ τε καὶ Ἰακὼβ ὀνομάζειν, εὖ ἂν ἔχοι, καὶ οὕτως. Εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὡς οὐ μόνον ἐστὶν ὁ Ἰουδαῖος ὁ ἐν τῷ φανερῷ, οὔτε μὴν ἐν σαρκὶ περιτομὴ, λέγοιτ' ἂν οὕτως περιτομή· Ἰουδαῖος δὲ μᾶλλον ὁ ἐν κρυπτῷ, καὶ περιτομὴν ἔχων καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ. Εἶγε τοίνυν Ἰουδαῖός ἐστιν ὁ πνεύματι περιτομὴν ἔχων, ἁρπὶξ εἶεν ἂν οὐδενὶ τῶν γε τοιούτων Ἰσραὴλ τε καὶ Ἰακὼβ ὀνομάζεσθαι. Παρεμβέβληται δὲ μεταξὺ τοῦ λόγου ὑπὸ τῶν διὰ πίστεως κεκλημένων, φωνῇ καταθεμένων, ὅτι καὶ πρὸς αὐτὸν συναχθήσομαι, καὶ δοξασθήσομαι ἐναντίον Κυρίου, καὶ ὁ Θεός μου ἔσται μοι ἰσχύς. Ἅμα γάρ τοι προστάττει γενέσθαι Θεὸς, καὶ μονονουχὶ τῶν κατὰ πόδας εἰρημένων τόπων προσταχθέντων ἔρχεται πέρας. Σέσωσται μὲν γὰρ οὐχ ἅπας ὁ Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἠπίστησάν τινες διά γε τὴν σφῶν αὐτῶν μοχθηρίαν, τὴν τῶν εὐαγγελικῶν παιδευμάτων οὐ προσηκάμενοι χάριν. Συνεισκέκληται δὲ τῷ καταλείμματι τῶν ἐθνῶν ἡ πληθύς· οἳ καὶ εἰς τέκνα τέθεινται τοῦ Ἀβραάμ, ὥστε πανταχόθεν τό γε ἧκον εἰς οἰκονομίαν, μὴ ἁφαμαρτάνειν τῆς ἐπιδημίας τὸν σκοπόν· συνήχθη γὰρ ἅπας εἴ τίς ἐστιν Ἰσραὴλ, καὶ μέν τοί γε, καὶ Ἰακὼβ, κατὰ τοὺς ἀρτίως ἡμῖν προαποδοθέντας λόγους. Ὑπισχνεῖται τοίνυν ὁ ἐν Χριστῷ κεκλημένος λαὸς, ὅτι καὶ συναχθήσεται πρὸς Θεὸν δηλονότι διὰ τῆς πίστεως, καὶ ὅτι δοξασθήσεται ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, τὸ λαμπρὸν τῆς υἱοθεσίας ἀποκερδαίνων καύχημα, καὶ θείας φύσεως μέτοχος γεγονὼς, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι κατηγλαϊσμένος, καὶ ἁρίστων ἐπιτηδευμάτων ἐπιμελητὴς ἀναδεδειγμένος, καὶ ὅτι Θεὸν ἡγήσεται τὴν ἑαυτοῦ ἰσχύν. Οὕτω γὰρ διακεῖσθαι πρέπει, τοὺς τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας, καὶ δόξης ἐφιεμένους. Προσεπάγει τούτοις·

[82] II Cor. 5, 20. [82a] Ibid., 19. [82b] Matth. xv, 24. [83] Rom. II, passim.

Digitized by Google

Καὶ εἶπέ μοι· Μέγα σοί ἐστι τὸ κληθῆναί σε παῖδά μου, τοῦ στῆσαι τὰς φυλὰς Ἰακώβ, καὶ τὴν διασποράν τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιστρέψαι. Εἰ χρή τι καὶ ἀνθρωπίνως εἰπεῖν, οὐκ ἐᾷ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ κατοκνῆσαι τὴν οἰκονομίαν, οὔτε μὴν ἀμισθον τὸ μικροπρεπὲς τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, ἀλλ' οἷον ἔγκαρπον ἀποφαίνει τὸ χρῆμα, καὶ οὐκ ἀμισθον τὴν ταπείνωσιν, καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας φορτικὸν οὐκ ἐσόμενον ἔξω θαύματος, εὐκλεές τε πρὸς τοῦτο, καὶ τὸ ἀδοξῆσαι δοκεῖν. Ἦν μὲν γὰρ σμικρὸν ὁμολογουμένως, τῷ ἐκ τοῦ Θεοῦ φύντι Λόγῳ, τὸ κληθῆναι παῖδα, τοῦτ' ἔστιν, οἰκέτην. Δηλοῖ γὰρ τοὔνομα ποτὲ μὲν τὸν Υἱόν, ποτὲ δὲ, ὡς ἔφην, τὸν οἰκέτην. Ἡ δέ γε τῶν ἐννοιῶν χρεία τοῦτό τε κἀκεῖνο, κατὰ τὸν ἑκατέρῳ πρέποντα καιρὸν εἰσκομίζεσθαι ποιεῖ. Ἐπειδὴ δὲ περὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ λόγος ἐστὶ, πρέποι ἂν εἰκότως τὸν παῖδα νοεῖσθαι δοῦλον. Οὐκοῦν, κἂν εἰς μικρὸν, ὡς ἔφην, τῷ Υἱῷ τῆς δουλείας τὸ δυσκλεὲς, ἀλλ' ἦν ἑτέρως. Καὶ δὴ καὶ γέγονεν οὐ μικρὸν αὐτῷ· Δοξάζεται γὰρ παρὰ πάντων, ὡς ἁρπαγμὸν μὲν οὐχ ἡγησάμενος τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, καὶ τοῖς τῆς δουλείας ἐνομιλήσας τρόποις, καὶ καθιγμένος εἰς κένωσιν, ὑπομείνας τε σταυρὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ καὶ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν καταθεὶς, ἵνα καταλύσῃ τυραννίδα διαβολικὴν, καὶ τὰ τῶν δαιμονίων διελάσῃ στίφη τῆς καθ' ἡμῶν ἀφορήτου πλεονεξίας, ἵνα ἐκ μέσου ποιήσῃ τὴν ὀλεθροποιὸν ἁμαρτίαν, ἵνα καταργήσῃ θάνατον, καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν ἀναμορφώσῃ πρὸς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ παραδῷ τῷ Θεῷ τὴν αὐτοῦ τε καὶ ἑαυτοῦ βασιλείαν, ὑπ' οὐδενὸς ἔτι τυραννουμένην, ἀποβάλλουσαν δὲ μᾶλλον τῆς ἑτέρων πλεονεξίας τὸν ζυγόν.

A lus. Denotat enim hoc nomen aliquando filium: aliquando etiam, ut dixi, famulum. Prout sententia postulat, poterit alterutrum horum suo tempore opportuno adhiberi. Quoniam autem sermo est de dispensatione in carne, apte conveniet nunc, ut puer intelligatur servus. Ergo, ut dixi, licet abjecta res Filio sit ignobilitas servitutis, aliter tamen se res habuit. Non enim parum erat illi ut qui ab omnibus glorificatur, quod cum non rapinam duxerit esse æqualem Deo, etiam servili more versatus hic fuerit, et ad hanc exinanitionem devenerit, crucemque ejusque mala subierit, et ad omnium vitam redimendam suam ipsius animam deposuerit, ut tyrannidem diabolicam aboleret, et dæmoniorum agmina ab intolerabili in nos violentia deB turbaret, ut exitiosum peccatum de medio tolleret, ut mortem deleret, ut hominis naturam ad primam originem reflingeret, et ejus suumque regnum Deo traderet, quod nullius postea tyrannide occuparetur, aliorumque violentiæ jugum potius excuteret.

Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

Ecce posui te in lucem gentium, ut sis tu salus usque ad extremum terræ.

Οὐκ ἠγνόησεν ὁ Πατὴρ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἀπεσκληκὸς, καὶ ἀνουθέτητον φρόνημα, καὶ ὁλοτρόπως ἐκτετραμμένον εἰς τὸ ἐξήνιον. Προσήκαντο γὰρ οὐδαμῶς τὴν διὰ Χριστοῦ παίδευσιν, καίτοι δέον ἄγασθαι μὲν τῆς ἡμερότητος, καὶ ἀσυγκρίτου φιλανθρωπίας τὸν Λυτρωτὴν, ὑπτίαις δὲ ὥσπερ χερσὶ παραδέξασθαι τὴν φιλοτιμίαν. Ἵνα τοίνυν μὴ ἐν ἀποτεύξει σκοποῦ γενέσθαι δοκῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίαν, ἅτε δὴ, καὶ ἀπολακτίσαντος τοῦ ἡγησαμένου λαοῦ, καὶ οὐ προσιεμένου, καθάπερ ἔφην, τὴν αὐτοῦ λύτρωσιν, προσεπήνεγκεν ὁ Πατὴρ, ὅτι σωτηρίας καταδείξει τρίβον, καὶ τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἐνήσει φῶς τοῖς ἐν ἀχλύῃ καὶ σκότῳ. Ἐκαλεῖτο γὰρ ὁ Ἰσραὴλ εἰς τοῦτο, Χριστοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. » Καί· « Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτὶ, ἵνα μὴ ἡ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. » Ἐπειδὴ δὲ μᾶλλον ἠγάπησαν τὸ σκότος, ἢ τὸ φῶς, κατελείφθησαν ὑπ' αὐτοῦ, καίτοι τῶν ἁγίων προφητῶν τὴν ἐν Χριστῷ χάριν αὐτοῖς προηγορευκότων. Ὁ μὲν γάρ τις ἔφη· « Φωτίζου, φωτίζου, Ἰερουσαλήμ· ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκεν. Ἰδοὺ σκότος, καὶ γνόφος καλύψει γῆν ἐπ' ἔθνη. Ἐπὶ δὲ σὲ φανήσεται Κύριος, καὶ ἡ δόξα αὐτοῦ ἐπὶ σὲ ὀφθήσεται. » Ὁ δέ τις ἕτερος· « Καὶ ἀνατελεῖ ὑμῖν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου, ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ δὲ, καθά φησι τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, τὰ ὦτα αὐτῶν ἐβάρυναν τοῦ μὴ εἰσακοῦσαι, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμυσαν· ἐπέλαμψε τοῖς ἔθνεσιν ὁ Χριστὸς, καὶ φωτὸς τοῦ θείου

C Non ignoravit Pater animum Judæorum obduratum, et admonitionis impatientem, et prorsus ad effrenationem aversum. Non enim doctrinam Christi receperunt, etiamsi par esset ut Redemptoris clementiam et incomparabilem humanitatem admirarentur, et obviis veluti manibus majestatem amplecterentur. Itaque ne Servatoris nostri dispensatio scopo ac proposito suo frustraretur, cum videlicet populus recalcitrasset suo præfecto, et redemptionem, ut dixi, non admisisset, subjunxit Pater, salutis viam se ostensurum, et veræ Dei notitiæ lucem immissurum in caligine et tenebris versantibus. Ad hanc enim vocatus erat Israel, Christo aperte dicente: « Ego sum lux mundi [84]. » Et: « Donec lucem habetis, ambulate in luce, ne vos tenebræ comprehendant [84a]. » **665** Quoniam vero tenebras dilexerunt magis quam lucem, illis comprehensi sunt, etiamsi sancti prophetæ gratiam in Christo illis ante prædicassent. Alius enim dixit: « Illuminare, illuminare, Jerusalem, venit enim tuum lumen, et gloria Domini super te exorta est. Ecce tenebræ et caligo operient terram et gentes. Super te autem apparebit Dominus, et gloria ejus in te videbitur [85]. » Alter etiam inquit: « Vobis qui timetis nomen meum, exorietur sol justitiæ, et sanatio in pinnis ejus [86]. » Sed quia, ut sacræ Litteræ dicunt, aures eorum aggravatæ sunt ut non audirent, et oculi eorum occlusi, illuxit Christus gentibus, orbemque terrarum divina luce replevit, ut ab ortu usque ad occasum, et ad

[84] Joan. VIII, 12. [84a] Joan. XII, 35. [85] Isa. LX, 42. [86] Malach. IV, 2.

Digitized by Google

terminos usque terræ, ex ejus gloria fructum perciperent, et puris animi oculis, divinam et supremam naturam perspicerent, eique et soli spiritualem cultum consecrarent.

μεμεστωμένην ἀπέφηνε τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ὥστε τοὺς ἐξ ἠοῦς εἰς δύσιν, καὶ μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς ἀπόνασθαι τῆς φιλοτιμίας, καὶ καθαροῖς διανοίας ὄμμασι τὴν θείαν τε, καὶ ἀνωτάτω περιαθρῆσαι φύσιν, καὶ τοὺς τῆς πνευματικῆς λατρείας, αὐτῇ τε καὶ μόνῃ καθιερῶσαι τρόπους.

Vers. 7. *Sic dicit Dominus qui eruit te Deus Israel: Sanctificate eum qui despicit animam suam, qui abominationi habetur a gentibus, qui servus est principum. Reges videbunt eum, et surgent principes, adorabuntque eum propter Dominum, quia fidelis est sanctus Israel, et elegi te. Sic dicit Dominus: Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te.*

Οὕτως λέγει Κύριος, ὁ ῥυσάμενός σε Θεὸς Ἰσραήλ· Ἁγιάσατε τὸν φαυλίζοντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, τὸν βδελυσσόμενον ὑπὸ τῶν ἐθνῶν, τῶν δούλων τῶν ἀρχόντων. Βασιλεῖς ὄψονται αὐτὸν, καὶ ἀναστήσονται ἄρχοντες, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕνεκεν Κυρίου, ὅτι πιστός ἐστιν ὁ ἅγιος Ἰσραὴλ, καὶ ἐξελεξάμην σε. Οὕτως λέγει Κύριος· Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι.

Quanta misericordia dignatus sit Deus et Pater eos qui per Christum vocati sunt, etiam hinc discere poteris. Mysticis enim sacris eos imbuit, et profundum ac magnum humanitatis retegit mysterium, nec ullum sinit lapide offensionis confringi, et per imprudentiam ad petram scandali impingere. Contritus enim erat sic stupidus Israel. Quid est ergo quod dicit? Ego qui erui te Deus Israel, sic tibi dico: Sanctificate eum qui despicit animam suam, id est, augustum et sanctum habetote, et studio complectimini eum qui animam suam despicit, id est, nihili ducit. Factus enim pro nobis homo unigenitum Dei Verbum, posuit pro nobis animam suam, voluitque propter nos mortem carnis perpeti: nec suæ naturæ quidquam suscepit. Nam ipse superior erat quam ut pateretur, utpote Deus: verum sic, inquam, eam abjecit, idque pro peccatoribus. **666** Quod etiam admiratus est sapientissimus Paulus. Inquit enim: « Commendat autem suam erga nos charitatem Deus: adhuc enim cum nos essemus peccatores, » adhuc, inquam, eo tempore, « pro impiis est mortuus [87]. » Christus etiam ipse ait: « Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus [88]. » Itaque et nobis eam posuit; nam vibice ejus nos sanati sumus, et ipse languidus erat propter iniquitates nostras, et propter peccata nostra traditus. Sanctificetur itaque, inquit, id est, sanctus prædicetur. Hoc quippe Deo et soli quadrat proprie et peculiariter; nam quanquam multi sancti sunt, et potestates ratione præditæ, atque etiam in terra homines, attamen ex participatione ejus qui natura et solus est sanctus, vereque hoc exsistit, sancti nuncupantur. Sicuti enim ille vera lux est, dignitatis tamen hoc aliis impertiit: « Vos enim, « inquit, » estis lux mundi [88*]; » sic etiam qui solus est sanctus cum Deo et Patre, et sancto Spiritu, dat velut ex sua plenitudine suis consortibus sanctificationem. Sic dicimus et in precibus: « Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum [89]. » Nec vero dicimus sic precari nos, ut aliqua sanctificationis accessio nomini Patris fiat (id enim perabsurdum)

Θαυμάσειε δ' ἂν τις καὶ ἐκ τούτων, ὅσης ἠξίωσε φειδοῦς τοὺς διὰ Χριστοῦ κεκλημένους ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ, κἀντεῦθεν ἂν μάθοις. Μυσταγωγεῖ γὰρ αὐτοὺς, καὶ τὸ βαθὺ, καὶ μέγα τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐκκαλύπτει μυστήριον, οὐκ ἐῶν περιθραύεσθαί τινας τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος, καὶ προσπταίειν ἐξ ἀβουλίας τῇ πέτρᾳ τοῦ σκανδάλου. Συνετρίβη γὰρ οὕτως ὁ ἀπόπληκτος Ἰσραήλ. Τί δὴ οὖν ἄρα φησίν; Ἐγὼ ὁ ῥυσάμενός σε Θεὸς, οὕτω φημὶ πρὸς σέ· Ἁγιάσατε τὸν φαυλίζοντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστι, σεπτὸν, καὶ ἅγιον ἡγήσασθε, καὶ ποιεῖσθαι σπουδάσατε τὸν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐκφαυλίσαντα, τοῦτ' ἔστιν, ἐξευτελίσαντα. Γεγονὼς γὰρ ἄνθρωπος ὁ Θεὸς, καὶ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, τέθεικεν ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ἰδίαν ψυχὴν, εἵλετό τε παθεῖν δι' ἡμᾶς τὸν κατὰ σάρκα θάνατον, οὐδὲν ὑπομείνας εἰς ἰδίαν φύσιν. Αὐτὸς γὰρ ὡς ἐπέκεινα τοῦ παθεῖν ὑπάρχων ὡς Θεὸς, πλὴν οὕτως εἶπω παρέῤῥιψεν αὐτὴν, καὶ τοῦτο ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν. Ὃ δὴ καὶ τεθαύμακεν ὁ πάνσοφος Παῦλος. Ἔφη γὰρ, ὅτι « Συνίστησι τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην ὁ Θεὸς εἰς ἡμᾶς· ἔτι γὰρ ὄντων ἡμῶν ἁμαρτωλῶν κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανεν. » Αὐτὸς δέ που ὁ Χριστός φησί που· « Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. » Τέθεικε τοίνυν αὐτὴν ὑπὲρ ἡμῶν, τῷ γὰρ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν, καὶ αὐτὸς ἐμαλακίσθη διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν παρεδόθη. Ἁγιαζέσθω οὖν, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἅγιος ἡγείσθω, ἤτουν ὁμολογείσθω. Θεῷ δ' ἂν πρέποι τοῦτο, καὶ μόνῳ κυρίως τε καὶ ἰδικῶς. Εἰ γὰρ καὶ εἰσὶν ἅγιοι πολλοὶ δυνάμεις τε λογικαὶ, καὶ μὴν, καὶ ἐπὶ γῆς ἄνθρωποι, ἀλλ' οὖν ἐκ μετοχῆς τοῦ κατὰ φύσιν ἁγίου, καὶ μόνου τοῦτο ὑπάρχοντος ἀληθῶς, ἅγιοι χρηματίζουσιν. Ὥσπερ γὰρ φῶς μέν ἐστι τὸ ἀληθινὸν αὐτὸς, δέδωκε δὲ τὸ ἀξίωμα, καὶ ἑτέροις· « Ὑμεῖς γάρ ἐστε, » φησὶ, « τὸ φῶς τοῦ κόσμου. » Οὕτω καὶ μόνος ὢν ἅγιος ὁμοῦ τῷ Θεῷ, καὶ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δίδωσιν ὡς ἐξ ἰδίου πληρώματος, καὶ τοῖς μετόχοις αὐτοῦ τὸν ἁγιασμόν. Οὕτω φαμὲν, καὶ ἐν προσευχαῖς· « Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. » Καὶ οὔτι πού φαμεν, ὡς προσθήκην ἁγιασμοῦ τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς γενέσθαι παρακαλοῦμεν· εὐηθες γὰρ κομιδῇ τὸ χρῆμά ἐστιν· εἶναι δὲ μᾶλλον παρὰ πᾶσιν ὅπερ ἐστὶν

[87] Rom. v, 8, 9. [88] Joan. x, 15. [88*] Matth. v, 14. [89] Matth. vi, 9.

Digitized by Google

ἀληθῶς εὐχόμεθα, τοῦτ' ἔστιν, ἅγιον, καὶ φοβερόν· οὕτω κἀνθάδε τὸ, Ἁγιάσατε, νοητέον, κἂν εἰ πεφαύλικε, φησὶ, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστι, κἂν εἴ τι τῶν ἀνθρωπίνων παθεῖν λέγεται, καὶ τὴν ἰδίαν σάρκα θανάτου γεύσασθαι παρεσκεύασε, τέθεικε δὲ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ πολλῶν. Ἐπιτρέχει δὲ ὁ λόγος, καὶ διαμέμνηται καὶ ἑτέρων, ἃ δὲ γένοιτ' ἂν ἔσθ' ὅτε καὶ ἐμποδὼν τοῦ χρῆναι πιστεύειν αὐτῷ τοὺς τῆς οἰκονομίας οὐχ ὁρῶντας βάθος τοῖς γε μὴν ἀρτίφροσιν οὐδὲν ἂν ἐμποιήσαι βλάβος. Παραδοθέντα μὲν γὰρ Πιλάτῳ τὸν Ἰησοῦν, κατεβδελύττοντο τῶν στρατιωτῶν τινες, τοῦτο μὲν καταπαίοντες ἀνοσίως, τοῦτο δὲ, καὶ ἐμπτύσμασιν ἀτιμάζοντες, καὶ στεφάνῳ τῷ ἐξ ἀκανθῶν ὑβρίσαντες, κατακερτομοῦντές τε καὶ λέγοντες· « Χαῖρε, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. » Διὰ τοῦτό φησι τὸν βδελυσσόμενον ὑπὸ τῶν ἐθνῶν, τῶν δούλων, τῶν ἀρχόντων. Ἕψεται δὲ πάντως καὶ τούτῳ τὸ, Ἁγιάσατε, ἀλλ' ὅτι πέπονθε μὲν οἰκονομικῶς τὰ παρὰ τῶν ἐθνῶν ἐμπαίγματα· ἀναλάμψει δὲ μετὰ τοῦτο, καὶ δοξασθήσεται παρὰ πάντων ἐν ὑπεροχαῖς ταῖς ἀνωτάτω, καὶ τῶν ἐν ταῖς ὑποκαθημέναις ὄντων τιμαῖς, προαγορεύει λέγων· Βασιλεῖς αὐτὸν ὄψονται, καὶ ἀναστήσονται, ἐκ τῶν τῆς βασιλείας δηλονότι θώκων. Ἄρχοντες καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ. Ὄψονται δὲ οὐ τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ γὰρ ὡς ἐν περιαθρήσει νοῦ καὶ καρδίας. Ὁρῶμεν γὰρ οὕτω τὴν δόξαν Χριστοῦ. Προσκυνήσουσι δὲ αὐτῷ ἕνεκεν Κυρίου, τοῦτ' ἔστιν, ἕνεκεν ἐμοῦ. Δοξάζεται γὰρ ὡς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ὅτι πιστός ἐστιν ὁ ἅγιος Ἰσραήλ. Τὸ δὲ πιστὸς ἐν τούτοις τὸν ἀεὶ μένοντα δηλοῖ. Ἀκλόνητος γὰρ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρός· ὁμοίως δὲ, καὶ ἡ τοῦ Υἱοῦ· οὐκ ὄντων πιστῶν τῶν ψευδωνύμων θεῶν. Εἰσὶ γὰρ ἀρτιγενεῖς, καὶ ἀπολλύμενοι, καὶ οὐ μένοντες. Ὁ δὲ τῶν ὅλων Σωτὴρ, καὶ Κύριος πιστὸς ἀληθῶς, τοῦτ' ἔστιν, εὖ βεβηκὼς ἐν ταῖς ἰδίαις ὑπεροχαῖς, καὶ ἀκλονήτως ἔχων, καὶ αὐτὸς, ἐξελέξατο τοὺς διὰ Χριστοῦ κεκλημένους. « Οὓς γὰρ ἔγνω, » φησὶ, « καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τούτους καὶ ἐκάλεσεν, ἡγίασέ τε πρὸς τούτῳ, καὶ ἐδόξασεν. Ἔδει δὴ οὖν, ἔδει τοὺς ἐξειλεγμένους ἁγιάσαι τὸν φαυλίζοντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ μὴ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος ἐνορῶντας ἀποσφαλῆναι τοῦ πρέποντος, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ γνώσεως ἀκριβοῦς ἀποφέρεσθαι, συνιέντας δὲ μᾶλλον τῆς οἰκονομίας τὸ σοφὸν προσκυνεῖν αὐτῷ, διακεῖσθαι δὲ, καὶ ἀραρότως, ὅτι τοῦ πιστοῦ Κυρίου φύσει τε καὶ ἀληθῶς Υἱός ἐστι, καὶ εἰ πέφηνεν οἰκονομικῶς ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, καὶ τὸ τῆς κενώσεως ὑπέδυ μέτρον. Προσδιαλέγεται δὲ τοῖς ἐξειλεγμένοις, καί φησιν, ὅτι Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. Προέγνωστο μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου Χριστὸς, καὶ τὸ αὐτοῦ μυστήριον· ἐπέλαμψε δὲ κατὰ καιροὺς οὓς ἤθελεν ὁ Δυνάστης, καθ' οὓς ἡμῖν βεβοήθηκε, καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως καιρὸν, σωτηρίας ἡμέραν εἶναί φησιν. Οὕτω γάρ που καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· « Ἰδοὺ νῦν, »

A sed optamus ut ubique sit quod vere est, id est, sanctum et terribile: sic etiam hic intelligendum est, Sanctificate. Etiam, inquit, qui despexit animam suam, id est, humani quiddam passus esse dicitur, suamque carnem gustare mortem effecit: posuitque animam suam pro multis. Progreditur oratio, et commemorat alia quæ impedire interdum possunt quominus credant ei qui dispensationis profunditatem non vident: prudentibus vero nihil afferet incommodi. Traditum enim Pilato Jesum quidam milites diris devovebant, et partim impie percusserunt, partim etiam sputis dehonestarunt, et corona spinea contumeliam irrogarunt, deriserunt, atque dixerunt: « Ave, rex Judæorum [90]. » Propterea vocat eum abominationi habitum a gentibus, qui servus est principum. Consequetur autem illud: Sanctificate. Cæterum quod perpessus sit ex dispensationis ratione ludibria gentium, ideo etiam postea refulgebit, et illustrabitur ab omnibus, in summa dignitate **667** constitutis, et etiam inferiore honore præditis, prædicit: Reges videbunt eum, et surgent, de regni videlicet solio. Principes etiam adorabunt eum: Videbunt autem non oculis corporis, sed velut mentis et cordis perlustratione. Sic enim videmus gloriam Christi. Adorabunt vero illum propter Dominum, id est, propter me. Glorificatur enim velut Filius Dei et Patris, quia fidelis est Sanctus Israel. Fidelis, hic significat semper manentem. Immotum enim est et stabile regnum Dei et Patris: similiter et Filii, cum tamen falso nuncupati dii fideles non sint. Sunt enim nuper nati, et pereunt, et non manent. Universorum autem Servator et Dominus vere fidelis est, id est, ad suam ipse dignitatem provectus, stabilis et constans, elegit qui per Christum vocati erant. « Quos enim præscivit, » inquit, « etiam præfinivit, ut conformes essent et ipsi imagini Filii sui, et vocavit, et sanctificavit, et glorificavit [90a]. » Oportuit igitur, oportuit electos sanctificare eum qui animam inhabitat, et non mensuram humanitatis intueri, et a decoro decidere, et ab exacta ejus cognitione deerrare, sed potius dispensationis sapientiam intelligere, illumque adorare, et constanter sic animo affici ac persuaderi illum esse fidelis Domini natura et vere Filium, etiamsi pro ratione dispensationis in forma nostra apparuerit et exinanitionis mensuram induerit. Alloquitur porro electos et inquit: Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te. Præscitus quidem erat ante mundi constitutionem Christus, et ejus mysterium: illuxit autem illis temporibus quibus visum est Dominatori, cum etiam nobis opem attulit. Humanitatis tempus dicit esse diem salutis. Sic enim divinus Paulus: « Ecce nunc, » « inquit, tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis [91]. » Psallit etiam propheta David et ait: « Hæc est

Σιών τε καὶ Ἰερουσαλὴμ ἀκούων ἐν τούτοις, μὴ πόλεις ἁπλῶς τὰς ἐκ λίθων ἐγηγερμένας καταδηλοῦσθαι νομίσῃς. Σημαίνει δὲ μᾶλλον τῆς προφητείας ὁ λόγος τῶν κεκλημένων διὰ τῆς πίστεως τὴν ὁμήγυριν, ἤγουν Ἐκκλησίαν ἔκ τε τῶν Ἰουδαϊκῶν ταγμάτων καὶ ἐξ ἐθνῶν. Τό γε μὴν, Ἐξεγείρου, λέγων, καὶ μάλα συχνῶς, δαψιλεστάτην αὐτοῖς χαρίζεται τὴν παράκλησιν. Ὥσπερ, γὰρ καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος, « Οὗ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις· » οὕτως, ἔνθα πολὺ τὸ πικρὸν τῆς δίκης, ἐκεῖ ἰσοπαλὴς ταῖς συμφοραῖς παράκλησις, μᾶλλον δὲ πολὺ λίαν τῶν ἀμυδρῶν ἀμφιλαφεστέρα. Ἐνδύσασθαι δὲ προστέταχε τὴν ἰσχὺν αὐτῆς, καὶ πρός γε τούτῳ τὴν δόξαν. Καὶ ἰσχὺς μὲν ἡ κατ' ἐνέργειαν πρακτικὴ νοοῖτ' ἂν εἰκότως, καθ' ἣν ἡ ἑκάστου ψυχὴ πρὸς τόδε τι τυχὸν τῶν πρακτέων ἴεται σὺν φρονήματι νεανικῷ. Δόξα δὲ τίς ἂν ἕτερος εἴη παρὰ τὸν τῆς δόξης Κύριον, ὃς ἐστι Χριστός; πρὸς ὃν πού φησι καὶ ὁ θεσπέσιος μελῳδὸς, ποτὲ μὲν, ὅτι « Ἐξεγέρθητι, ἡ δόξα μου· » ποτὲ δὲ πάλιν περὶ παντὸς τοῦ πιστεύοντος εἰς αὐτὸν, ὅτι « Τὸ καύχημα τῆς δυνάμεως αὐτῶν σὺ εἶ. » Ἐνδυσόμεθα δὲ τίνα τρόπον τήν τε δόξαν, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτὴν, διεσάφησεν ἡμῖν ὁ πάνσοφος Παῦλος. Ἔφη δὲ πάλιν· « Ἐνδύσασθε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίαν. » Καὶ προσέτι τούτῳ· « Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. » Ναὶ μὴν καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας ὡς ἐν τάξει γυναικὸς πολυτρόπως ὡραϊσμένης τὸ τῆς Ἐκκλησίας πρόσωπον εἰσκεκόμικε λέγων· « Ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ Κυρίῳ. Ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης. » Ἄμφιον οὖν ἄρα Χριστὸς ἁγίῳ παντὶ πρεπωδέστατον· καὶ χιτὼν εὐφροσύνης τῆς νοητῆς, πρόξενος ἡμῖν ἰσχύος καὶ δόξης. Ἁγίαν δὲ πόλιν ὀνομάζει τὴν Ἐκκλησίαν. Ἡγιάσθη τε γὰρ οὐ διά γε τῆς κατὰ νόμον λατρείας (τετελείωκε γὰρ ὁ νόμος οὐδένα), ἀλλὰ σύμμορφος γενομένη Χριστῷ, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως κοινωνὸς, κατὰ μέθεξιν δηλονότι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐν ᾧ καὶ ἐσφραγίσθημεν εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως, πάντα ῥύπον ἀπονιψάμενοι, καὶ ἀπάσης κηλῖδος ἀπηλλαγμένοι.

Digitized by Google

Δεδικαιώμεθα γὰρ διὰ πίστεως τῆς εἰς αὐτὸν, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀσφάλειαν πεπλουτήκαμεν, καὶ οἷον τετειχίσμεθα τῇ παρ' αὐτοῦ χάριτι, πᾶσαν ἡμῶν ἀποσοβοῦντος ἔφοδον διαβολικὴν, καὶ τὰς τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων ἀγρίας ἐπαναστάσεις. Καὶ τοῦτο διδάσκει λέγων ὡς πρός γε τὴν Σιὼν, ἤγουν τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος· Οὐκέτι προστεθήσεται διελθεῖν διὰ σοῦ ἀπερίτμητος καὶ ἀκάθαρτος. Ἱστορικῶς μὲν γὰρ τοιῶσδε συνήσεις τὸ εἰρημένον· Τὰ περίοικα τῆς Ἱερουσαλὴμ ἔθνη, ἀπερίτμητα καὶ ἀκάθαρτα νοηθεῖεν ἄν, οὔτε Θεὸν εἰδότα τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς, οὔτε μὴν τὴν διά γε τοῦ νόμου λαχόντα παιδαγωγίαν· ἐμάχοντο δὲ καὶ μάλα συχνῶς πρὸς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ὥστε καὶ ἀμείνους ὁρᾶσθαι πλειστάκις τῆς ἐνούσης δυνάμεως αὐτοῖς, μονονουχὶ δὲ καὶ παρήεσαν δι' αὐτῆς, ὡς ἐῤῥιμμένην ὑπὸ πόδας ἔχοντες αὐτήν. Ἀπὸ δὲ τῶν ἱστορικῶς συμβαινόντων ἔσθ' ὅτε, φέρε, διαπλάττωμεν τὰ πνευματικά. Τὰ τῶν δαιμονίων στίφη, τοῦτ' ἔστιν οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ βέβηλος Σατανᾶς, τὰς οὔπω γεγενημένας ὑπὸ Θεῷ ψυχὰς ὑπὸ πόδας ἔχουσι, καὶ οἷον διέρχονται δι' αὐτῶν, ἐγκόπτοντος οὐδενὸς, ἤγουν ἐπαμύνοντος· ἐπειδὰν δὲ Θεῷ προσφκειωμέναι δόξαν καὶ ἰσχὺν ἔχωσιν αὐτὸν, τότε δὴ, τότε πεπαύσεται τὰ τῆς ἐκείνων πλεονεξίας. Γέγραπται γὰρ, ὅτι «Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς.» Ἀπερίτμητοι οὖν καὶ ἀκάθαρτοι νοηθεῖεν ἂν αἱ βδελυραὶ, καὶ βέβηλοι, καὶ ῥύπου παντὸς ἐμποιητικαὶ, καὶ πονηραὶ, καὶ ἀντικείμεναι δυνάμεις.

A et quasi muro quopiam gratia ipsius muniti : qui omnem diabolicum insultum a nobis profligat, et sævas incursiones potestatum resistentium. Idque docet, cum ait quasi ad Sion seu Jerusalem, quæ est Ecclesia Dei viventis : Non perget ultra transire per te incircumcisus et impurus. Historice quidem hoc modo quod dictum est intelliges. Gentes illæ finitimæ Jerusalem, incircumcisæ illæ et impuræ intelligi possunt, quæ nec illum natura et vere Deum cognorunt, nec legis pædagogiam assecutæ sunt; quin etiam sæpissime adversus sanguine Israelitico oriundos dimicarunt, ita ut frequenter etiam illorum **726** viribus superiores viderentur, et tantum non illac transitum facerent, perinde ac si eam pedibus suis haberent subjectam. Sed agedum, ex his quæ sæpe contingunt historice, spiritualia formemus. Dæmoniorum cohortes, id est, mundi potentes rectores tenebrarum sæculi hujus, et cum illis profanus Satanas, animas Deo nondum subditas, pedibus suis habent subjectas, et veluti eas pertranseunt ac pervadunt, nullo prohibente, vel subveniente : sed cum Deo conjuncti ac sociati, cum gloriam ac fortitudinem suam habuerint, tunc, tunc eorum tyrannis cessabit. Scriptum est enim : « Castra ponet angelus Domini in circuitu timentium se, et eos eripiet [11]. » Incircumcisi ergo et impuri intelligi poterunt, exsecrandæ, ac profanæ, omnisque sordis efficientes, ac nequam atque adversariæ potestates.

B

C

Ἐκτίναξαι τὸν χοῦν, καὶ ἀνάστηθι, καὶ κάθισον, Ἰερουσαλήμ. Ἔκδυσαι τὸν δεσμὸν τοῦ τραχήλου σου, ἡ αἰχμάλωτος θυγάτηρ Σιών.

Καυχημάτων ἀγιοπρεπῶν ἀποφαίνει λοιπὸν ἐπιστήμονα· καὶ τίνα τρόπον ἐνδύσεται τὴν ἰσχὺν τοῦ βραχίονος αὐτῆς, καὶ πρός γε τούτῳ τὴν δόξαν, διδάσκει σαφῶς. Πρῶτον μὲν ἀποτινάξασθαι κελεύει τὸν χοῦν, ἀναστῆναί τε οὕτω, καθίσαι τε, καὶ ἐκδύσασθαι τὸν δεσμὸν τοῦ τραχήλου· καὶ χοῦν ἐν τούτοις, καθάπερ ἐγῷμαι, νοεῖσθαι προσήκει τὸ γεῶδες φρόνημα, καὶ τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν τὴν ἀκαθαρσίαν. Ὥσπερ γὰρ τοῖς χαμαὶ κειμένοις πᾶσά πως ἀνάγκη χοῦ καὶ κόνεως ἀναπίμπλασθαι, κατὰ τὸν ἴσον οἶμαι τοῦτον τρόπον, καὶ τοῖς τὸν νοῦν ἔχουσι χαμαιῤῥιφῆ καὶ γεῶδες τὸ φρόνημα, οἱ τῆς σαρκικῆς ἀκαθαρσίας ἐνιζάνουσι λογισμοί. Χρὴ τοιγαροῦν ἡμᾶς κεκλημένους εἰς οἰκειότητα τὴν πνευματικὴν, τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, καὶ αὐτὸν ἐνδύσασθαι μέλλοντας ὡς ἰσχὺν καὶ δόξαν, προαποτινάξασθαι τὸ χοϊκὸν καὶ γεῶδες φρόνημα, καὶ προκαθᾶραι τὸν νοῦν, καὶ, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος, ἐκδύσασθαι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, καὶ ἐνδύσασθαι τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν. Τοῦτο δράσαντες ἀνιστάμεθα, τοῦτ' ἔστιν, ὀρθῷ καὶ βεβηκότι κεχρήμεθα νῷ, καὶ

D

Vers. 2. *Excute pulverem et surge, et sede, Jerusalem, solve vinculum colli tui, captiva filia Sion.*

Quæ laudes sanctis dignæ sint, deinceps demonstrat : et quemadmodum fortitudinem brachii gloriamque induat, clare docet. Primum enim jubet pulverem excutere, et ita resurgere, ac sedere, et vinculum colli solvere. Pulverem hic, quomodo ego quidem arbitror, intelligere convenit, terrenum affectum, et carnalium cupiditatum impuritatem. Quemadmodum enim humi jacentes omnino necesse est, oppleri etiam pulvere, eodem, opinor, modo mentem humi repentem et terrenum affectum habentibus, carnalis impuritatis cogitationes insident et inhærent. Oportet ergo nos, qui ad spiritualem conjunctionem cum Domino nostro Jesu Christo vocati sumus, et qui ipsum tanquam fortitudinem et gloriam induere volumus, pulverulentum et terrenum affectum prius excutere, et mentem præpurgare, ac sicuti sapientissimus Paulus ait : Veterem hominem corruptum erroris cupiditatibus exuere, atque novum ad imaginem ejus qui illum condidit renovatum induere [12]. Quod ubi fecerimus, resurgimus, hoc est, recta et stabili mente prædili sumus, ac corde firmo, secundum illud quod alibi dictum est a Deo per unum e prophetis : « Statue

[11] Psal. XXXIII, 8. [12] Ephes. IV, 22, 23

Digitized by Google

teipsam, Sion. » Et divinus David psallit : « Statuit super petram pedes meos, et direxit **727** gressus meos [13]. » Scriptum est enim in libro Psalmorum : « Deus sedit in solio suo [14], » id est, fixum et stabilitum habet perpetuo regnum suum. Nec enim quidquam in Deo cogitandum est corporeum. Sequetur autem, ubi sederit quis, id est, constantem et stabilem retinuerit sententiam, ut etiam colli solvat vinculum. Catenis enim suorum peccatorum quisque constringitur : ac peccati et ipsius Satanæ jugo subdimur. Cæterum in Christo ab his liberamur, et diruptis vinculis eorum, et projecto a nobis ipsis jugo eorum, quemadmodum scriptum est, libera et soluta mente, quod bonum est perficimus. Sic dicit etiam nobis per unum e prophetis, universorum Deus : « Et egrediemini, et salietis tanquam vituli e vinculis relaxati, et conculcabitis iniquos : propterea erunt quasi cinis sub pedibus vestris [15]. » Cum autem infert : Captiva filia Sion, primum quidem innuit Deum misereri eorum qui sub jugum diaboli ceciderunt, ac peccato serviunt. Deinde ad hæc, ostendit nos in id cadere, etiam cum liceat illud non pati. Nam cum captivam nominavit Sion, etiam filiam eam vocat. At qui fieri poterat, ut filia Dei, et gloria tam illustri decorata, captivitatis teneretur laqueis? Ergo quis eam huc præcipitavit? Non infirmitas servantis, sed voluntas et propositum patientis, quæ paternorum viscerum misericordia orbata est, quod malum elegerit, et suffragando pejori, bonum respuerit.

ἐρηρεισμένη καρδίᾳ, κατά γε τὸ ἑτέρωθί που δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν εἰρημένον παρὰ Θεοῦ· « Στῆσον σεαυτὴν, Σιών. » Ψάλλει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, ὅτι « Ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, καὶ κατεύθυνε τὰ διαβήματά μου. » Γέγραπται δὲ καὶ ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν· « Ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ, » τοῦτ' ἔστι, τὸ ἀραρός τε καὶ ἱδρυμένον τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἔχει διηνεκῶς. Σωματικὸν γὰρ οὐδὲν ἐπὶ Θεοῦ νοεῖσθαι πρέπει. Ἕψεται δὲ τῷ καθίσαι, τοῦτ' ἔστι, τῷ βέβαιόν τε καὶ ἱδρυμένον ἐσχηκέναι τὸ φρόνημα, καὶ τὸ ἐκδύσασθαι τὸν δεσμὸν τοῦ τραχήλου. Σειραῖς μὲν γὰρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται, ὑπενηνέγμεθα δὲ καὶ ὑπὸ ζυγὰ τῆς ἁμαρτίας, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Σατανᾶ. Ἀλλ' ἐν Χριστῷ καὶ τούτων ἐλευθερούμεθα· καὶ διαῤῥήξαντες τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καθὰ γέγραπται, καὶ ἀποῤῥίψαντες ἀφ' ἑαυτῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν, ἐλευθέρῳ τε καὶ ἀνειμένῳ φρονήματι κατορθοῦμεν τὸ ἀγαθόν. Οὕτω πού φησι πρὸς ἡμᾶς δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Καὶ ἐξελεύσεσθε, καὶ σκιρτήσετε ὡς μοσχάρια ἐκ δεσμῶν ἀνειμένα, καὶ καταπατήσετε ἀνόμους· διότι ἔσονται ὡς σποδὸς ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν. » Ἐπιφέρων δὲ τούτοις, Ἡ αἰχμάλωτος θυγάτηρ Σιών, πρῶτον μὲν ἐφίησιν ἐννοεῖν, ὅτι κατοικτείρει Θεὸς τοὺς ὑπὸ ζυγὰ πεσόντας διαβολικὰ, καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ δουλεύσαντας. Εἶτα πρὸς τούτῳ διαδείκνυσιν, ὅτι πίπτομεν εἰς τοῦτο, καίτοι μετὸν μὴ παθεῖν αὐτό. Αἰχμάλωτον γὰρ ὀνομάσας τὴν Σιών, καὶ θυγατέρα φησὶν αὐτήν. Εἶτα πῶς ἦν ἐφικτὸν τοῖς τῆς αἰχμαλωσίας ἁλῶναι βρόχοις τὴν τοῦ Θεοῦ θυγατέρα, καὶ δόξης τῆς οὕτω λαμπρᾶς ἠξιωμένην; Τίς οὖν ἄρα πρὸς τοῦτο καθῆκεν αὐτήν; Οὐχ ἡ τοῦ [σὼ] ζῶντος ἀσθένειά ποθεν, ἀλλ' ἡ τῆς παθούσης βουλὴ καὶ προαίρεσις, ἕξω δραμούσης τῆς τοῦ Πατρὸς εὐσπλαγχνίας, διὰ τοῦ μᾶλλον ἑλέσθαι τὸ πονηρὸν, καὶ ψήφῳ τῇ πρὸς τὸ χεῖρον καταλῦσαι τὸ ἀγαθόν.

Vers. 3. *Quia hæc dicit Dominus : Gratis venditi estis, et non argento redimemini.*

Cum eam dixerit captivam, necesse habuit ea, quæ semper contingunt his qui eo miseriæ prolapsi sunt, inducere. Abripiuntur enim in servitutem, nemine pro illis deponente pretium, sed quasi certaminis præmia, et belli ac barbaricæ incursionis fructus. Vi enim et necessitate, ad servitutem non voluntariam vocantur. Sic fore dicit universorum Deus, etiam redemptionem ejus. Nam rapuit Satanas terrestre genus, et quasi captivum habens orbem terrarum intolerabiliter vi oppressit, et sævitiæ suæ jugo alligavit. Sed homo factus est unigenitus Dei Sermo, qui **728** pro nobis vicit, et ingressus domum fortis, et eo ligato, vasa diripuit, et omnes terræ incolas transtulit [15*]. Itaque, ut rapti sumus, ita etiam redempti sumus. Nec enim a volente abstraxit nos Christus, sed ejus potius vires fregit, et tanquam Deus phalangem dæmoniorum profligavit. Non ergo argento venundati sumus, neque sic redempti sumus; at omnium nostrum Servatoris Christi viribus. Pastor enim bonus animam posuit pro ovibus suis et nos proprio servavit sanguine.

Τοῦτο τάδε λέγει Κύριος· Δωρεὰν ἐπράθητε, καὶ οὐ μετὰ ἀργυρίου λυθρωθήσεσθε.

Αἰχμάλωτον αὐτὴν ὀνομάσας, ἀναγκαίως ἐπάγει καὶ τὰ τοῖς εἰς τοῦτο πεσοῦσι ταλαιπωρίας ἀεὶ συμβαίνοντα. Ἀποφέρονται γὰρ εἰς δουλείαν, οὐδενὸς ὑπὲρ αὐτῶν καταθεμένου τιμὴν, ἀλλ' ὡς ἆθλα, καὶ πολέμου καὶ βαρβαρικῆς ἐφόδου καρποί· βίᾳ γὰρ καὶ ἀνάγκῃ πρὸς ἀβούλητον καλοῦνται θητείαν. Οὕτως ἔσεσθαί φησιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ τὴν λύτρωσιν αὐτῆς. Ἥρπασε γὰρ ὁ Σατανᾶς τὸ ἐπὶ τῆς γῆς γένος, καὶ οἷον αἰχμάλωτον ἔχων τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἀφορήτως κατεβιάζετο, τοῖς τῆς ἑαυτοῦ σκαιότητος ἐγκαταδήσας ζυγοῖς. Ἀλλὰ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὃς νενίκηκεν ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ καταδήσας αὐτὸν, διήρπασε τὰ σκεύη, καὶ μετέθηκεν εἰς ἑαυτὸν ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς. Οὐκοῦν ὡς ἡρπάσθημεν, οὕτω καὶ λελυτρώμεθα. Οὐ γὰρ παρ' ἑκόντος ἡμᾶς ἐξείλετο Χριστός, συντρίψας δὲ μᾶλλον αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν, καὶ ἀποσοβήσας ὡς Θεὸς τῶν δαιμονίων τὴν φάλαγγα. Οὔτε τοίνυν ἀργυρίῳ πεπράμεθα, οὔτε τὸν ἴσον λελυτρώμεθα τρόπον· ἰσχὺϊ δὲ μᾶλλον τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ. Ποιμὴν γὰρ ὑπάρχων ἀγαθὸς, τὲ-

[13] Psal. xxxix, 3. [14] Psal. xlvi, 9. [15] Mal. iv, 2, 3. [15*] Luc. xi, 21, 22.

Digitized by Google

θεικε τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ προβάτων, καὶ σέσωκεν ἡμᾶς αἵματι τῷ ἰδίῳ· τῷ γὰρ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν· καὶ αὐτὸς μὲν ἐμαλακίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· ἠλευθερώμεθα δὲ ἡμεῖς, καὶ τὸν τῆς ἁμαρτίας ζυγὸν καὶ τὴν τοῦ διαβόλου πλεονεξίαν ἀποσεισάμενοι.

A Vibice enim ejus nos sanati sumus, et ipse languidus factus est propter peccata nostra. Liberati enim sumus et nos, et jugum peccati, tyrannidemque diaboli excussimus.

Οὕτω λέγει Κύριος· Εἰς Αἴγυπτον κατέβη ὁ λαός μου τὸ πρότερον παροικῆσαι ἐκεῖ, καὶ εἰς Ἀσσυρίους βίᾳ ἤχθησαν. Καὶ νῦν τί ὧδέ ἐστε; Τάδε λέγει Κύριος· Ὅτι ἐλήφθη ὁ λαός μου δωρεάν, θαυμάζετε καὶ ὀλολύζετε. Τάδε λέγει Κύριος· Δι' ὑμᾶς διὰ παντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

VERS. 4, 5. *Sic dicit Dominus: In Ægyptum descendit populus meus prius, ut peregrinaretur illic, et ad Assyrios vi abducti sunt. Et nunc quid estis hic? Hæc dicit Dominus: Quia captus est populus meus gratis, admiramini et plorate. Hæc dicit Dominus: Propter vos semper nomen meum male audit apud gentes.*

Αἰχμάλωτον ὀνομάσας τὴν Σιὼν, εἰδέναι βούλεται τὴν αἰτίαν, ἐφ' ᾗ συμβέβηκεν αὐτῇ τὸ εἰς τοῦτο πεσεῖν δυσκλείας τε καὶ ἀθλιότητος. Ἀνακομίζει γὰρ ἔσθ' ὅτε πρὸς τὰ ἀμείνω τοὺς ἀδόκητόν τι παθόντας, τὸ μὴ ἐν ἀγνοίᾳ κεῖσθαι τῶν ἡμαρτημένων. Διὰ τοῦτο χρησίμως εἰς ἀνάμνησιν αὐτοὺς ἀναφέρει τῶν κατὰ καιροὺς συμβεβηκότων τοῖς πρὸ αὐτῶν. Λιμοῦ μὲν γὰρ καταβρίθοντος, κατέβη κατὰ καιροὺς Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἀβούλητον αὐτῷ τὴν ἀποδημίαν ἐτίθει, τὸ μηδαμόθεν δύνασθαι τῶν ἀναγκαίων εὐπορεῖν. Ἀπεκομίσθη δὲ καὶ εἰς Ἀσσυρίους ὁ Ἰσραὴλ, τὴν Ἰουδαίαν καταδηώσαντος τοῦ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ βασιλεύοντος τῆς Χαλδαίων. Καὶ ποία τις ἦν ἡ τοῦδε πρόφασις; Ἀποφοιτήσαντες γὰρ τοῦ εἶναι γνήσιοι, καὶ τοῦ [*al.* τὸ] χρῆναι μόνῳ λατρεύειν Θεῷ, κατά γε τὸ νόμῳ δοκοῦν ἀνούστατα δηωσάμενοι [*gr.* διωσάμενοι], προσνενεύκασιν εἰδώλοις καὶ, προσεκύνησαν τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν· αὕτη γέγονεν αὐτοῖς ἡ πρόφασις τοῦ ταῖς πολεμίων ἁλῶναι χερσὶ, καὶ τῆς ἐνεγκούσης ἀποδραμεῖν, καὶ θητεύειν ἐχθροῖς, τὴν Περσῶν τε καὶ Μήδων οἰκοῦντας χώραν. Βίᾳ τοίνυν ἤχθησαν· οὐ γὰρ ἑκόντες ἦσαν ἐν τούτοις· Ἀλλὰ νῦν τί ὧδέ ἐστε; Τὸ ὧδε φησὶν, ἀντὶ τοῦ, ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν κατεσπαρμένοι χώραις, καὶ εἰς πάντα ἄνεμον κατεσκεδασμένοι, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Ἀπεσόβησε γὰρ τῆς Ἰουδαίας ἁπάσης ἡ Ῥωμαίων μάχαιρα τοὺς ἰσχύσαντας ὅλως φεύγειν. Ἤγουν τὸ, ὧδε, Ἐν τῇ τοιᾷδε καταστάσει τῶν πραγμάτων, ἐν ᾗ νῦν ἐστε. Γεγόναστ δὲ, ὡς ἔφην, ἐν ἰσχάτῃ ταλαιπωρίᾳ, τοῦτο μὲν [κατὰ] τὸν πολέμου νόμον καταδραμούσης αὐτῶν τῆς χώρας τῆς τῶν Ῥωμαίων στρατιᾶς, τοῦτο δὲ, πόλεως ἁπάσης πεπορθημένης, κατεμπρησθέντος δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ ναοῦ. Διὰ τί τοίνυν ἐν τούτοις γεγόναστ; φησίν· ἢ δηλονότι τὴν μὲν δικαιοῦσαν πίστιν οὐ προσηκάμενοι, περιυβρίσαντες δὲ πολυτρόπως τὸν καλοῦντα πρὸς τοῦτο, καὶ αὐτῷ τὰς χεῖρας ἐπαφέντες ἀνοσίως, μετὰ τοὺς ἀπεσταλμένους δικαίους τε καὶ προφήτας, ὧν τοὺς μὲν ἀπεκτόνασι, τοὺς δὲ ἐλίθασαν; Καὶ ταυτὶ μὲν ἐν τούτοις περὶ τῆς ἀγελαίου πληθύος ὁ προφητικὸς ἡμῖν καταμεμήνυκε λόγος. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἔθος τοῖς Ἰουδαίων μάλιστα καθηγηταῖς, ὑψηλὴν ἐπαίρειν κατὰ παντὸς ἔθνους τὴν ὀφρὺν, ἄληπτόν τε καὶ ἀχείρωτον τοῖς ἐχθροῖς διαμένειν ἔσθ' ὅτε τὸν Ἰσραὴλ, εἴπερ κλῆρος Θεοῦ καὶ λαὸς ἅγιος ὠνομάζετο· εἶτα συμβέβηκεν ἐν οἷς ἔφην ἀρτίως κατενεχθῆναι τὴν Ἰουδαίαν, κατεπλήτ-

Cum Sionem captivam nominasset, scire eos vult causam quamobrem hoc ei evenerit, ut in hanc B ignominiam et calamitatem incideret. Reducit enim interdum ad meliora eos qui inopinatum quidpiam passi sunt, si peccata non nesciant. Propterea utiliter in memoriam reducit, quæ olim majoribus ipsorum contigerunt. Premente enim fame, descendit olim Jacob in Ægyptum, et coactus est peregrinationem suscipere, eo quod nullibi posset rebus necessariis abundare. Abductus est autem ad Assyrios Israel, cum eo tempore rex Chaldæorum devastasset Judæam. Et quæ tandem hujus rei causa? Cum enim desiissent esse filii genuini, et solum Deum colere, et, legis voluntate rejecta, stultissime ad idola declinassent, et opera manuum suarum adoravissent: hæc causa exstitit, ut in C manus hostium inciderent, ut a patria recederent, ut inimicis servirent, ac Persarum et Medorum regionem inhabitarent. Vi ergo sunt abducti: nec enim hæc volebant, sed nunc quid hic estis? Illud, hic, dicit pro, in **729** gentium regionibus dispersi, et ad omnes ventos dissipati, juxta prophetæ vocem. Expulit enim eos ex Judæa Romanorum gladius, quicumque valuerunt omnino fugere. Vel, hic, in eo rerum statu in quo nunc estis. Fuerunt enim, ut dixi, in summis miseriis: partim Romano exercitu, lege belli, eorum regionem incursante: partim tota civitate vastata, et templo ipso cremato. Quare igitur, inquit, in his malis versati sunt? An videlicet quod fidem justificantem non admiserint, sed multifariam ad hoc vocantem con- D tumeliis affecerint, eique impie manus attulerint, deinde etiam justis et prophetis qui missi sunt, quorum alios occiderunt, alios lapidaverunt? Et quidem hæc in his verbis de gregaria multitudine, prophetica nobis significavit oratio. Quia autem solebant Judæorum maxime præfecti, contra omnem gentem tollere altum supercilium, jactabantque interdum Israelem, utpote qui Dei sors, et populus sanctus dictus est, capi et vinci ab hostibus nunquam posse. Cum vero accidit, ut jam dixi, ut ad hæc mala Judæa deveniret, admiratione perculsi sunt, et ululabant, perinde quasi omni spe destituti, hoc malo eos incursante. Propterea ad eos universorum Deus: Quia, inquit, captus est populus meus gratis, admiramini et ululatis: hæc dicit

Digitized by Google

Dominus : Propter vos semper nomen meum male audit inter gentes. Fuistis enim, inquit, vos auctores et causa, ut qui subjugati sunt paterentur, sinentes eos carere institutione, imo non permittentes omnino ut ad Deum reverterentur, viderentque animi oculis eum qui de cœlo venit, qui in forma humana Deus Verbum apparuit, ut prædicaret captivis remissionem, cæcisque visum, sanaretque contrito corde præditos, et annum Domini acceptum vocaret. Itaque propter vos nomen meum inter gentes male audit. Cum enim per omnes regiones et urbes dissipatus esset, inquit, Israel : vastatam esse sanctam civitatem, opusque et materiam ignis fuisse ipsum templum, nemo uspiam gentium ignoravit : tum meum nomen conviciis incessunt, et meam elevant gloriam. Siquidem fortassis putant meam manum debilem esse, quæ semper fuit auxiliaris Israeli : veram autem causam adhuc ignorant, nec quisquam apud eos scivit, eos **730** cædis dominicæ, et multorum aliorum delictorum pœnas solvisse.

τὴν ἐπίκουρον ἀεὶ γενομένην τῷ Ἰσραὴλ, τὴν δὲ αὐτοῖς ἐπιστάμενος, ὅτι τὰς τῆς Κυριοκτονίας καὶ

Vers. 6, 7. *Ideo sciet populus meus nomen meum, in die illa, quia ego sum ipse qui loquebar, Adsum : quasi pulchritudo in montibus, quasi pedes evangelizantis auditionem pacis, sicut evangelizans bona.*

Quoniam enim, inquit, vestræ pigritiæ causa inter gentes male audio, non feram hanc sycophantiam, nec sinam proscindi meam gloriam blasphemis vocibus. Illo autem tempore, quo terræ habitatoribus in carne illucescam, quicunque mei fient populi, admittentque fidem, sive ex Judæis illi fuerint, sive ex gentibus, hi scient nomen meum. Nomen vero dicit, pro gloria. Sic enim loqui familiare est Scripturæ divinitus inspiratæ. Scriptum est nam-

: « Expetendum nomen bonum magis, quam divitiæ multæ [16]. » Nos qui ab illo vocati sumus, gloriam ejus novimus : nec ad eum judicem omnium Servatorem Christum, velut ad hominem accessimus : sed etiamsi factum sit caro Verbum, credimus tamen Deum esse natura et ex Deo Patre, arcano modo factum, supra omnem creaturam esse, et in supremo solio effulgescere, et omnibus dominari, dextramque habere fortissimam, facileque servaturum, quos velit, sibi subditos, et nihil omnino superare, et, ut ita dicam, supereminere ejus potentiam. Non sic animum induxit Israel. Versati sunt enim quasi cum aliquo nobis simili, et non ut cum Deo homine facto. Propterea dixerunt aliquando : « Tu quis es? et quem teipsum facis [16*] ?» Et : « De bono opere non lapidamus te, sed propter blasphemiam, quod homo cum tu sis, facis teipsum Deum [17]. » Verum qui vocabuntur, inquit, ad veritatis agnitionem, scient meam gloriam. Ipse enim qui in prophetis loquebar, Adsum. Deus enim et Dominus

τοντο καὶ ὠλόλυζον, ὡς ἐλπίδος ἁπάσης πέρα δραμόντος αὐτοῖς τοῦ κακοῦ. Διὰ τοῦτο πρὸς αὐτοὺς ὁ τῶν ὅλων Θεός· Ὅτι ἐλήφθη, φησὶν, ὁ λαός μου δωρεὰν, θαυμάζετε, καὶ ὀλολύζετε. Τάδε λέγει Κύριος· Δι' ὑμᾶς διὰ παντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Αὐτοὶ γὰρ, φησὶ, γεγόνατε παραίτιοι τοῦ παθεῖν τοὺς ὑπεζευγμένους, ἀπαιδαγωγήτους ἐῶντες αὐτοὺς, μᾶλλον δὲ οὐκ ἐφιέντες ὅλως ἐπιστρέφειν εἰς τὸν Θεὸν, καὶ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν ἰδεῖν τὸν ἐξ οὐρανοῦ καθιγμένον, καὶ ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ πεφηνότα Θεὸν Λόγον, ἵνα κηρύξῃ αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἰάσηται δὲ καὶ τοὺς συντετριμμένην [συντεθραυσμένην] ἔχοντας τὴν καρδίαν, καλέσῃ δὲ καὶ ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. Οὐκοῦν δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἁπάσῃ χώρᾳ τε καὶ πόλει κατεσκεδάσθη, φησὶν, ὁ Ἰσραὴλ, οὐδεὶς ἠγνόησε τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, ὅτι πεπόρθηται μὲν ἡ ἁγία πόλις, ἔργον δὲ πυρὸς καὶ αὐτὸς γέγονεν ὁ νεώς· εἶτα τὸ ἐμὸν δυσφημοῦσιν ὄνομα, καὶ τὴν ἐμὴν διασύρουσι δόξαν. Οἴονται γὰρ ἴσως τὴν ἐμὴν ἀτονῆσαι χεῖρα ἀληθῆ πρόφασιν ἀγνοοῦσιν ἔτι, καὶ οὐδεὶς ὁ παρ' πολλῶν ἑτέρων πλημμελημάτων ἐξῄτηται δίκας.

Διὰ τοῦτο γνώσεται ὁ λαός μου τὸ ὄνομά μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὅτι ἐγώ εἰμι αὐτὸς ὁ λαλῶν· Πάρειμι· ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὡς πόδες εὐαγγελιζομένου ἀκοὴν εἰρήνης, ὡς εὐαγγελιζόμενος ἀγαθά.

Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, τῆς ὑμετέρας ἕνεκα ῥᾳθυμίας ἐβλασφημήθην ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οὐκ ἀνέξομαι τῆς συκοφαντίας, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἐμαυτοῦ δόξαν παλιμφήμοις ἐάσω βάλλεσθαι φωναῖς. Ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ καιρῷ, καθ' ὃν ἐπιλάμψω τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς μετὰ σαρκὸς, οἵπερ ἐμοῦ γένωνται λαοὶ προσηκάμενοι τὴν πίστιν, εἴτ' οὖν εἶεν ἐξ Ἰουδαίων, εἴτε καὶ ἐξ ἐθνῶν, οὗτοι γνώσονταί μου τὸ ὄνομα. Τὸ δὲ ὄνομά φησιν ἀντὶ τῆς δόξης. Ἔθος γὰρ οὕτω λέγειν τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Αἱρετὸν ὄνομα καλὸν, ἢ πλοῦτος πολύς. » Ἐγνώκαμεν αὐτοῦ τὴν δόξαν, οἱ παρ' αὐτοῦ κεκλημένοι, καὶ οὐχ ὡς ἀνθρώπῳ προσίεμεν κριτῇ τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ· ἀλλ' εἰ καὶ γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος, πιστεύομεν, ὅτι Θεὸς ὢν φύσει, καὶ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀπορρήτως γεγενημένος, ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν ἐστὶ, καὶ τοῖς ἀνωτάτω θρόνοις ἐμπρέπει, καὶ κατάρχει τῶν ὅλων, καὶ πανσθενεστάτην ἔχει τὴν δεξιὰν, καὶ σώζει ῥᾳδίως, οὓς ἂν ἕλοιτο τῶν ὑπ' αὐτὸν γεγονότων, ὑπερνήχεται δὲ τὴν αὐτοῦ δύναμιν παντελῶς οὐδέν. Διετέθη γε μὴν οὐχ οὕτως ὁ Ἰσραήλ. Προσεσχήκασι γὰρ ὡς ἑνὶ τῶν καθ' ἡμᾶς, καὶ οὐχ ὡς ἐνανθρωπήσαντι Θεῷ. Διὰ τοῦτό ποτε μὲν ἔφασκον· « Σὺ τίς εἶ; καὶ τίνα σεαυτὸν ποιεῖς; » καὶ· « Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. » Πλὴν οἵπερ ἂν κληθεῖεν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, φησὶ, γνώσονταί μου τὴν δόξαν. Αὐτὸς γὰρ ὁ ἐν προφήταις λαλῶν· Πάρειμι. Θεὸς γὰρ ὢν Κύριος ἐπέφανεν ἡμῖν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Τοῦτο καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος

[16] Prov. xxi, 1. [16*] Joan. viii, 53. [17] Joan. x, 33

Digitized by Google

διδάσκει λέγων· « Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας. « Ἀθρητέον δὴ οὖν ἐν τούτοις, ὅτι παρήνεγκε μὲν εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα δι' Υἱοῦ ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ, λελάληκε δὲ πρὸς ἡμᾶς ἐν ἐσχάτοις καιροῖς, οὐχ ὡς δι' ἑτέρου μᾶλλον υἱοῦ τοῦ κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς, καθὰ φρονεῖν ἔδοξέ τισι τῶν διεστραμμένων, ἀλλ' ὡς ἑνὸς ὄντος Υἱοῦ μετὰ τῆς σαρκὸς τοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος Λόγου, ὃς καὶ τῶν αἰώνων ἐστὶ ποιητής. Πάρειμι δὴ οὖν ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων, φησίν· ὥραν δέ φησι τὸ ἔαρ. Φέρε δὴ οὖν καταθρήσωμεν ὡς ἐκ πράγματος ἐμφανοῦς τὰ πνευματικά. Τί τὸ ἔαρ ὀφθὲν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀποτελεῖ; Ἄνθει νέῳ στεφανοῖ τὰ φυτὰ, καὶ ἐξ ἀκαρπίας αὐτὰ μεθίστησι πρὸς ἀπότεξιν, ὧν ἂν φυσικῶς ἕκαστον ἔχοι. Τοιοῦτόν τι καὶ ἐν τοῖς Ἄσμασι τῶν ᾀσμάτων γεγραμμένον εὑρήσομεν· « Ἀνάστα γὰρ, ἐλθὲ, φησὶν, ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου· ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν, ὁ ὑετὸς παρῆλθεν ἑαυτῷ, τὰ ἄνθη ὤφθη ἐπὶ τῆς γῆς, καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθασε. » Χειμῶνος γὰρ παρελάσαντος, τὸ λαμπρὸν ἔαρ ἀνίσχει τῇ γῇ, καὶ ἀνθέων αὐτὴν ἀποφαίνει τροφὸν, καὶ καρπῶν ὡρίμων ποιεῖται μητέρα. Τοιοῦτόν τι καὶ περὶ ἡμᾶς; πέπρακται νοητῶς. Κατεχείμασε γὰρ τὴν ὑπ' οὐρανὸν ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης, ξηρὰν καὶ ἄκαρπον ἀπέφηνεν αὐτήν. Ἦν γὰρ ὅλως οὐδεὶς ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνὸς, « Ἀλλὰ πάντες ἐξέκλιναν ἅμα, ἠχρειώθησαν. » Ἐπειδὴ δὲ μετὰ σαρκὸς ἐπέφανεν ὁ Μονογενὴς, γέγονεν ἡμῖν ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων. Ἀπηνθηκότες γὰρ ὥσπερ καὶ ἁπάσης ἀρετῆς ὡραιότητα τῶν ἰδίων ψυχῶν ἀποβεβληκότες, ἀνεθάλλομεν ἐν αὐτῷ καὶ πνευματικῆς εὐκαρπίας πεπληρώμεθα, ὥστε καὶ δύνασθαι λέγειν τὸ ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ᾀσμάτων· « Ἀδελφιδός μου καταβήτω εἰς κῆπον αὐτοῦ, καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ. » Γέγονε τοίνυν, ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων, καὶ ὡς πόδες εὐαγγελιζομένου ἀκοὴν εἰρήνης, εὐαγγελιζομένου δὲ καὶ ἀγαθά· μεταξὺ γὰρ κειμένης ἡμῶν τε καὶ τοῦ Θεοῦ τῆς ἁμαρτίας, διειστήκειμεν αὐτοῦ, καὶ ἀπενοσφίσθημεν τοῦ Δεσπότου, καὶ τοῖς θείοις αὐτοῦ νόμοις ἀντανιστάμενοι, καὶ Δεσποτικοῖς θελήμασιν ἀντιπράττοντες, καὶ ἐν τάξει πολεμίων κείμενοι. Ἀλλ' ἐπέφανεν ὁ Χριστὸς ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ τὴν μεταξὺ κειμένην ἀφελὼν ἁμαρτίαν, καὶ συμβῆναι παρασκευάσας εἰς φιλίαν τῷ Πατρὶ, καὶ συνάψας ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ· δι' αὐτοῦ γὰρ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν. Ὥσπερ οὖν, εἴ τις ἔρχοιτο, φησὶ, δρομαῖος καὶ ταχὺς, ἁλῶναι λέγων ἐχθροὺς, καὶ ἐπαγγέλλων εἰρήνην, εὐαγγελιζόμενός τε τὰ ἀγαθά· οὕτω καὶ ὁ πάντων Σωτὴρ ἐπεφοίτησε τῷ κόσμῳ μετὰ σαρκὸς, καὶ γέγονεν ἡμῖν εἰρήνης βραβευτὴς πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα, καταργηθέντος τοῦ Σατανᾶ, καὶ πάσης τῆς φάλαγγος αὐτοῦ γενομένης ἐκποδὼν, καὶ ὅτι καιρὸς ἐνέστηκε, καθ' ὃν ἔξεστι τοῖς ἐθέλουσι παντὸς ἐν μεθέξει γενέσθαι καλοῦ ἔψεται γὰρ πάν-

apparuit nobis, quemadmodum scriptum est. Quod etiam Paulus sapientissimus docet, cum ait : « Multifariam et multipliciter olim Deus allocutus patres per prophetas, postremis hisce diebus, allocutus est nos in Filio, quem omnium statuit hæredem, per quem etiam fecit sæcula[18]. » Observandum est ergo hic, quod Deus et Pater res omnes in essentiam produxerit per Filium, locutusque fuerit nobis, extremis temporibus : non quasi alius filius esset secundum carnem, ex muliere, sicuti videntur quidam perversi homines sentire : sed unus est Filius cum **731** carne Verbum propter nos humanitate suscepta, qui etiam sæculorum est conditor. Adsum igitur quasi pulchritudo, inquit, in montibus : ὥραν autem dicit, ver. Agedum ergo videamus velut ex re quæ conspicua est, spiritualia. Ver apparens in montibus, quid efficit? Ornat eos flore recenti, et ex sterilitate fecunditatem gignit, prout cujusque natura fert. Quale etiam in Canticis canticorum scriptum inveniemus : « Surge enim, veni, inquit, propinqua mea, pulchra mea, columba mea. Quia ecce hiems præteriit, imber abiit, recessit sibi, flores apparuerunt in terra, tempus putationis prævenit[19]. » Præterlapsa enim hieme, ver pulchrum in terra oritur, et eam nutricem florum reddit, matremque pulcherrimorum fructuum facit. Cujusmodi etiam de nobis factum est intelligibiliter. Hiemem enim effudit orbi terrarum draco apostata, eumque aridum et infructuosum reddidit. Nec enim quisquam omnino erat qui bonitatem exerceret, ne unus quidem : « Sed omnes declinarunt pariter, et inutiles facti sunt[19a]. » Sed ubi cum carne apparuit Unigenitus, factus est nobis velut pulchritudo in montibus. Cum enim defloruissemus, omnisque virtutis decorem animis nostris ejecissemus, in ipso refloruimus, et spirituali fertilitate abundavimus, ita ut liceat dicere illud in Cantico canticorum : « Nepos meus descendat in hortum suum, et comedat fructum nucum suarum[20]. » Factus est igitur ceu pulchritudo in montibus, et ut pedes evangelizantis auditionem pacis, evangelizantis etiam bona; nam peccato inter nos et Deum intercedente, ab eo separati sumus, et a Domino disjuncti, divinis ipsius legibus resistentes, et Domini voluntati adversantes, et loco hostium habiti. Sed apparuit Christus pax nostra, qui interjectum peccatum amovit, et Patri reconciliavit, sibique nos conjunxit. Per ipsum enim accessum habuimus. Quemadmodum igitur, si quis, inquit, celer et festinus veniret, et hostes captos referret, pacemque nuntiaret, et bona evangelizaret : sic accessit omnium Servator in mundum cum carne, et factus est pacis apud Deum et Patrem administer, abolito Satana omnique ejus phalange e medio exterminata; cumque illud tempus instat, quo licet volentibus **732** omnium bonorum participes esse, sequetur eos semper qui in illum crediderunt, et quæ ejus sunt sapiunt ac faciunt, ut affatim in cœle-

[18] Hebr. I, 1. [19] Cant. II, 10-12. [19a] Psal. XIII, 3. [20] Cant. V, 1.

Digitized by Google

stium bonorum societatem veniant, omnique spe bona pleni sint : donis enim dives est Servator

VERS. 8. *Quia auditam faciam salutem tuam, dicens : Sion, regnabit Deus tuus, quia vox custodientium te intenta est, et voce simul lætabuntur. Quia oculi ad oculos videbunt, quando misertus fuerit Dominus Sion.*

Sion rursus hic vocat, non civitatem aliquam terrestrem, sed potius sanctam Ecclesiam suam, quam ex duobus populis constituit. Scriptum est enim : « Lætamini, gentes cum populo [21]. » Dicitur quoque Christus duo unum fecisse, et interstitium maceriæ diruisse, et legem mandatorum in decretis abrogasse. Patefacta autem evangelica prædicatione, quæ veris decretis referta est, vis legalis umbræ cessavit, id est, cultus et accessus per sanguines. Sion itaque intelligenda est Ecclesia, uti dixi, quam ipse sibi Christus repræsentavit, non habentem maculam aut rugam, imo sanctam, et immaculatam. Hujus salutem auditam fecit, id est, exauditam. Neminem enim omnino in terra degentium latuit evangelicæ prædicationis virtus, nec plane quisquam salutem per Christum non audiit. Dixit enim per lyram Psalmistæ : « Audite hæc, omnes gentes, auscultate omnes inhabitantes orbem terrarum [22]. » Et quemadmodum dæmoniorum memoria periit cum sonitu, id est, insigniter et celebriter, nemo enim dæmoniorum tyrannidis interitum nescivit : sic etiam divina et cœlestis prædicatio audita facta est omnibus ubilibet, salutem afferens his qui apparitionem Christi agnoverunt. Quæ autem hujus prædicationis virtus ? Sion, regnabit Deus tuus. Olim quippe, id est, ante Servatoris nostri adventum, regnum in nos per peccatum obtinuit Satanas, et tyrannicæ sævitiæ jugum totius terræ incolis injectum est. At ubi rex ac Dominus universorum nobis illuxit, disruptis eorum vinculis, et abjecto jugo ejus qui olim oppressit, Dei sceptris cervicem submisimus, et regnavit in nos Deus ac **733** Pater, per Filium. Quæ res nobis, celebritatis ac festivitatis causa exstitit. Psallit nimirum David, et inquit : « Dominus regnavit, exsultet terra [23], » ac iterum : « Psallite sapienter. Regnavit Deus super omnes gentes [24]. » Vocavit quoque ad hoc nos, ut dixi, ipse etiam Servator, dicens : « Venite ad me, omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos : Tollite jugum meum super vos [25]. » Itaque misere viximus, et in extremis malis versati sumus, immani tyranno subjugati, et peccati jugum subeuntes. At sacrosanctæ prædicationis virtus, Christi regnum felix ac faustum annuntiavit, et subditi ei fuimus. Promisit enim, dicens : « Sion, regnabit Deus tuus. » Qui autem et quomodo regnaturus sit, ipse mox declaravit, dicens : « Vox custodientium te in-

τως τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτὸν, καὶ τὰ αὐτοῦ φρονεῖν τε καὶ δρᾶν ἠρημένοις, ἀμφιλαφεστάτην ἔχειν τὴν οὐρανίων ἀγαθῶν μέθεξιν, καὶ ἀπάσης ἐλπίδος ἀναπίμπλασθαι καλῆς· πλουσιόδωρος γὰρ ὁ Σωτήρ.

Ὅτι ἀκουστὴν ποιήσω τὴν σωτηρίαν σου, λέγων· Σιὼν, βασιλεύσει σου ὁ Θεὸς, ὅτι φωνὴ τῶν φυλασσόντων σε ὑψώθη, καὶ τῇ φωνῇ ἅμα εὐφρανθήσονται· ὅτι ὀφθαλμοὶ πρὸς ὀφθαλμοὺς ὄψονται, ἡνίκα ἂν ἐλεήσει Κύριος τὴν Σιών.

Σιὼν μὲν οὖν ὀνομάζει πάλιν ἐν τούτοις, οὐκ ἐπίγειόν τινα πόλιν, τὴν ἁγίαν δὲ μᾶλλον αὐτοῦ Ἐκκλησίαν, ἣν ἐκ τῶν δύο λαῶν συνεστήσατο. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Εὐφράνθητε, ἔθνη, μετὰ τοῦ λαοῦ. » Ποιῆσαι δὲ λέγεται Χριστὸς τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ λῦσαι τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, καὶ τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργῆσαι. Ἀναδειχθέντος δὲ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, ὃ καὶ δογμάτων ἐστὶν ἀληθινῶν κατάμεστον, πέπαυται τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς ἡ δύναμις, τοῦτ' ἔστιν, ἡ δι' αἱμάτων λατρεία καὶ προσαγωγή. Σιὼν οὖν νοητέον τὴν Ἐκκλησίαν, ὡς ἔφην, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ παρέστησεν ὁ Χριστὸς, μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα, ἁγίαν δὲ μᾶλλον καὶ ἄμωμον. Ταύτης ἀκουστὴν ἐποιήσατο τὴν σωτηρίαν, τοῦτ' ἔστιν ἐξάκουστον. Ἔλαθε γὰρ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς παντελῶς οὐδένα, τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ἡ δύναμις· ἀλλ' οὐδὲ ἀνήκοός τις ἀπομεμένηκε τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας. Ἔφη γὰρ καὶ διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος λύρας· « Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη. Ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. » Καὶ ὥσπερ τὸ τῶν δαιμονίων μνημόσυνον ἀπώλετο μετ' ἦχου, τοῦτ' ἔστιν ἐπισήμως καὶ διαβοήτως, ἠγνόησε δὲ οὐδεὶς τῆς τῶν δαιμονίων τυραννίδος τὴν ἀπώλειαν· οὕτω καὶ τὸ θεῖόν τε καὶ οὐράνιον κήρυγμα γέγονεν ἀκουστὸν τοῖς ἁπανταχοῦ, τὴν σωτηρίαν εἰσφέρον τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ. Τίς δὲ ἡ δύναμις τοῦ κηρύγματος; Σιὼν, βασιλεύσει σου ὁ Θεός. Πάλαι μὲν γὰρ, τοῦτ' ἔστι πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας, βεβασίλευκεν ἡμῶν διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ Σατανᾶς, καὶ τυραννικῆς σκαιότητος ἐπέβριπτο ζυγὸς τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Ἐπειδὴ δὲ ἐπέλαμψεν ἡμῖν ὁ τῶν ὅλων βασιλεὺς καὶ Κύριος, διαῤῥήξαντες τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψαντες τὸν ζυγὸν τοῦ πάλαι πλεονεκτήσαντος, τοῖς τοῦ Θεοῦ σκήπτροις ὑπηγάγομεν τὸν αὐχένα, καὶ βεβασίλευκεν ἡμῶν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ δι' Υἱοῦ, καὶ γέγονεν ἡμῖν τὸ χρῆμα πανηγύρεως ἀφορμή. Ψάλλει γοῦν ὁ Δαβὶδ, καί φησιν· « Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. » Καὶ πάλιν· « Ψάλατε δὴ οὖν συνετῶς, ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. » Κέκληκε δὲ ἡμᾶς πρὸς τοῦτο, ὡς ἔφην, καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, λέγων· « Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς. » Οὐκοῦν ἐπράττετο μὲν ἀθλίως, καὶ ἐν ἐσχάτοις ἦμεν κακοῖς, ἀγρίῳ τυράννῳ κατεζευγμένοι, καὶ τὸν τῆς ἁμαρτίας ὑποδραμόντες ζυγόν. Ἡ δὲ τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων δύναμις τὴν τοῦ

[21] Rom. xv, 10. [22] Psal. xlviii, 2. [23] Psal. xcvi, 1. [24] Psal. xlvi, 9. [25] Matth. ii, 28, 29.

Digitized by Google

Χριστοῦ βασιλείαν εὐηγγελίσατο, καὶ ὑπ' αὐτῷ πάντες ἐσμέν. Ἐπήγγελται γὰρ λέγων, ὅτι « Σιὼν, βασιλεύσει σου ὁ Θεός. » Βασιλεύσει δὲ πῶς, ἢ τίνα τρόπον, αὐτὸς εὐθὺς διεσάφησεν, εἰπών, ὅτι « Φωνὴ τῶν φυλασσόντων σε ὑψώθη. » Καὶ φυλάσσοντες δὲ εἶεν ἂν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, ἦγουν ἅπαντες ἁπλῶς οἱ μυσταγωγεῖν εἰδότες καὶ δυνάμενοι, καὶ ὀρθοποδεῖν ἀναπείθοντες τοὺς κεκλημένους, εἴς γε τὸ δύνασθαι κατορθοῦν εὖ μάλα τὸ ἀγαθὸν, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἀντέχεσθαι, καὶ ὀρθὴν ἐπ' αὐτῷ καὶ ἀμώμητον ποιεῖσθαι τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν. Οὗτοι ποιμένες εἰσὶν ἀγαθοὶ φυλάσσοντες τῷ πάντων ἀρχιποιμένι τὰ λογικὰ θρέμματα, καὶ τὰς τῶν ἀτιθάσσων θηρίων ἀποσοβοῦντες ἐφόδους. Τούτων ὑψοῦσθαι λέγει τὴν φωνὴν, τοῦτ' ἔστιν, ἀκουσθῆναι τοῖς πανταχοῦ. Εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτοὺς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· « Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιὼν, ὕψωσον τῇ ἰσχύϊ σου τὴν φωνὴν, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ. » Ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε. Διαπρύσιον γὰρ καὶ οὐδενὶ τὸ σύμπαν ἠγνοημένον τὸ ἀποστολικόν ἐστι κήρυγμα. Ὅτι δὲ πάντα δραμεῖται δι' εὐημερίας αὐτοῖς, καὶ κεκλήσονται μὲν ἑτοίμως οἱ πρὸς οὕσπερ ἂν ὁ παρ' αὐτῶν γένοιτο λόγος, εὐφρανθήσονται δὲ αὐτοὶ λίαν, τοὺς τῆς ἑαυτῶν μυσταγωγίας ὁρῶντες καρποὺς, ἐναργὲς καθίστησι λέγων, ὅτι Τῇ φωνῇ ἅμα εὐφρανθήσονται. Ἅμα γὰρ λαλήσουσι, φησὶ, καὶ ἡ τῶν μεμυσταγωγημένων ἕψεται πληθὺς, καὶ ἀμελ[λ]ητὶ δραμοῦνται πρὸς πίστιν οἱ παιδαγωγούμενοι. Χαρὰ δὲ τοῦτο τοῖς διδάσκειν ἐπιτεταγμένοις. Ἐπιστέλλει γοῦν ὁ Παῦλος τοῖς δι' αὐτοῦ πιστεύσασιν, ὅτι « Χαρὰ καὶ στέφανός μου. » Ὅτι δὲ ταῖς τῶν ἁγίων μυσταγωγίαις τὸ τῶν μυσταγωγουμένων εὐπειθὲς ἠκολούθει πλειστάχου, διὰ πολλῶν ἂν τις ἴδοι, τὴν ἁγίαν καὶ θεόπνευστον Γραφὴν περινοστήσας. Προσελάλουν μὲν γὰρ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τοῖς τῶν Ἰουδαίων τάγμασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί· ἀλλ' ὡς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων γέγραπται· « Προσετέθησαν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τρεῖς χιλιάδες ἀνδρῶν. » Ναὶ μὴν καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ὁμοῦ τῷ μακαρίῳ Σίλᾳ δεσμῶται τυγχάνοντες ὕμνουν κατὰ μέσην νύκτα τὸν Θεόν. Ἐπειδὴ δὲ ἄγγελος ἅγιος ἐπιστὰς τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ πάντων ἀνῆκε δεσμὰ, περιδεὴς γεγονὼς ὁ δεσμοφύλαξ ἠθέλησε μὲν ἑαυτὸν ἀνελεῖν· φωνήσαντος δὲ τοῦ Παύλου· « Μηδὲν πράξῃς σεαυτῷ κακόν· ἅπαντες γάρ ἐσμεν ἐνθάδε· θαυμάσας τὸ παράδοξον, ἐβαπτίσθη σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. » Ὅτι δὲ πρόφασις αὐτῷ θυμηδίας τὸ πρᾶγμα γέγονε, πῶς ἔστιν ἀμφιβαλεῖν; Οὐκοῦν κατὰ πόδα, φησὶν, τῆς μυσταγωγίας τῶν κεκλημένων δραμεῖται τὸ εὐπειθές. Καὶ οἱ ὀφθαλμοί σου πρὸς ὀφθαλμοὺς ὄψονται, ἡνίκα ἂν ἐλεήσει Κύριος τὴν Σιών. Τίνα δὲ ὄψονται, ἢ τὸν τῆς σωτηρίας πρύτανιν, τοῦτ' ἔστι, Χριστόν; Σαρκωθεὶς γὰρ ἦν ὁ Λόγος, καὶ τούτου μάρτυς ὁ Ψαλμῳδὸς, λέγων· « Ὁ Θεὸς ἐμφανὼς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. » Ἤγουν ὅπερ ἔφην, ὅτι Τῇ φωνῇ ἅμα εὐφρανθήσονται, καὶ τοῦτο τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς θεωρήσεις, φησὶ, κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἂν ἐλεήσει Κύριος τὴν Σιὼν, τροσθεὶς ἅπασι τὴν διὰ πίστεως χάριν, καὶ τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἀμφιλαφῆ τὴν ἀπόλαυσιν.

tenta seu elevata est. » Custodientes esse possent divini discipuli, vel etiam quicunque mysteria tradere sciunt, et possunt recto pede insistere, ac persuadere vocatis, ut quod bonum est obeant rectissime, et charitatem in Christum amplectantur, et rectam de eo ac inculpatam fidei confessionem edant. Hi sunt pastores boni, custodientes omnium pastorum principi oves ratione præditas, et indomitorum animantium insultus prohibentes. Horum vocem intendi ait, id est, auditam esse passim omnibus. Dictum est enim ad eos voce Isaiæ : « Montem excelsum conscende, qui evangelizas Sion, intende fortiter vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem [26]. » Intendite, ne timete. Clara enim et nulli non cognita est apostolica prædicatio. Quod autem omnia illis feliciter et prospere fluent, et prompte vocabuntur, ad quos eorum habebitur oratio, et quod ipsi impense gaudebunt, suæ mystagogiæ fructus conspicati, planum facit, inquiens : Voce simul lætabuntur. Quamprimum enim, inquit, loquentur, multitudo initiatorum sequetur, et pædagogia instructi current ad fidem celeriter. Hoc illis gaudio est, qui ad docendum constituti sunt. Scribit enim in Epistola Paulus, his qui per ipsum crediderunt : « Gaudium et corona mea [27]. » Sanctorum autem mystagogiis obedivisse, et obsecutos esse plerumque eos qui mysteria discebant, ex multis sanctæ et divinitus inspiratæ Scripturæ locis **734** videre est, si quis eam percurrerit et perlustraverit. Allocuti enim sunt Hierosolymis Judæorum cohortem divini discipuli : sed, ut in Actis apostolorum scriptum est : « Adjecta sunt uno die tria hominum millia [28]. » Quinimo divinus Paulus et beatus Silas captivi, media nocte Deum laudibus et hymnis celebrabant. Ubi autem sanctus angelus, imminens carceri, solvisset vincula, timuit admodum custos carceris, et seipsum voluit interficere. Clamante autem Paulo : « Nihil tibi mali inferas, sumus enim hic omnes : admiratus rem incredibilem, cum tota domo sua baptizatus est [29]. » Fuisse autem ei hoc lætitiæ causam, et occasionem, dubitari qui potest? Itaque statim, inquit, post mystagogiam, qui vocati sunt, accurrunt obedienter. Et oculi tui ad oculos videbunt, quando misertus fuerit Dominus Sionis. Quem autem videbunt, nisi salutis præsidem et procuratorem, id est, Christum : carnem enim induit Verbum, cujus testis etiam est Psalmista, cum ait : « Deus manifeste veniet, Deus noster, et non obticebit [30] : » Vel etiam quod dixi : Voce simul lætabuntur, etiam hoc, inquit, oculis tuis intuebere, illo tempore, quo miserebitur Dominus Sion, omnibus proponens gratiam per fidem, et cœlestium bonorum fructum uberrimum.

[26] Isa. XL, 9. [27] Phil. IV, 1. [28] Act. II, 4. [29] Act. XVI, 25, 26, 27. [30] Psal. XLIX, 3.

Digitized by Google

VERS. 9, 10. *Erumpant lætitiam simul deserta Jerusalem, quia misertus est Dominus ejus, et eruit Jerusalem. Et patefaciet Dominus brachium suum sanctum in conspectu omnium gentium, et videbunt omnia extrema terræ, salutem quæ est a Deo.*

Erumpere lætitiam, significare potest, vocem tollere, et odas gratiarum actionis resonare, et studio quodam adhibito doxologias meditari, quibus Deus lætetur. Scriptum est enim in libro Psalmorum: « Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, toto die laudem tuam [31-33]. » Qui autem hoc facere voluerint, his ea res afferet lætitiam. Quoniam vero dicit, deserta Jerusalem debere hoc præstare, ad explanandam horum verborum sententiam, illud necesse est dicere. Qui civitatem aliquam latam et longam inhabitant, si numero tot sint, ut eam replere queant, nullum ejus locum relinquunt vacuum : **735** sin numerabiles sint, eo quod multi obierint, aut quod bellum incubuerit, aut alia quædam occasio ad hoc deduxerit, loca quæ sunt in ea, plurima, et habitationes nudæ manent. Cujusmodi sunt Israelitæ passi. Posteaquam enim Dominicidæ exstitissent, et manus plenas sanguine habuissent, a Romanis consumpti sunt bello, adeo ut pauci admodum relicti fuerint superstites, eratque viris destituta sancta civitas. Sed, inquit, deserta ejus lætabuntur. Lugent enim domus, et tristitia quasi plenæ sunt, cum non habent incolas : sed hilares sunt, et veluti rident, si plures sint qui inhabitent. Age ex hac historia aliquid dicamus spirituale. Gentium Ecclesia, id est, gentes quæ crediderunt, quæ etiam nominantur Sion et Jerusalem, principio quidem paucæ erant, et quasi deserta vere exstitit sancta et Dei civitas, id est, Ecclesia. Sed in ea nihil remansit vacuum : quippe impleta est per Christum. Dictum est scilicet : « Tolle undique oculos tuos, et vide congregatos filios tuos [34]. » — « Ecce illi e longinquo veniunt, hi ab aquilone et mari, alii vero ex terra Persarum. Et dices, inquit, in corde tuo : Quis mihi genuit istos ? Ego autem orba et vidua, hi mihi unde erant [35] ? » Et rursus : « Dilata locum tabernaculi tui, et pelles tentoriorum tuorum fige. Ne parcas, adhuc in dextris et in sinistris expande [36] . » Ex omni enim gente, urbe et regione concursus factus est gentium per fidem vocatarum ad Christum : ut ab oriente et austro, occidente et aquilone vocarentur qui conversi sunt, longe plures quam ex sanguine Israel. Atque hoc ipsum significavit propheta Isaias, loquens de Ecclesia et synagoga Judæorum. « Lætare, sterilis quæ non paris, erumpe et clama, quæ non parturis, quia plures filii desertæ, quam habentis virum [37]. » Sterilem enim, non parientem, et ad hæc desertam appellat, Ecclesiam gentium. Erat enim expers liberorum, et deserta, id est, vidua, sermonem omnis boni satorem non habens. Judæorum autem synagogam, viro

A Ῥηξάτω εὐφροσύνην ἅμα τὰ ἔρημα Ἰερουσαλὴμ, ὅτι ἠλέησε Κύριος αὐτὴν, καὶ ἐρρύσατο τὴν Ἰερουσαλήμ. Καὶ ἀποκαλύψει Κύριος τὸν βραχίονα αὐτοῦ τὸν ἅγιον ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ ὄψονται πάντα τὰ ἄκρα τῆς γῆς, τὴν σωτηρίαν τὴν παρὰ Θεοῦ.

Τὸ μὲν ῥῆξαι τὴν εὐφροσύνην κατασημήνειεν ἂν τὸ ἐν τῷ χρήσασθαι φωνῇ, χαριστηρίους ᾠδὰς ἀναφέροντας, καὶ μελέτην ποιεῖσθαι σπουδάζοντας τὰς δοξολογίας, δι' ὧν ἂν εὐφραίνοιτο Θεός. Γέγραπται γοῦν ἐν βιβλίῳ Ψαλμῶν· « Καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου· » καὶ αὐτοῖς τοῖς τοῦτο δρᾷν ἐθέλουσι πρὸς εὐφροσύνην ἔσται τὸ χρῆμα. Ἐπειδὴ δὲ τὰ ἔρημά φησιν Ἰερουσαλὴμ τοῦτο χρῆναι δρᾷν, ἐκεῖνό φαμεν ἀναγκαίως, διατρανοῦν ἐθέλοντες τὴν τῶν προκειμένων διάνοιαν. Οἱ πόλιν οἰκοῦντες εὐρεῖαν καὶ μακρὰν, εἰ μὲν εἶεν τοσοῦτοι τὸν ἀριθμὸν, ὡς δύνασθαι καὶ ἀποπληροῦν αὐτὴν, οὐδένα τόπον αὐτῆς ἀφιᾶσιν ἔρημον· εὐαριθμήτων δὲ ὄντων διὰ τὸ τεθνάναι πολλοὺς, ἢ πολέμου κατασκήψαντος, ἢ καὶ ἑτέρας τινὸς ἀφορμῆς κατενεγκούσης εἰς τοῦτο, τὰ πλεῖστα τῶν ἐν αὐτῇ χωρίων ἤγουν οἰκημάτων ἀπομένουσι γυμνά. Τοιοῦτόν τι πεπόνθασιν οἱ ἐξ Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ γὰρ γεγόνασι Κυριοκτόνοι, καὶ πλήρεις αἱμάτων τὰς χεῖρας ἐσχήκασιν, δεδαπάνηνται τῷ πολέμῳ τῷ παρὰ Ῥωμαίοις, ὡς ὀλίγους κομιδῇ περιλειφθῆναι τοὺς σεσωσμένους, καὶ κένανδρος ἦν ἡ ἁγία πόλις. Ἀλλ' εὐφρανθήσονται, φησὶ, τὰ ἔρημα αὐτῆς. Στυγνοὶ μὲν γὰρ οἶκοι, καὶ κατηφείας ὥσπερ εἰσὶ μεστοὶ τοὺς ἐνοικοῦντας οὐκ ἔχοντες· ἱλαροὶ δέ πως καὶ οἷον γελῶντες, εἰ δὴ πλείστους ἔχοιεν τοὺς ἐνῳκισμένους. Ἀπὸ δὴ τῆς ἱστορίας, φέρε δή τι λέγωμεν τῶν πνευματικῶν· Ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, τοῦτ' ἔστιν οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες, οἳ καὶ Σιὼν ὀνομάζονται, καὶ μέντοι καὶ Ἰερουσαλὴμ, ὀλίγοι μὲν ἦσαν ἐν ἀρχαῖς, καὶ οἷον ἔρημος ἡ ἀληθῶς ἁγία καὶ Θεοῦ πόλις ἐτύγχανε, τοῦτ' ἔστιν ἡ Ἐκκλησία. Ἀλλ' οὐδὲν ἀπομένηκε σχολάζον ἐν αὐτῇ· πεπλήρωται γὰρ διὰ Χριστοῦ. Καὶ γοῦν εἴρηται πρὸς αὐτήν· « Ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου. » « Ἰδοὺ οὗτοι πόρρωθεν ἔρχονται, οὗτοι ἀπὸ βορρᾶ καὶ θαλάσσης, ἄλλοι δὲ ἐκ γῆς Περσῶν. Καὶ ἐρεῖς, φησὶν, ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Τίς ἐγέννησέ μοι τούτους : Ἐγὼ δὲ ἄτεκνος καὶ χήρα, οὗτοι δέ μοι ποῦ ἦσαν; » Καὶ πάλιν· « Πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου, καὶ τῶν αὐλαιῶν σου· πῆξον, μὴ φείσῃ· ἔτι εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον. » Ἐκ παντὸς γὰρ ἔθνους, πόλεως, καὶ χώρας συνδρομὴ γέγονεν ἐπὶ Χριστῷ τῶν ἐθνῶν κεκλημένων διὰ πίστεως, ὡς ἐξ ἠοῦς, καὶ νότου, δύσεώς τε, καὶ βορρέου καλεῖσθαι τοὺς ἐπιστρέφοντας, πολλῷ πλείους ὄντας τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραήλ. Καὶ τοῦτο αὐτὸ καταμεμήνυκε λέγων ὁ προφήτης Ἡσαΐας περὶ τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς· « Εὐφράνθητι, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης

[31-33] Psal. XXXIV, 28. [34] Isa. XLIX, 18. [35] Ibid., 21. [36] Isa. LIV, 2. [37] Ibid., 1

Digitized by Google

τὸν ἄνδρα. » Στείραν μὲν γὰρ τὴν οὐ τίκτουσαν, ἔρημόν τε πρὸς τούτοις ἀποκαλεῖ τὴν Ἐκκλησίαν τὴν ἐξ ἐθνῶν. Καὶ γὰρ ἦν ἄπαις καὶ ἐρήμη, τοῦτ' ἔστι χήρα, τὸν ἀγαθοῦ παντὸς σπορέα λόγον οὐκ ἔχουσα. Τὴν δέ γε τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴν ὕπανδρον εἶναί φησι, διὰ τὸ νόμῳ κατεζεῦχθαι τῷ διὰ Μωσέως, ἐγκύμονά τε γενέσθαι τῶν ἱερῶν θεσπισμάτων, δι' ὧν ἦν δύνασθαι καρποφορεῖν τῷ Θεῷ τὴν ὡς ἐν σκιαῖς ἔτι καὶ τύποις λατρείαν. Ἀλλὰ πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον, τοῦτ' ἔστι τὰ τῆς χήρας, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. Τίνα δὲ τρόπον ἔσται καὶ τοῦτο, διεσάφησε προστιθεὶς, ὅτι Ἀποκαλύψει Κύριος τὸν βραχίονα αὐτοῦ τὸν ἅγιον ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν· καὶ ὄψονται πάντα τὰ ἄκρα τῆς γῆς τὴν σωτηρίαν παρὰ Θεοῦ. Ὅτε γὰρ ἐμφανὴς γέγονεν ἐν τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ὁ βραχίων τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τοῦτ' ἔστιν ὁ Υἱὸς, ὅτε πᾶσιν ἐγνώσθη τοῖς ἔθνεσιν, καὶ τεθέανται τὰ ἄκρα τῆς γῆς, τοῦτ' ἔστιν οἱ ἐκ περάτων εἰς πέρατα, τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν, τὴν διὰ πίστεως δὲ δηλονότι, τότε πεπλήρωται τὰ ἔρημα Ἱερουσαλὴμ, δηλονότι τῆς νοητῆς, καὶ ἀριθμοῦ κρείττων ἡ τῶν κεκλημένων πληθύς. Βραχίονα δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τὸν Υἱὸν ἀποκαλεῖν ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ. Δύναμις γάρ ἐστιν αὐτοῦ καὶ περὶ αὐτῆς φησιν ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Κραταιωθήτω ἡ χείρ σου, ὑψωθήτω ἡ δεξιά σου. » Καὶ πάλιν περὶ τοῦ Θεοῦ Πατρός· « Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησεν ὁ Κύριος· ἔσωσεν αὐτὸν ἡ δεξιὰ αὐτοῦ, καὶ ὁ βραχίων ὁ ἅγιος αὐτοῦ. »

A subjectam esse ait, eo quod legi Mosaicæ subjugata erat, et sacrosanctis feta ac gravida oraculis, quibus posset umbratilis adhuc quasi et typici **736** cultus fructum edere. Sed plures filii desertæ, quam habentis virum. Quomodo autem hoc futurum sit, declaravit cum adjecit : Patefaciet Dominus brachium suum sanctum in conspectu omnium gentium, et videbunt omnes fines terræ salutem Dei. Nam quando illustre factum erat universæ terræ habitatoribus Dei et Patris brachium, id est, quando Filius notus est omnibus gentibus, et viderunt fines terræ, id est, hi qui a termino ad terminum sunt, ejus salutem, per fidem scilicet : tunc repleta sunt deserta Jerusalem, intelligibilis videlicet, et innumerabilis erat vocatorum multitudo. Brachium vero B Dei et Patris, Filium appellare, mos est divinitus inspiratæ Scripturæ. Est etenim ejus potentia, et omnipotens dextera, qua omnia efficit, et de qua divinus David ait : « Roboretur manus tua, extollatur dextera tua [38]. » Rursus de Deo Patre : « Cantate Domino carmen novum, quia mira fecit Dominus, servavit eum dextera ejus, et brachium sanctum ejus [39]. »

Ἀπόστητε, ἀπόστητε, ἐξέλθετε ἐκεῖθεν, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε. Ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῆς, ἀφορίσθητε, οἱ φέροντες τὰ σκεύη Κυρίου, ὅτι οὐ μετὰ ταραχῆς ἐξελεύσεσθε, οὐδὲ φυγῇ. Πορεύσεται γὰρ πρότερος ὑμῶν Κύριος, καὶ ὁ συνάγων ὑμᾶς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ.

Vers. 11, 12. *Recedite, recedite, exite illinc, et immundum ne tangite. Exite enim de medio ejus, separamini, qui portatis vasa Domini, quia neque cum tumultu exibitis, neque per fugam abibitis. Præcedet enim vos Dominus, et qui congregat vos Deus Israel.*

apprehendi manum eorum, ut educerem eos e terra Ægypti; quia illi non permanserunt in testamento meo. Et ego neglexi eos, dicit Dominus. Nam hoc testamentum est quod feriam cum domo Israel post dies illos, dicit Dominus: dabo leges meas in mentem eorum, et cordibus eorum inscribam eas [41]. » Differentiam etiam veteris et novi testamenti ostendit nobis sapiens Joannes, dicens: « Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est [42]. » Gratiam et veritatem appellat institutionem veri et spiritualis cultus per evangelica oracula, quæ cum virtute ac potentia est conjuncta. Moysen enim, cum famulus esset, ministrum esse umbræ non manentis; **776** jugis vero et manentis cultus nuntium eum qui æternus est, Christum dico, oportuit. Quale sit igitur illud æternum testamentum, quod accedentibus ad ipsum per fidem consummabit, planum facit cum subdit statim: Sancta Davidis fidelia. Vel enim pollicitationem factam divino Davidi, de omnium nostrum Servatore Christo, gentibus revertentibus præstandam dicit; vel divina vocat et sacra vaticinia de Christo, qui ex semine David secundum carnem natus est. Sancta dicit illa esse, velut sanctos reddentia eos in quibus insunt: quemadmodum videlicet timorem Dei purum nominavit qui purificat, et vitam evangelicum verbum, quasi vivificans. Dixit enim Christus: « Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus sunt et vita [43], » id est, spiritualia et vivifica. Sancta igitur sunt, quæ sanctificant, et justos ac irreprehensibiles reddunt eos qui illa accipiunt; fidelia quoque, quia fidem faciunt, et stabilitatem fidei et vitæ pietatem his qui ea apprehenderunt, ingenerant. Hæc est enim vaticiniorum Christi virtus et efficacitas. Cum igitur Davidem nominasset, Christum, ex semine Davidis secundum carnem, de eo dicit continuo: « Ecce testimonium gentibus dedi illum, principem et præceptorem inter gentes. » Obtestatur quasi Dominus noster Jesus Christus, greges gentium, quod sint illæ capaces, liceatque volentibus, nullo prohibente, veræ Dei cognitionis luce ditari. Dixit itaque per lyram Psallentis: « Audite hæc, omnes gentes, auribus percipite, omnes qui habitatis orbem terrarum, terrigenæ, et filii hominum, dives simul et pauper. Os meum loquetur sapientiam, et meditatio cordis mei intelligentiam [44]. » Opus enim, opus erat sapientia et intelligentia his qui errarunt, qui ex insigni fatuitate creaturam præ Creatore adorarunt, qui ligna et lapides deos nuncuparunt. Præterea incarnatum est Verbum, quam ob causam innuit Ipsis, dicens: « Spiritus Domini super me. Propterea unxit me, ad evangelizandum pauperibus misit me, ad prædicandum captivis liberationem, et cæcis visum, ad sanandum contritos corde [45]. » Hi enim fuerunt morbi gentium, sed per illum redemptæ sunt. Nam sapientia ditati sunt ab eo, et facti sunt intelligen-

A ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει Κύριος· ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὰς καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. » Τὴν δέ γε διαφορὰν τῆς τε παλαιᾶς καὶ τῆς νέας διαθήκης διέδειξεν ἡμῖν καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης λέγων, ὅτι « Ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. » Χάριν δὲ καὶ ἀλήθειαν τὴν διὰ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἀποκαλεῖ παίδευσιν, τῆς ἀληθοῦς καὶ ἐν πνεύματι λατρείας τὴν δύναμιν ἔχουσαν· ἔδει γὰρ, οἰκέτην μὲν ὄντα Μωσέα, τῆς μὴ μενούσης σκιᾶς γενέσθαι διάκονον· ἐξαγγελέα δὲ τῆς διηνεκοῦς καὶ μενούσης λατρείας, τὸν αἰώνιον, φημὶ δὴ τὸν Χριστόν. Ποῖα τοίνυν

B ἐστὶν αἰώνιος διαθήκη, ἣν δὴ συντελέσει τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ διὰ πίστεως, καθίστησιν ἐναργὲς, ἐπενεγκὼν εὐθύς· Τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Ἡ γὰρ τὴν τῷ θεσπεσίῳ Δαβὶδ δοθεῖσαν ἐπαγγελίαν περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, δοθήσεσθαί φησι τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν, ἤγουν θεῖα καλεῖ τὰ ἱερὰ θεσπίσματα τοῦ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τὸ κατὰ σάρκα Χριστοῦ· ὅσια δέ φησιν αὐτὰ, ὡς ὁσίους ἀποτελοῦντα τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιντο, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἁγνὸν ὠνόμασε, καὶ ἁγνοποιὸν ὄντα, καὶ ζωὴν τὸ ῥῆμα τὸ εὐαγγελικὸν ὡς ζωοποιόν. Ἔφη γάρ που Χριστὸς, ὅτι « Τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ ἐλάλησα ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι καὶ ζωὴ, » τουτέστι πνευματικὰ καὶ ζωοποιά. Ὅσια δὴ οὖν τὰ ὁσιουργὰ, καὶ

C δικαίους καὶ ἀμώμους ἀποφαίνοντα τοὺς δεχομένους αὐτά· πιστὰ δὲ, ὅτι πάλιν πιστοποιά εἰσι, καὶ τὸ ἱδρυμένον ἐν πίστει καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν ζωῇ τοῖς λαβοῦσιν ἐνεργάζεται. Δύναμις γὰρ αὕτη τῶν διὰ Χριστοῦ θεσπισμάτων. Οὐκοῦν Δαβὶδ ὀνομάσας, τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα Χριστὸν, περὶ αὐτοῦ φησι παραχρῆμα· « Ἰδοὺ μαρτύριον ἔθνεσι δέδωκα αὐτὸν, ἄρχοντα, καὶ προστάσσοντα ἔθνεσι. » Διαμαρτύρεται ὥσπερ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὰς ἐξ ἐθνῶν ἀγέλας, ὅτι δεκταὶ γεγόνασι καὶ αὗται, καὶ μέτεστι τοῖς ἐθέλουσιν ἀπείργοντος οὐδενὸς τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας καταπλουτῆσαι φῶς. Ἔφη γοῦν διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος λύρας· « Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη· ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκου-

D μένην, οἱ γηγενεῖς, καὶ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐπὶ τὸ αὐτὸ πλούσιος καὶ πένης. Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου σύνεσιν. » Ἔδει γὰρ, ἔδει σοφίας καὶ συνέσεως τοῖς πεπλανημένοις, οἳ διὰ πολλὴν ἀβελτηρίαν προσεκύνησαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα, ξύλοις καὶ λίθοις ἐπεγράφοντο θεούς. Ἐνηνθρώπησε δὲ ὁ Λόγος, ὅτου χάριν καὶ ἐπένευσεν αὐτοῖς, λέγων· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν. » Ταῦτα γὰρ ἦν τὰ τῶν ἐθνῶν ἀῤῥωστήματα, λελύτρωται δὲ δι' αὐτοῦ· πεπλουτήκασι γὰρ τὴν παρ' αὐτοῦ σοφίαν, καὶ συνετοὶ γεγόνασι, καὶ

[41] Jer. xxxi, 31-33. [42] Joan. i, 17. [43] Joan. vi, 64. [44] Psal. xlviii, 2-4. [45] Isa. lxi, 1.

Digitized by Google

ἀσθενῆ καὶ συντετριμμένην οὐκέτι τὴν διάνοιαν ἔχουσιν, [ἀλλ'] ὑγιῆ τε καὶ ἐρρωμένην, καὶ ἐπιτηδείως ἔχουσαν πρὸς παραδοχὴν, καὶ κατόρθωσιν ἀγαθοῦ παντὸς καὶ σωτηρίου πράγματος. Πλὴν ἄθρει τὸ ἀκριβὲς τοῦ λόγου. Εἰπὼν γὰρ, Εἰς μαρτύριον τοῖς ἔθνεσί δέδωκα αὐτὸν, ἵνα μή τίς τινα τῶν ἁγίων προφητῶν αὐτὸν ὑπάρχειν ὑποτοπήσειεν, ἐνειδείη δὲ μᾶλλον πᾶς ὁστισοῦν, ὅτι τῇ τῆς κυριότητος διαπρέπει δόξῃ. Θεὸς γὰρ ὢν ἐπέφανεν ἡμῖν, οὐ μόνον αὐτὸν μαρτύριον δεδόσθαι φησὶν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἄρχοντα καὶ προστάσσοντα ἔθνεσιν. Οἱ μὲν γὰρ μακάριοι προφῆται, καὶ πρὸ αὐτῶν ἔτι Μωσῆς, μέτρον ἔχοντες τὸ οἰκετικὸν, τὸ, « Τάδε λέγει Κύριος, » ἐπεφώνουν ἀεὶ τοῖς ἀκροωμένοις, οὐχ ὡς προστάσσοντες μᾶλλον, ἀλλ' ὡς θείαις διακονοῦντες φωναῖς· ὁ δέ γε Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς θεοπρεπεστάτους ἐποιεῖτο λόγους. Ἐθαυμάζετο γοῦν καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, καὶ ὅτι ἐδίδασκεν αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ Γραμματεῖς αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἦν ὁ λόγος αὐτῷ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὢν ὁ νομοθέτης μετετίθει τὸ γράμμα πρὸς ἀλήθειαν, καὶ τοὺς τύπους εἰς ἐμφάνειαν τὴν πνευματικήν· ἄρχων γὰρ ἦν, καὶ τοῦ προστάττειν ἔχων τὴν ἐξουσίαν. Ὅτι δὲ περὶ τῶν ἐθνῶν ὁ τῆς προφητείας ἐξυφαίνεται λόγος, ἀναμάθοι τις ἂν, καὶ λίαν ἀμογητὶ, τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ποιουμένου τοὺς λόγους ὡς πρὸς αὐτὸν τὸν ἴδιον Υἱόν. Ἔθνη γὰρ, φησὶν, ἃ οὐκ ᾔδεισάν σε, ἐπικαλέσονταί σε, καὶ λαοὶ, οἱ οὐκ ἠπίσταντό σε, ἐπὶ σὲ καταφεύξονται. Οἱ γὰρ πάλαι Χριστὸν οὐκ εἰδότες, διὰ τὸ ἐν ἀχλύῖ καὶ σκότῳ διατελεῖν, ἐπεκαλέσαντο, τουτέστιν, Θεὸν ἐπεγράψαντο τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐπ' αὐτὸν κατέφυγον, ἐλπίδα, καὶ σκεπαστὴν, καὶ σωτηρίας πρόξενον ὀνομάζοντες, καὶ ὡς Θεὸν ἐπικαλούμενοι· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; Ἕνεκεν Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, φησὶ, τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ὅτι ἐδόξασέ σε· πρόσεισι μὲν γὰρ τῷ Υἱῷ δοξάζοντες αὐτὸν ὡς ἐκ Θεοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ φύσιν, καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ τεκόντος ἔχοντα δόξαν. Ὁ γὰρ δοξάζων τὸν Πατέρα δοξάζει τὸν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ὁ δοξάζων τὸν Υἱὸν συνδοξάζει πάντως αὐτῷ καὶ τὸν ἐξ οὗ γεγέννηται κατὰ φύσιν· ἤγουν καὶ καθ' ἕτερον, εἰ βούλει, τρόπον τοῖς εἰρημένοις προσβάλῃς· « Ὑπάρχων μὲν γὰρ ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ἀμήν. » Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον ἀκλεής τις εἶναι ἐνομίσθη Χριστὸς, ἀναφοιτᾷ πάλιν εἰς τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ θεοπρεπῆ τε καὶ ὑπερτάτην ὑπεροχήν τε καὶ δόξαν, καὶ μετὰ σαρκός. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ δεδόσθαι λέγειν τῷ Υἱῷ παρὰ τοῦ

A tes, et infirmum ac confractum animum **777** non habent amplius, at sanum et ad suscipiendum ac perficiendum omne bonum ac res salutares idoneum. Sed observa orationis elaboratam dispositionem. Dixit enim : In testimonium dedi eum gentibus, ne quis eum e sanctis prophetis aliquem esse suspicaretur ; sed ut omnes quicunque sunt intelligant, dominationis majestate quadam eum præcellere. Deus enim apparuit nobis : nec solum eum datum esse in testimonium dicit, sed principem esse ac præceptorem inter gentes. Beati enim prophetæ, et qui ante eos fuit Moyses, cum famulorum vicem haberent, semper acclamabant auditoribus : « Hæc dicit Dominus : » non velut præcipientes, sed velut divinis vocibus ministrantes. Dominus autem

B noster Jesus Christus verba faciebat Deo convenientissima. Admirationi nempe fuit ipsis Judæis, quod cum potestate conjuncta esset ejus oratio : et docuit eos, quasi potestatem habens, et non ut eorum Scribæ [66,67]. Non enim illius oratio ex umbra legis erat, sed tanquam ipse legislator exsistens, litteram ad veritatem, typos ad spiritualem perspicuitatem traducebat. Princeps enim erat, et præcipiendi potestatem habebat. Propheticam autem orationem de gentibus contexi, facile est illud et quidem sine labore discere : cum Deus et Pater verba faciat quasi cum ipso suo Filio. Gentes enim, inquit, quæ te non noverunt, invocabunt te, et populi qui non sciverunt te, ad te confugient. Nam qui olim Christum ignorarunt, eo quod in cali-

C gine et tenebris versarentur, invocabant, id est, Deum nuncupabant Jesum, et ad eum confugiebant, spem et protectorem, et salutis conciliatorem eum nominantes, et tanquam Deum invocantes. Et quam ob causam ? Propter Dominum Deum tuum, inquit, sanctum Israel, quia gloriosum te fecit. Accedunt enim ad Filium eumque prædicant, quasi natura ex Deo Patre natum, eamdemque cum genitore gloriam habentem. Qui enim illustrat Patrem, et eum qui ex ipso est illustrat ; et qui illustrat Filium, simul cum eo semper illustrat et illum ex quo naturaliter genitus est. Vel, si placet, alio modo jam dictis adde : « Filius enim cum in forma Dei et Patris esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo ; sed inanivit seipsum, forma servi sumpta,

D **778** in similitudine hominum factus, et habitu repertus ut homo » dejecit ipse se « factus obediens usque ad mortem, et quidem mortem crucis. Propter quod et Deus exaltavit eum, et donavit ei nomen supra omne nomen, ut in nomine Jesu Christi omne genu se flectat, cœlestium, terrestrium et subterraneorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus est in gloria Dei Patris. Amen [68]. » Quia enim propter humanitatis conditionem ignobilis quispiam esse Christus putabatur, rursus ad divinam suam et summam præstantiam et gloriam cum carne etiam redit. Idque, opinor, est,

[66,67] Marc. I, 22. [68] Philipp. II, 6-11.

Digitized by Google

datum esse Filio a Patre nomen quod est supra omne nomen. Siquidem dixit ei : « Pater, illustra me ea gloria quam habui, antequam mundus esset, apud te [60]. »

A Πατρὸς τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. Καὶ γοῦν ἔφη πρὸς αὐτόν· « Πάτερ, δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. »

3 Reg. 1

VERS. 6, 7. *Quærite Deum, et in inveniendo eum, invocate. Et postquam vobis appropinquaverit, relinquat impius viam suam, et vir iniquus consilium suum, et convertatur ad Dominum, et misericordiam consequetur, quia multum dimittet peccata vestra.*

Ζητήσατε τὸν Θεὸν, καὶ ἐν τῷ εὑρίσκειν αὐτὸν, ἐπικαλέσασθε. Ἡνίκα δ' ἂν ἐγγίζῃ ὑμῖν, ἀπολιπέτω ὁ ἀσεβὴς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ ἀνὴρ ἄνομος τὴν βουλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπιστραφήτω πρὸς Κύριον, καὶ ἐλεηθήσεται, ὅτι ἐπὶ πολὺ ἀφήσει τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν.

Cum fidei in se viam exposuisset Dominus noster Jesus Christus, dixit Judæis : « Ne murmurate inter vos. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum [60]. » Introducitur etiam persona ipsius Patris, sic Filium alloquens : « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [61]. » Eos enim qui errarunt, hostes aliquando, mundi elementa colentes, et peccati laqueis inevitabiliter irretitos, Pater subjecit Filio. Neque vero dicat quispiam, hoc illi quasi parum potenti et imbecillo tribuisse : omnia enim operatur, et ipse est Parentis dextra omnipotens et fortissima. Sed quia singulari dispensatione ad capiendam humanitatis mensuram eum vocarat : idcirco Pater dicitur omnes suæ quasi potentiæ et sapientiæ Filio subdere. Potens enim efficit per ipsum quod est infirmum, et sapientiam indit ei quod est insipiens. Nec quisquam mente præditus unquam existimet, non valuisse Filium aliquos sibi subjicere : sed cogitet potius, ut jam dixi, per illum omnia Deum et Patrem efficere. **779** Quid ergo hic sibi vult prophetiæ oratio ? Inducit personam Patris, alloquens et compellans gregem gentium : Quærite Deum, quem modo dicebat testimonium datum esse gentibus, et principem eorum ac præceptorem [62] : hunc illico et Deum appellat, et quæri jubet. Inquisitio autem non loco circumscripta est : Divinitas enim incorporea est, nec in loco intelligitur. Implet namque omnia, nec a re ulla abest, sed in studio animæ quodammodo sita est, quæ per pietatis studia, et veram Dei cognitionem, sitit eam quæ cum ipso est conjunctionem. Quadrat hæc conquisitio his qui procul ab eo disjuncti adhuc sunt, intercedente nimirum peccato, et operante in ipsis ignorantia : quibus e medio sublatis, prope ad Deum accedent. Sic enim Paulus sapientissimus his qui ex gentibus sunt scribit, dicens : « Nunc autem qui quondam procul eratis, facti estis propinqui [63]. » Sic quæritur a vobis universorum Deus. Sed interea, inquit, dum invenietis, invocate. Invocate, aliud nihil significat, quam, Ut Deum celebrate, et quærite ab eo vires et promptitudinem tantam, quanta satis esse vobis ad conversionem poterit. Petite ab illo liberationem, et facultatem effugiendi peccati vincula, et manum ejus qui occupavit, id est, Satanæ. Scriptum est enim : « Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero [64]. » Et dum invenitis et

Τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως τὴν ὁδὸν ἐναργῆ καθιστὰς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἔφη που πρὸς Ἰουδαίους· « Μὴ γογγύζετε μετ' ἀλλήλων. Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν. » Εἰσφέρεται δὲ καὶ τὸ αὐτοῦ πρόσωπον B τοῦ Πατρὸς, οὕτω λέγον πρὸς τὸν Υἱόν· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. » Ἐχθροὺς γὰρ ὄντας τοὺς πεπλανημένους ποτὲ, καὶ τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις λατρεύοντας, καὶ τοῖς τῆς ἁμαρτίας βρόχοις ἀφύκτως ἐνισχημένους, ὑπέθηκεν ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ. Καὶ οὐ δή που φαίη τις ἄν, ὡς ἀδυνάτως ἔχοντι προσνέμων [*lσ.* προσνέμειν] τὸ χρῆμα. Πάντα γὰρ ἐνεργεῖ, καὶ αὐτός ἐστιν ἡ τοῦ τεκόντος δεξιὰ πανσθενὴς καὶ ἀλκιμωτάτη. Ἐπειδὴ δὲ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον, καὶ εἰς τὸ χρῆναι λαβεῖν κέκληκεν αὐτὸν οἰκονομικῶς, ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ὁ Πατὴρ λέγεται πάντας ὑποφέρειν, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει, καὶ σοφίᾳ τῷ Υἱῷ· δυναμοῖ γὰρ δι' αὐτοῦ τὸ ἠσθενηκὸς, καὶ σοφοῖ τὸ ἀσύνετον· καὶ οὐκ ἄν τις νοῦν ἔχων οἰηθείη ποτὲ C μὴ δεδυνῆσθαι τὸν Υἱὸν ὑποτάξαι τινὰ ἑαυτῷ· διαλογιεῖται δὲ μᾶλλον ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐργάζεται. Τί οὖν ἄρα καὶ νῦν βούλεται τῆς προφητείας ὁ λόγος ; Εἰσκομίζει τὸ τοῦ Πατρὸς πρόσωπον, ἐπιφωνῶν καὶ λέγων ταῖς τῶν ἐθνῶν ἀγέλαις· Ζητήσατε τὸν Θεὸν, ὃν ἀρτίως ἔφη μαρτύριον δεδόσθαι τοῖς ἔθνεσιν, ἄρχοντά τε αὐτῶν, καὶ προστάττοντα· τοῦτον εὐθὺς καὶ Θεὸν ἀποκαλεῖ, καὶ ζητεῖσθαι προστέταχεν. Ἡ δὲ ζήτησις οὐ τοπική· τὸ γὰρ Θεῖον ἀσώματον, καὶ οὐκ ἐν τόπῳ νοεῖται. Πληροῖ γὰρ ἅπαντα, καὶ οὐδενὸς τῶν ὄντων ἀποδημεῖ, ἀλλ' ὡς ἐν προθυμίᾳ ψυχῆς οἰκειότητα διῴωσης τὴν πρὸς αὐτὸν διὰ τῶν εἰς εὐσέβειαν σπουδασμάτων, καὶ θεογνωσίας τῆς ἀληθοῦς. Πρέποι γὰρ D ἂν ἡ τοιαύτη ζήτησις τοῖς ἔτι μακρὰν, καὶ ἀφεστηκόσιν αὐτοῦ, μεσολαβούσης δηλονότι τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῆς ἐνεργούσης αὐτοῖς ἀγνοίας, ὧν ἐκ μέσου γεγενημένων ἐγγὺς ἔσονται Θεοῦ. Οὕτω γάρ που καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἐπιστέλλει, λέγων· « Νυνὶ δὲ οἵ ποτε ὄντες μακρὰν ἐγενήθητε ἐγγύς. » Οὕτω ζητεῖται πρὸς ὑμῶν ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ἀλλ' ἐν τῷ εὑρίσκειν, ἐπικαλέσασθε, φησί. Τὸ δὲ, ἐπικαλέσασθε, κατασημήνειεν ἂν ἕτερον οὐδὲν, πλὴν ὅτι τὸ, ὡς Θεὸν ὑμνήσατε, καὶ ζητεῖτε παρ' αὐτοῦ δύναμίν τε καὶ προθυμίαν ἀποχρῶσαν ὑμῖν εἰς ἐπιστροφήν. Αἰτήσατε παρ' αὐτοῦ τὴν λύτρωσιν, καὶ τὸ δύνασθαι διαφυγεῖν τὰ τῆς ἁμαρτίας δεσμὰ,

[60] Joan. XVII, 5. [61] Joan. VI, 43, 44. [62] Psal. CIX, 1. [63] Isa. LV, 4. [63] Ephes. II, 13. [64] Psal. XVIII, 4.

Digitized by Google

καὶ τὴν τοῦ πλεονεκτήσαντος χεῖρα, τοῦτ' ἔστι, τοῦ Σατανᾶ. Γέγραπται γάρ, ὅτι « Αἰνῶν ἐπικαλέσομαι τὸν Κύριον, καὶ ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου σωθήσομαι. » Ἐν δὲ τῷ εὑρίσκειν, γενέσθαι δὲ καὶ ἐγγὺς, ἀπολιπέτω ὁ ἀσεβὴς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ ἀνὴρ ἄνομος τὴν βουλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπιστραφήτω ἐπὶ Κύριον, καὶ ἐλεηθήσεται. Οἱ γὰρ ὅλως ἀξιωθέντες κλήσεώς τε καὶ ἐπιστροφῆς, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ χαρισμάτων, προσδοκῶντες τὴν μέθεξιν, ἀποφοιτᾷν ὀφείλουσι τῶν ἀρχαίων ἐπιτηδευμάτων, καὶ τῆς εἰς τὸ φαῦλον ὁδοῦ, καὶ ῥοπῆς τῆς εἰς ἁμαρτίαν, καὶ φιληδονίας σαρκικῆς. Ἐλεηθήσεται γὰρ οὕτως ἐξ ἀληθινῆς καρδίας ποιησάμενος τὴν ἐπιστροφὴν, ὅτι ἀφήσει ἐπὶ πολὺ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. Τὸ δὲ, ἐπὶ πολὺ, φησὶ ἀντὶ τοῦ, παντελῶς καὶ εἰσάπαν· « Οὗ γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία ὑπερπερίσσευσεν ἡ χάρις, » κατὰ τὸ γεγραμμένον· δυσαπόνιπτον γὰρ τῶν ἐν ὑμῖν αἰτιαμάτων οὐδὲν, διασμήχειν ἐθέλοντος Θεοῦ. Γέγραπται γὰρ περὶ τοῦ πάντων Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι « Ἰδοὺ αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων. Καὶ καθιεῖται χωνεύων, καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον. » Βαπτίζει γὰρ ἡμᾶς Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Πῦρ δὲ εἶναί φαμεν τὴν οἷον σμηκτικὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος δύναμιν, πυρὸς δίκην ἐκτήκουσαν τῶν ἐν ἡμῖν πλημμελημάτων τὸν ῥύπον.

A posquam vobis appropinquaverit, relinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationem suam, et revertatur ad Dominum, ac consequetur misericordiam. Qui enim vere digni habiti sunt vocatione et conversione, et participationem donorum ejus exspectabant, debent a pristinis vitæ institutis, a via ad nequitiam, ab impulsione ad peccatum, a carnali voluptatis studio recedere. Consequetur enim hoc pacto misericordiam sanctus, ex vero corde conversus, quoniam multum dimittet peccata vestra. Multum dicit, pro, omnino et in totum. « Ubi enim abundavit peccatum, superabundavit et gratia [55], » secundum id quod scriptum est. Nullum enim crimen in nobis indelebile est, si velit Deus abstergere. Scriptum est enim de omnium nostrum Servatore Christo : « Ecce ipse egredietur quasi ignis conflatorii, et velut herba lavantium. Et **780** sedebit conflans, et emundans tanquam argentum et aurum [56]. » Baptizat enim nos Spiritu sancto et igne [56*]. Ignem autem esse dicimus velut sancti Spiritus vim abstergentem, instar ignis sordes delictorum in nobis liquantem et consumentem.

Οὐ γὰρ εἰσὶν αἱ βουλαί μου, ὥσπερ αἱ βουλαὶ ὑμῶν, οὐδὲ ὥσπερ αἱ ὁδοί μου, αἱ ὁδοὶ ὑμῶν, ἀλλ' ὥσπερ ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, οὕτως ἀπέχει ἡ ὁδός μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν, καὶ τὰ διανοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς διανοίας μου.

VERS. 8, 9. *Non enim sunt cogitationes meæ sicut cogitationes vestræ; neque viæ meæ sicut viæ vestræ. Sed, ut distat cœlum a terra, sic distat via mea a viis vestris, et cogitationes vestræ a cogitatione mea.*

Ἀπιστεῖν οὐκ ἐᾷ διὰ Χριστοῦ χάριτι τοὺς καλουμένους εἰς ἐπιστροφὴν, καὶ λύτρωσιν, καὶ ἀποκάθαρσιν ἁμαρτίας. Τοῦτο πεπόνθασιν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ· Θεοῦ γὰρ καλοῦντος εἰς ἐπιστροφὴν καὶ μετάγνωσιν, τοῖς τοῦ συνειδότος ἐλέγχοις καταδακνόμενοι, καὶ δυσέκνιπτον κομιδῇ τὸν τῆς ἑαυτῶν φαυλότητος ῥύπον λογιζόμενοι, Αἱ πλάναι ἡμῶν, ἔφασκον, ἐν ἡμῖν εἰσιν, καὶ ἐν αὐταῖς ἡμεῖς τικτόμεθα. Καὶ πῶς ζησόμεθα; Καὶ τί πρὸς ταῦτα Θεός; Ἐπιστροφῇ ἀποστρέψατε ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ὑμῶν, οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἔσονται ὑμῖν εἰς κόλασιν ἀδικίας. Ὅταν τοίνυν ἀπιστῆτε, καὶ ὑμεῖς, αὐτός φησι, διαβεβαιουμένου τε καὶ λέγοντος ἐμοῦ τοῦ πάντα ἰσχύοντος, ὅτι Πάσης ὑμᾶς ἀπαλλάξω κηλῖδος, καὶ τῶν πάλαι διεπταισμένων ἐλευθέρους ἀποφανῶ, τότε καθ' ἑαυτοὺς ἐννοήσατε, τίς μὲν ἐγὼ, τίνες δὲ καὶ ὑμεῖς, καὶ ὅτι τοσοῦτον διεστήκασιν ἐκ τῶν ὁδῶν ὑμῶν αἱ ὁδοί μου, καὶ τὰ διανοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς διανοίας μου, ὅση τίς ἐστι καὶ τῶν φύσεων ἡ διαφορά. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ ὑμεῖς, ἐγὼ δὲ Θεός. Οὐκοῦν ἀμέτρητόν τε τὸ μεταξὺ, καὶ ἀπαράβλητα παντελῶς τὰ Θεοῦ. Νικᾷ γὰρ ἰσχύϊ, καὶ δόξῃ, καὶ ἡμερότητι, καὶ οὐδὲν ἔστι παντελῶς ἐν γεννητοῖς, ὃ τοῖς ἐνοῦσιν αὐτῷ πλεονεκτήμασι συνεκτείνεται, ἤγουν ἐγγὺς ὁρᾶται καὶ παραβραχύ. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ ὀργησίαν οὐκ ἔχουσιν· ἔνεστι δὲ τοῦτο τῇ ὑπὲρ πάντα φύσει· οὐ γὰρ κρατεῖται θυμῷ. Πικρὸς ὁ ἄνθρωπος καὶ πολὺς εἰς πονηρίας, ἀγαθὸς δὲ τῇ φύσει Θεὸς, μᾶλλον δὲ

Vocatos ad conversionem et redemptionem ac emundationem peccatorum non sinit gratiæ per Christum diffidere. Quod fecerunt Israelitæ. Deo namque ad conversionem et resipiscentiam vocante, accusationibus conscientiæ compuncti et commorsi, sordesque suæ vitiositatis vix elui posse omnino cogitantes, Errores nostri, inquiebant, in nobis sunt, et nos in illis nati sumus. Et quomodo vivemus? Ad quæ Deus : Serio revertamini a via vestra, domus Israel, et non cedent vobis in supplicium injustitiæ. Quando igitur vos, inquit, diffiditis, me qui omnia possum, affirmante et dicente : Omni vos macula liberabo, et ab inveteratis flagitiis immunes reddam; tunc apud vos cogitate quis ego sim, et qui vos sitis, et tantum vias meas a viis vestris, ac cogitationes vestras a cogitatione mea differre, quanta est etiam naturarum differentia. Vos enim homines estis, ego Deus. Ergo immensum est intervallum, et quæ Dei sunt, omnino sunt incomparabilia. Vincit enim fortitudine, gloria, clementia : nec est quidquam in rerum natura quod excellentiam ejus adæquare, aut prope etiam accedere posse videatur. Homines enim ira non vacant : at hoc omnium summæ naturæ inest, ut quæ ira non teneatur. Acer homo et pronus in nequitiam : at bonus natura Deus, imo potius ipsissima bonitas. Remittet ergo ut Deus, et justificabit impium, ignorantiæ lapsus oblivione obruens, et erroris sordes

[55] Rom. v, 20. [56] Malac. III, 2, 3. [56*] Matth. III, 11.

Digitized by Google

deleus. Alio quoque modo verborum horum consi-
derationi illud adjicias. Olim enim gentium multitudo insipiens **781** erat et facile in omnem fœditatem abripiebatur, et totis quasi velis transversim auferebatur ad ea facienda quæ fas non est dicere. Sed postquam per fidem quæsierunt Deum, invocarunt, et priores suas vias et iniqua consilia reliquerunt; misericordiam ab ipso consecuti sunt, et ad aliam vitam sunt quasi transformati; sapientes facti sunt, utpote sapientiæ participes, omniumque rerum bonarum scientes; jugum pristini erroris excusserunt, peccatum vicerunt, nec amplius lubrico et labili animo præditi sunt, sed firmo, et forti, et parato ad exsequendum ea quibus Deus oblectatur. Sed quando promitto, inquit, hæc, ne diffidite, nec mutabilem fore mentem suspicamini. Non sunt enim consilia mea sicut consilia vestra; nec viæ meæ sicut viæ vestræ. Vobis enim natura hominibus plurima sunt quæ difficulter acquiri ac perfici possunt. Nec enim quidquid vultis facere hoc semper ad finem procurret. At mihi Deo omnia facilia erunt et proclivia, nec omnino quidquam arduum. Tantum enim distant viæ meæ a viis vestris, quantum intelligitur inter terram et cœlum interesse. Incomprehensum vero hoc et immensum, nec id humana mens capere potest. Dixit igitur divinus propheta Isaias: « Quis mensus est manu aquam, et cœlum palmo, et omnem terram pugno? quis appendit montes pondere, et rupes statera? aut quis novit mentem Domini [87]? » οὐρανοῦ· ἀκατάληπτον δὲ τοῦτο παντελῶς, καὶ μέτρου πέρα, καὶ ταῖς ἀνθρώπων διανοίαις οὐχ ἁλώσιμον. Ἔφη γοῦν καὶ ὁ θεσπέσιος προφήτης Ἡσαΐας· « Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; Τίς ἔστησε τὰ ὄρια σταθμῷ, καὶ τὰς νάπας ζυγῷ; ἢ τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; »

αὐτόχρημα τὸ ἀγαθόν. Ἀνήσει δὴ οὖν ὡς Θεὸς, καὶ δικαιώσει τὸν ἀσεβῆ, καταχωννὺς ἀμνηστείαις τὰ ἐξ ἀγνοίας πταίσματα, ἀφανίζων δὲ καὶ τοὺς ἐκ τοῦ πεπλανῆσθαι ῥύπους. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τῇ τῶν προκειμένων θεωρίᾳ προσβαλεῖς. Πάλαι μὲν γὰρ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς ἀσύνετος ἦν, εὔκολος εἰς ἀποφορὰν τὴν εἰσάπαν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων, καὶ ὅλοις ὥσπερ ἱστίοις ἀποφερομένη πρὸς τὸ δρᾷν ἐθέλειν, ἃ μὴ θέμις εἰπεῖν. Ἐπειδὴ δὲ διὰ τῆς πίστεως ἐζήτησαν τὸν Θεὸν, ἀπεκαλέσαντό τε καὶ ἀπέλιπον ἑαυτῶν τὰς πρώτας ὁδοὺς καὶ ἀνόμους βουλὰς, ἠλέηνται μὲν παρ' αὐτοῦ, μετεστοιχειώθησαν δὲ ὥσπερ εἰς ἑτέραν ζωὴν, σοφοὶ γεγόνασιν ὡς σοφίας μέτοχοι, καὶ ἀγαθοῦ παντὸς πράγματος ἐπιστήμονες, ἀπεσείσαντο τῆς ἀρχαίας ἀπάτης τὸν ζυγὸν, νενικήκασι τὴν ἁμαρτίαν, οὐκ εὐπαρακόμιστον ἔτι τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ἐρηρεισμένην δὲ μᾶλλον, καὶ εὐσθενῆ, καὶ πολὺ βλέπουσαν ἐπὶ τὸ χρῆναι πληροῦν τὰ ἐφ' οἵσπερ ἂν ἠσθείη Θεός. Ἀλλ' ὅταν ἐπαγγείλωμαι ταῦτα, φησὶ, μὴ ἀπιστήσητε, μήτε μὴν ἀμήνυτον [ἴσ. ἀνήνυτον] ἔσεσθαι τῆς αὐτῶν γνώμης τὴν μεταβολὴν ὑπολαμβάνετε· οὐ γάρ εἰσιν αἱ βουλαί μου ὥσπερ αἱ βουλαὶ ὑμῶν, οὐδὲ ὥσπερ αἱ ὁδοί μου, αἱ ὁδοὶ ὑμῶν. Ὑμῖν γὰρ ἀνθρώποις οὖσι φύσει πλεῖστά τέ ἐστι τῶν πραγμάτων τὰ δυσερπῆ καὶ ἀνήνυτα. Οὐ γὰρ πᾶν, ὅπερ ἕλοισθε δρᾷν, τοῦτο πάντη τε καὶ πάντως δραμεῖται πρὸς πέρας· ἐμοὶ δὲ ὄντι Θεῷ λεῖα πάντη καὶ εὐήλατα, καὶ οὐδὲν ἀνάντες ὅλως. Τοσοῦτον γὰρ ἀφεστήκασιν αἱ ὁδοί μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν, ὅσον ἂν νοοῖτο τὸ μεταξὺ γῆς τε καὶ οὐρανοῦ. Ἀκατάληπτον δὲ τοῦτο παντελῶς, καὶ μέτρου πέρα, καὶ ταῖς ἀνθρώπων διανοίαις οὐχ ἁλώσιμον. Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; Τίς ἔστησε τὰ ὄρια σταθμῷ, καὶ τὰς νάπας ζυγῷ; ἢ τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; »

VERS. 10, 11. *Etenim quemadmodum cum descendit pluvia vel nix de cœlo, et non revertitur donec inebriet terram, et generet, et germinet, et det semen serenti et panem ad escam : sic erit verbum quod exierit de ore meo ; non revertetur, donec compleverit quæcunque volui.*

Velut exemplo perspicuo et omnibus notissimo persuadere nititur quanta sit nutuum ipsius potentia. Cadit enim pluvia vel nix cœlitus; demissam vero a Deo nemo impedire poterit, sed demittentis scopus ac propositum finem consequitur. Fecundam enim reddit omnem terram, ita ut agricolæ tum seminis tum cibi **782** magnam habeant copiam. Cum enim adest tempus quo plena spica terræ reddatur, non solum quærunt agricolæ quæ ad victum suppeditent, sed etiam quæcunque illis, tempore vocante ad laborandum, sufficiant. Ita, inquit, nemo meum sermonem prohibebit, nec avertetur, id est, non desinet, donec quod mihi visum est, finem capiat. Et vera est hæc oratio. Nam, sicuti propheta Isaias ait: « Quæ Deus

Ὡς γὰρ καταβῇ ὑετὸς, ἢ χιὼν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐ μὴ ἀποστραφῇ ἕως ἂν μεθύσῃ τὴν γῆν, καὶ ἐκτέκῃ καὶ βλαστήσει, καὶ δῷ σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν· οὕτως ἔσται τὸ ῥῆμα ὃ ἂν ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ στόματός μου· οὐ μὴ ἀποστραφῇ, ἕως ἂν συντελέσῃ (1) ὅσα ἠθέλησα.

Ὡς ἐκ παραδείγματος ἐναργοῦς καὶ πᾶσι γνωριμωτάτου πειρᾶται πληροφορεῖν, ὅση τίς ἐστι τῶν αὐτοῦ νευμάτων ἡ δύναμις. Πίπτει μὲν γὰρ ὑετὸς ἢ χιὼν ἐξ οὐρανοῦ, καθιεμένην δὲ παρὰ Θεοῦ διακωλύσειεν ἂν οὐδείς· τρέχει δὲ μᾶλλον εἰς πέρας τοῦ καθιέντος αὐτὸν ὁ σκοπός· εὔκαρπον γὰρ ἀποφαίνει ἅπασαν τὴν γῆν, ὥστε τοὺς γηπόνους ἐν ἀμφιλαφείᾳ γενέσθαι πολλῇ καὶ σπερμάτων, καὶ τροφῆς. Καιροῦ γὰρ ὄντος καθ' ὃν ἂν εὐτραφὴς ὁ στάχυς ἀναδοθείη τῆς γῆς, οὐχὶ μόνα τὰ διαρκέσαι δυνάμενα πρὸς τροφὴν ζητοῦσι γηπόνοι, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅσα πάλιν ἀποχρήσειεν ἂν αὐτοῖς, καιροῦ καλοῦντος ἐπὶ τὸ χρῆναι πονεῖν. Οὕτω, φησὶν, οὐκ ἂν τις τὸν ἐμὸν εἴρξῃ λόγον, οὐδ' ἂν ἀποστραφείη, τουτέστιν, οὐ παύσεται, ἄχρις ἂν εἰς πέρας ἔλθοι τὸ δοκοῦν ἐμοί. Καὶ

[87] Isa. XL, 12, 13.

(1) LXX, τελεσθῇ.

Digitized by Google

ἀληθὴς ὁ λόγος· ὡς γὰρ ὁ προφήτης φησὶν Ἡσαΐας, A sanctus decrevit, quis dissipabit? Et manum excelsam quis avertet [58]? » Quis enim erit tantus ut divino resistat calculo, et Domini voluntati obnitatur? Prorsus nemo. Itaque quidquid egredietur de ore ejus qui vere Deus est, hoc omnino ac semper ad finem tendet. Inest enim illi, et ut omnia præstare possit, et præterea etiam ut non mentiatur. Sed enim demisit nobis mortalibus Deus et Pater, quasi pluviam quamdam divinam et sub intelligentiam cadentem, consolationem per Christum, sive evangelicæ prædicationis administrationem, per quam universa terra redditur frugifera et fecundissima. Psallit nimirum divinus David, et inquit: « Visitasti terram, et inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Rivos ejus B inebria, multiplica germina ejus, in stillicidiis ejus lætabitur germinans [59]. » Quin et voce Moysis, « Descendet, inquit, tanquam pluvia sonus meus, et descendant ceu ros verba mea [59']. » Scribit etiam ad quosdam sapientissimus Paulus: « Deus pacis augeat sementem vestram, et multiplicet germina justitiæ vestræ [60]. » Habuimus itaque in animum ubertatem, accepta spiritali per Christum largitione, ita ut non solum sacrum cibum collegerimus, ac panem vivificum nos habeamus, sed etiam semen serenti. Duces enim populorum, et sacrorum dogmatum periti, quique pædagogi aliis esse possunt, et mystagogiæ sermonem populo subdito prætexere, serunt in cordibus eorum semen quod recondiderunt, quodque prius in animis suis congesserunt. Ut enim sapientissimus Paulus ait: « Dei C agricolatio sumus [61]. » Cooperarii namque sumus Dei, qui nobis dogmatum cognitionem exactam, et sanctæ conversationis scientiam, et omnis **783** boni desiderium inserit. Hic autem est Christus, qui de se ipso dicit: « Exiit qui serit ad serendum semen suum [62]. »

« Ἅ ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος βεβούλευται, τίς διατκεδάσει, καὶ τὴν χεῖρα τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει; » Τίς γὰρ ἔσται τοσοῦτος, ὡς θείαις ἀντιστῆναι ψήφοις, καὶ θελήμασιν ἀνταναστῆναι δεσποτικοῖς; Οὐδεὶς παντελῶς. Οὐκοῦν ὅπερ ἂν ἐκ στόματος ἐξέλθοι τοῦ κατὰ ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ, τοῦτο πάντη τε καὶ πάντως δραμεῖται πρὸς πέρας· ἔνεστι γὰρ τὸ πάντα δύνασθαι κατορθοῦν αὐτῷ, καὶ πρός γε τούτῳ τὸ ἀψευδεῖν. Πλὴν κατέπεμψεν ἡμῖν τοῖς ἐπὶ γῆς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ὑετὸν ὥσπερ τινὰ θεῖόν τε καὶ νοητὸν τὴν διὰ Χριστοῦ παράκλησιν, ἤτοι τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων τὴν χορηγίαν, δι' ἧς εὔκαρπος καὶ γονιμωτάτη γέγονεν ἡ σύμπασα γῆ. Ψάλλει γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, καί φησιν· « Ἐπεσκέψω τὴν γῆν, καὶ ἐμέθυσας αὐτὴν, ἐπλήθυνας τοῦ πλουτίσαι αὐτήν· τοὺς αὐλακας αὐτῆς μέθυσον, πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς, ἐν ταῖς σταγόσιν αὐτῆς εὐφρανθήσεται ἀνατέλλουσα. » Καὶ μὴν καὶ διὰ φωνῆς Μωσέως, « Καταβήσεται, φησὶν, ὡς ὑετὸς τὸ ἀπόφθεγμά μου, καὶ καταβήτω ὡς δρόσος τὰ ῥήματά μου. » Ἐπιστέλλει δέ τισι καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης αὐξήσαι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ πληθύναι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. » Οὐκοῦν εὐκαρπίαν ἐσχήκαμεν τὴν πνευματικὴν, τὴν διὰ Χριστοῦ χορηγίαν λαβόντες εἰς νοῦν, ὥστε μὴ μόνον τὴν ἱερὰν συλλέξαι τροφὴν, ἤτοι τὸν ἄρτον ἔχειν ἡμᾶς τὸν ζωοποιὸν, ἀλλὰ γὰρ καὶ σπέρμα τῷ σπείροντι. Οἱ γάρ τοι λαῶν προεστηκότες, καὶ δογμάτων ἱερῶν ἐπιστήμονες, καὶ παιδαγωγεῖν ἑτέρους οἷοί τε καὶ τὸν τῆς μυσταγωγίας τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς ἐξυφαίνοντες λόγον, σπείρουσιν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, ὃν ἐθησαύρισαν αὐτοῖς σπόρον, προκατασωρεύσαντες ἐν ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς. Ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος Παῦλός φησιν, « Θεοῦ γεώργιόν ἐσμεν· » συνεργοὶ γὰρ Θεοῦ τοῦ σπείροντος ἐν ἡμῖν, καὶ δογματικῆς εὐτεχνίας γνῶσιν ἀκριβῆ, καὶ πολιτείας εὐαγοῦς ἐπιστήμην, καὶ παντὸς ἔφεσιν ἀγαθοῦ πράγματος· οὗτος δέ ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὃς δὴ καὶ περὶ αὐτοῦ φησιν· « Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ. »

Καὶ εὐοδώσω τὰς ὁδούς μου, καὶ τὰ ἐντάλματά μου. Ἐν γὰρ εὐφροσύνῃ ἐξελεύσεσθε, καὶ ἐν χαρᾷ διδαχθήσεσθε.

Vers. 12. *Et prosperabo vias meas et præcepta mea. Nam cum lætitia egrediemini, et cum gaudio docebimini.*

Ὑποσχόμενος ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἐλεηθήσονται τοὺς τῆς ἁμαρτίας ἀπονιψάμενοι ῥύπους, εἶτα καθαροὶ γεγονότες αὐτῷ συναφθήσονται πνευματικῶς, ἔσονται δὲ οἱ μακρὰν ἐγγὺς, καὶ ταῖς παρ' αὐτοῦ φιλοτιμίαις καταπιανθήσονται, καὶ διὰ μέσου παρενθεὶς τὰ δι' ὧν ἦν δύνασθαι πιστεύειν αὐτοὺς, ὅτι καὶ ἀψευδὴς ἦ, Θεὸς ὢν φύσει, καὶ τῶν δυνάμεων Κύριος, ἔρχεται πάλιν τῶν ἐφεξῆς, ἤτοι τῆς ἀπαριθμήσεως τῶν δοθησομένων αὐτοῖς πνευματικῶν χαρισμάτων. Εὐοδώσω γὰρ, φησὶ, τὰς ὁδούς μου, καὶ τὰ ἐντάλματά μου· μέγα τοῦτο καὶ ἀξιόληπτον ἀγαθὸν, καὶ ξένιον οὐρανοῦ· καὶ τίνα τρόπον, ἐροῦμεν. Τοῖς μὲν γὰρ ἐκ φιληδονίας κοσμικῆς εἰς εὐσχήμονα ζωὴν μεθορμίζεσθαι βουλομένοις οὐκ ἄτραχυ τὸ χρῆμά ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲ βάσιμον ἐν ἀρχαῖς. Ἀντανίσταται γὰρ αὐ-

Cum sit pollicitus plenissimam consecuturos esse misericordiam, qui peccati sordes eluerint, et qui, mundi facti, fuerint conjuncti cum eo spiritualiter, ac fore propinquos qui longinqui fuerunt, ac munificentia ejus saginandos ac recreandos; cumque in medio interposuerit ea unde fidem facere posset se verum esse natura Deum ac Dominum exercituum: rursus quæ sequuntur prosequitur, et continuat enumerationem spiritualium donorum quæ illis dabuntur. Prosperabo, inquit, vias meas et præcepta mea. Magnum hoc, et non aspernandum beneficium, et donum cœleste: quomodo autem, dicemus. Qui enim a mundanæ voluptatis amore ad honestam vitam transire volunt, hi primum in aspera re ac non ita prona et pervia versantur. Adversatur enim illis tritæ quasi consue-

[58] Isa. XIV, 27. [59] Psal. LXIV, 10. 11. [59'] Deut. XXXII, 2. [60] II Cor. IX, 10. [61] I Cor. III, 9. [62] Matth. XIII, 3.

Digitized by Google

tudinis dulcedo, et mentem eorum tristitia velut inebriat. Nec enim carnis affectus facile sunt evitabiles, nec proclive est volentibus, ad virtutem currere. At prosperante ac promovente Deo, et loca invia et prærupta alleviante et complanante, facillime quis affectuum assultus fugere poterit, et fortissime ad virtutum culmen assilire. Scriptum est enim : « Montes excelsi cervis [65]. » Quid ergo promisit Deus in ipsum credentibus ? Prosperabo vias meas, et mandata mea, et non cum tristitia egrediemini, sed cum gaudio docebimini. Hoc demum est, opinor, quod alibi rursus dixit Scriptura prophetica : « Via piorum recta facta est, et præparata via piorum [66]. » Via enim Domini judicium. Alius etiam e sanctis prophetis, « Rectæ, » inquit, « sunt viæ Domini, et justi ambulabunt in eis : impii autem infirmabuntur in eis [67]. » Deo enim illis vias non levigante, per illas ferri non poterunt. Quod enim, ut dixi, donum cœleste sit, vias divinas ire posse, et implere mandata quibus ad Deum aliquis feratur, docuit, cum velut de Synagoga Judæorum, **784** Propterea ecce ego, inquit, obstruam vias ejus sudibus, et quæret vias, et non inveniet. Itaque me, inquit, prosperante mandata, cum lætitia egrediemini : id est, dolori non succumbetis, nec corde pungemini, et affectibus vacui eritis, et tad meliorem et admirandam vitam transcurretis. Docebimini enim gaudentes, et sacrosanctis sermonibus vosmet oblectantes. Nimirum divinus David : « Quam dulcia, » inquit, « faucibus meis oracula tua ! Supra mel et favum ori meo [68], » ac prudentissime affirmavit gaudendum in illis magis quam in omnibus divitiis. Cum gaudio accurrere intelligi possunt et aliter. Liberati enim a pristino errore, gaudentes vocationem a Deo arripiunt. Quod verum esse, ex ipsis rebus videre licet.

τοῖς ὥσπερ τῆς ἐντριβοῦς συνηθείας τὸ γλυκὺ, καὶ καταμεθύσκει ταῖς λύπαις τὸν ἐν αὐτοῖς ὄντα νοῦν. Οὐκ εὐδιάφυκτα γὰρ τὰ τῆς σαρκὸς πάθη, οὔτε μὴν τοῖς ἐθέλουσιν εὐτριβὲς τὸ τρέχειν εἰς ἀρετήν. Εὐοδοῦντός γε μὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ δυσπόρευτα καὶ ἀνάντη ψιλὰ τιθέντος καὶ εὐήλατα, φύγοι τις ἂν καὶ μάλα ῥᾳδίως καὶ τὰς τῶν παθῶν προσβολὰς, εὐσθενέστατα δὲ καὶ εἰς τὰ τῶν ἀρετῶν ὑψώματα διαπηδήσειεν. Γέγραπται γάρ· « Ὄρη τὰ ὑψηλὰ ταῖς ἐλάφοις. » Τί τοίνυν Θεὸς ἐπαγγέλλεται τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύσασιν; Εὐοδώσω τὰς ὁδούς μου, καὶ τὰ ἐντάλματά μου, καὶ οὐκ ἐν λύπῃ ἐξελεύσεσθε, ἀλλ' ἐν χαρᾷ διδαχθήσεσθε. Τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶν, ὅπερ ἔφη πάλιν ἑτέρωθί που τὸ γράμμα τὸ προφητικόν· « Ὁδὸς εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ παρεσκευασμένη ἡ ὁδὸς τῶν εὐσεβῶν. » Ἡ γὰρ ὁδὸς Κυρίου κρίσις. Ἕτερος δὲ τῶν ἁγίων προφητῶν, « Εὐθεῖαι, φησὶν, αἱ ὁδοὶ Κυρίου, καὶ δίκαιοι πορεύσονται ἐν αὐταῖς, οἱ δὲ ἀσεβεῖς ἀσθενήσουσιν ἐν αὐταῖς. » Θεοῦ γὰρ αὐτοῖς τὰς ὁδοὺς οὐ καταλειαίνοντος, οὐκ ἂν ἰσχύσειαν φέρεσθαι δι' αὐτῶν. Ὅτι γὰρ ξένιόν ἐστιν, ὡς ἔφην, οὐρανοῦ τὸ τὰς θείας δύνασθαι βαδίζειν ὁδοὺς, καὶ πληροῦν τὰ ἐντάλματα, δι' ὧν ἄν τις ἐλάσαι πρὸς Θεὸν, ἐδίδαξεν εἰπὼν ὡς περὶ τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς· Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ, φησὶ, φράσσω τὰς ὁδοὺς αὐτῆς ἐν σκόλοψι, καὶ ζητήσει τὰς ὁδοὺς αὐτῆς, καὶ οὐ μὴ εὕρῃ. Οὐκοῦν ἐμοῦ, φησὶν, εὐοδοῦντος τὰ ἐντάλματα, ἐν εὐφροσύνῃ ἐξελεύσεσθε, τουτέστιν, ἀμείνους ἔσεσθε λύπης, οὐ καταδηχθήσεσθε τὴν καρδίαν, ἔξω γεγονότες παθῶν, καὶ εἰς τὴν ἀμείνω καὶ τεθαυμασμένην μετατρέχοντες ζωήν. Διδαχθήσεσθε γὰρ χαίροντες, καὶ τοῖς ἱεροῖς ἐντρυφῶντες λόγοις. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ· « Ὡς γλυκέα, φησὶ, τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου ! ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τῷ στόματί μου. » Χαίρειν δὲ μᾶλλον ἐπ' αὐτοῖς διεβεβαιοῦτο, καὶ μάλα ἐμφρόνως ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ· ἐν χαρᾷ δὲ καὶ ἑτέρως νοηθεῖεν ἂν ἐκτρέχοντες· ἀπαλλαττόμενοι γὰρ τῆς ἀρχαίας ἀπάτης, ἁρπάζουσι χαίροντες τὴν παρὰ Θεοῦ κλῆσιν, καὶ ἀληθὲς τοῦτο ὑπάρχον ἐξ αὐτῶν ἔνεστι τῶν πραγμάτων ἰδεῖν.

VERS. 11. *Montes enim et colles exsilient, exspectantes vos cum gaudio, et omnia ligna agri applaudent ramis. Et pro sæva succrescet cyparissus, et pro conyza crescet myrtus. Et erit Dominus in nomen, et in signum æternum, et non deficiet.*

Τὰ γὰρ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ ἐξαλοῦνται προσδεχόμενα ὑμᾶς ἐν χαρᾷ, καὶ πάντα τὰ ξύλα τοῦ ἀγροῦ ἐπικροτήσει τοῖς κλάδοις, καὶ ἀντὶ τῆς στοιβῆς ἀναβήσεται κυπάρισσος, ἀντὶ δὲ τῆς κονύζης ἀναβήσεται μυρσίνη. Καὶ ἔσται Κύριος εἰς ὄνομα, καὶ εἰς σημεῖον αἰώνιον, καὶ οὐκ ἐκλείψει.

Montes hic dicit superas et cœlestes potestates, quæ a Deo constitutæ sunt in subsidium mortalium. Sunt enim spiritus administri, qui legantur ad ministerium, propter eos qui salutem adipiscentur, et gaudent super uno peccatore resipiscente [66*]. Equidem merito comparari possunt montibus, quippe qui altam dignitatem obtineant, pro virtutis ipsorum magnitudine. Vel etiam montes accipies pro his qui docendi munus habent in Ecclesiis, nihilque humile sapiunt, sed quæ supera sunt quærunt, et supra res terrenas transiliunt. Colles autem pro his sumes qui illis auctoritate inferiores sunt, et quasi eorum gloriæ subsident et subjiciuntur. Sunt enim

Ὄρη φησὶν ἐν τούτοις τάχα που τὰς ἄνω τε καὶ ἐν οὐρανῷ δυνάμεις, αἳ δὴ καὶ τετάχαται παρὰ Θεοῦ πρὸς ἐπικουρίαν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Πνεύματα γάρ εἰσι λειτουργικὰ πεμπόμενα πρὸς διακονίαν διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, χαίρουσι δὲ καὶ ἐφ' ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. Ναὶ μὴν καὶ ὄρεσι παρεικάζοιντο ἂν εἰκότως ὡς τὸ ὑψοῦ λίαν εἶναι λαχόντες, κατά τε τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀρετῆς τὸ μέγεθος. Ἡγοῦν ὄρη μὲν ἐκλήψῃ τοὺς τὸ διδασκαλικὸν ἐν Ἐκκλησίαις ἔχοντας ἐπιτήδευμα, καὶ φρονοῦντας μὲν τῶν χαμαιπετῶν οὐδὲν, ζητοῦντας δὲ μᾶλλον τὰ ἄνω, καὶ τῶν γηΐνων ἀναπηδήσαντας· βουνούς γε μὴν τοὺς τῆς ἐκείνων ὑπεροχῆς ἡττωμένους, καὶ οἷον

[65] Psal. ciii, 18. [66] Isa. xxvi, 7. [67] Ose. xiv, 10. [68] Psal. cxviii, 103. [66*] Hebr. i, 14; Luc. xv, 7.

Digitized by Google

ὑποκαθημένους αὐτῶν τὴν δόξαν. Μέτρα γὰρ ἐν Ἐκ- A
κλησίαις εἰσὶ καὶ τιμῆς καὶ λειτουργιῶν· ταῦτά
φησι τὰ ὄρη τὰ νοητὰ, καὶ σὺν αὐτοῖς οἱ βουνοὶ ἐξ-
αλοῦνται, τουτέστιν ἀνασκιρτήσουσι, χαίροντα δηλονότι
διὰ τὴν ὑμῶν ἐπιστροφήν τε καὶ κλῆσιν, καὶ προσ-
δέξονται ὑμᾶς μετὰ χαρᾶς· ἐπιγαννύμεθα γὰρ οὐ
μετρίως, ὅταν τινὲς τῶν πεπλανημένων, τὸ ἐν ἀχλύῖ
καὶ σκότῳ διατελεῖν ἔτι μεθέντες, πρὸς τὸ τῆς ἀλη-
θοῦς θεοπτίας ἄττουσι φῶς. Οὕτως αὐτοῖς καὶ ὁ πάν-
σοφος Παῦλος προσεφώνει, λέγων· « Χαρὰ καὶ στέφα-
νός μου. » Ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ξύλα τοῦ ἀγροῦ, φη-
σὶν, ἐπικροτήσει τοῖς κλάδοις. Καὶ ξύλα νοήσεις ἀγροῦ
τοὺς τελοῦντας ἐν λαοῖς. Εὐανθὴς γὰρ τοῦ Σωτῆρος ὁ
κῆπος. Καὶ γοῦν ἐπείπερ ἐστὶν εὐθαλής τε καὶ εὔ-
καρπος ἡ ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ἀσμάτων γραφομένη
νύμφη, φησί· « Καταβήτω ὁ ἀδελφιδός μου εἰς κῆπον B
αὐτοῦ, καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ. » Οὐκ-
οῦν τὰ ξύλα τὰ νοητὰ τοῖς κλάδοις ἐπικροτήσει, φησί.
Χαίρουσι γὰρ οἱ πιστεύσαντες, καθάπερ ἀμέλει καὶ
τὰ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ, τουτέστιν, οἱ καθηγεῖσθαι λα-
χόντες λαῶν, ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν καλουμένων εἰς
ζωὴν, καὶ τῆς ἀχράντου μυσταγωγίας εἰς πέρας, δι'
ἧς τὸ θεῖον αὐτοῖς ἐνίσταται φῶς. Εἶτα ὅτι πλείστη τις
ἔσται τῶν κεκλημένων μεταβολὴ πρὸς τὸ ἀσυγκρίτως
ἄμεινον, διαδείκνυσιν εὐθὺς λέγων, ὡς ἀντὶ τῆς στοι-
βῆς ἔσται κυπάρισσος, ἀντὶ δὲ τῆς κονύζης ἀναβήσε-
ται μυρσίνη. Στοιβὴν καὶ κόνυζαν πικρὰς, καὶ ἀπρος-
βλήτους [*al.* ἀποβλήτους] ἀκάνθας εἶναί φασιν, ἐντε-
θῆλασι δὲ χωρίοις μὲν τοῖς ὑπὸ γηπόνους οὐδαμῶς,
χέρσῳ δὲ καὶ ἀλμάδι χαίρουσι γῇ. Τοιοῦτοί τινες C
ἦσαν οἱ πλανώμενοι, καὶ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτί-
σαντα λατρεύοντες. Ἐπειδὴ δὲ κέκληνται πρὸς ἐπί-
γνωσιν ἀληθείας, ἀφέντες τὸ εἶναι στοίβη, καὶ κόνυζα,
μετακεχωρήκασι νοητῶς εἰς τὰ εὐμήκη καὶ εὐοσμό-
τατα τῶν φυτῶν. Χρηματίζουσι γὰρ κυπάρισσος καὶ
μυρσίνη. Μέγα τοίνυν τὸ θαῦμα τοῦ γηπονοῦντος τὴν
Ἐκκλησίαν, τουτέστι, τοῦ Χριστοῦ. Μεθίστησι γὰρ
τὰς ἀκάνθας εἰς τὰ εὐγενῆ καὶ ἐξαίρετα τῶν φυτῶν,
καὶ ἑτέρους ἀνθ' ἑτέρων ἀποφαίνει πατρικῶς [*γρ.*
πνευματικῶς]. Εὑρήσομεν δὲ τοῦτο γεγονὸς καὶ ἐν
τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ. Στοιβὴ γὰρ ὄντες καὶ κόνυζά
ποτε Ματθαῖος καὶ Παῦλος· ὁ μὲν γὰρ ἦν τελώνης,
ὁ δὲ διώκτης καὶ ὑβριστής· φωστῆρες γεγόνασιν
οἰκουμενικοὶ, καὶ Χριστὸν εὐωδιάζουσιν ἐν παντὶ
τόπῳ, ἔν τε τοῖς σῳζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμέ- D
νοις, καθά φησιν ὁ ἱερώτατος Παῦλος. Ὅτι δὲ ὁ τού-
των πάντων χορηγὸς καὶ πρύτανις ἐν ἀτελευτήτῳ
κείσεται δόξῃ καὶ διαμονῇ, διδάσκει λέγων, ὅτι Ἔσται
Κύριος εἰς ὄνομα, καὶ εἰς σημεῖον αἰώνιον, καὶ οὐκ
ἐκλείψει· ὄνομα δέ φησιν ἐν τούτοις τὴν δόξαν, ση-
μεῖον δὲ, ὥς γε οἶμαι, τὴν διὰ σταυροῦ φαιδρότητα,
δι' οὗ καὶ σεσώσμεθα, ἐτόμεθα δὲ ἀκαταλήκτως ἐν τούτῳ. Ἐκλείψει γὰρ ἡμῖν ἡ παρ' αὐτοῦ χάρις κατ'
οὐδένα καιρὸν ἢ τρόπον.

mensuræ et gradus honoris] ac ministeriorum in Ecclesiis. Hi, inquit, montes sub intelligentiam cadentes, et cum illis colles, exsilient, id est, saltabunt, gaudentes videlicet, propter vestram conversionem et vocationem, et cum gaudio vos recipient. Non enim mediocri lætitia afficimur, cum aliqui eorum qui erraverunt, caligine et tenebris relictis, ad veræ Dei **785** contemplationis lucem emicant. Sic eos etiam affatur sapientissimus Paulus, dicens : « Gaudium et corona mea[67]. » Sed et omnia ligna agri, inquit, applaudent ramis. Ligna agri intelliges eos qui in populo censentur. Est enim hortus Servatoris floridus. Et quidem viridem esse ac frugiferum narrat Sponsa, quæ in Cantico canticorum describitur : « Descendat nepos meus in hortum suum, et comedat fructum nucum suarum[68]. » Itaque ligna intelligibilia applaudent, inquit, ramis. Gaudent enim credentes, non aliter videlicet quam montes et colles, id est, qui præsunt populo, de salute eorum qui ad vitam et ad puræ mystagogiæ perfectionem vocati sunt, per quam divina illis lux affulget. Fore autem eorum qui vocati sunt maximam mutationem ad id quod incomparabiliter præstat, ostendit cum dicit: Pro stœba erit cyparissus, pro conyza crescet myrtus. Stœbam et conyzam amaras spinas et rejectitias esse dicunt : crescunt autem in locis ad agriculturam non accommodis, sed terra inculta et salsuginosa gaudent. Tales sunt qui errant, et creaturam præ Creatore colunt. Postquam autem vocati sunt ad agnitionem veritatis, stœba et conyza esse desinunt, ac vergunt intelligibiliter in proceras et pulcherrimas arbores. Nam cyparissus nuncupantur et myrtus. Magnum itaque est miraculum ejus qui colit Ecclesiam, id est, Christi. Transponit enim spinas in nobiles et præstantes arbores, et alias ex aliis facit spiritualiter. Hoc factum esse inveniemus in Israelitis. Matthæus enim et Paulus, quorum ille publicanus, hic persecutor et ferox erat, cum essent quondam stœba et conyza, facti sunt totius orbis publica lumina, et Christum in omni loco, tum in servatis, tum in perditis redolent, quemadmodum inquit Paulus sanctissimus[68*]. Quod autem omnium horum suppeditator ac largitor æterna gloria et nominis perpetuitate sit potiturus, docet cum ait : Erit Dominus in nomen et in signum sempiternum, et non deficiet. Nomen hic vocat gloriam ; signum, ut ego quidem censeo, crucis splendorem, per quam etiam servati sumus, in qua etiam jugiter permanebimus. Nunquam enim ejus gratia ullo tempore aut modo nos deficiet.

ΤΟΜΟΣ ΤΡΙΤΟΣ. 3241

786 TOMUS TERTIUS.

Τάδε λέγει Κύριος· Φυλάσσεσθε κρίσιν, ποιήσατε δικαιοσύνην. Ἤγγικε γὰρ τὸ σωτήριόν μου

CAP. LVI. VERS. 1. *Hæc dicit Dominus : Custodite judicium, facite justitiam. Appropinquavit enim*

[67] Philip. IV, 1. [68] Cant. V, 1. [68*] II Cor. II, 16.

Digitized by Google

salutare meum ut veniat, et misericordia mea, ut patefiat.

De gentium vocatione per fidem, videlicet in Christo, pluribus verbis egit in paulo superioribus : quo confecto, transit iterum ad commonefaciendum Israelitas. Natura enim bonus Deus omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire [68]. Quoniam autem solebant propter nobilitatem patrum supercilium tollere, et hac sola de causa altum sapere, et quia hoc sibi putabant satis esse, etiamsi nulla probæ vitæ laus eluceret, conatur probare inanem fore illis omnino in hisce rebus tumorem : sed eos docet excellentem gloriam consequi, qui ea quæ injuncta sunt, exsequuntur, et in factis splendorem ambiunt. Custodite igitur, inquit, judicium, id est, rectum judicium, vel divina judicia, scilicet mandata. Facite justitiam. Non enim modo divinis legibus velle adhærere satis est, et a præstandi ac perficiendi officio discedere, sed oportet porro sacrorum judiciorum custodes apparere, et omni bonorum operum genere excellere. Ne vero quis nostrum putet his verbis Israelitas ad observationem legis, quæ in umbris nimirum sita est et in typis, excitari : justificatur enim nemo in lege apud Deum, quemadmodum Paulus ille ter optimus scripsit [69] : prope esse dicit salutare suum, et misericordiam patefaciendam. Misericordiam et salutare vocat Christum : per ipsum enim misericordiam adepti sumus, et remissionem ac salutem per fidem lucrati : Simile esse dicimus hoc illi quod a Deo dictum est ad beatum Abbacum : « Adhuc paululum, qui venit veniet, et non moram trahet [70]. » Patefieri, dicit pro manifestari. Siquidem prænuntiarunt beati prophetæ Servatoris adventum, **787** et patefactus est mortalibus, quando potenti dominatori visum est. Quod etiam divinus David docebit, dicens : « Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium revelavit justitiam suam [71]. » Manifestatus enim est Christus gentibus, qui est salutare et justitia, quippe in ipso, ut jam dixi, Deus ac Pater nos servavit et justificavit.

VERS. 2. *Beatus vir qui facit hæc, et homo qui retinet hæc, et custodit Sabbata, ut non profanet ea, et servat manus suas, ne faciant injustitiam.*

Cognata sunt hæc jam dictis, et eodem tendunt : sed habet oratio quædam observatione digna. Considera enim quo pacto dicat eum beatum esse, non simpliciter qui ex semine Abrahæ est, non qui carnali nobilitate turget, et in eo inani superbia insolescit, sed illum in quo bonæ et illibatæ vitæ velut splendida et illustris dignitas inesse cernitur et enitescere. Tale quiddam beatus Joannes Baptista

A παραγενέσθαι, καὶ τὸ ἔλεός μου ἀποκαλυφθῆναι.

Ex πολλῆς ἄγαν φιλοθεΐας ὁ θεσπέσιος προφήτης ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἀθυροστομίαις ἐπιπηδᾷ, καὶ κατλγύνεται λίαν ἐπὶ ταῖς ἀνοσίαις αὐτῶν φωναῖς, ἃς εἰρήκασι κατὰ Χριστοῦ. Διατετελέκασι γὰρ μέχρι παντὸς οἱονεὶ χαλῶντες ἐπ' αὐτῷ τὴν γλῶσσαν, καὶ ὅλοις ὥσπερ ἰστίοις τῆς ἐνούσης ἀνεξικακίας αὐτῷ κατατρέχοντες. Τί γὰρ τῶν ἐκτόπων οὐχ ἁλοῖεν ἂν κατειρηκότες αὐτοῦ ; Σαμαρείτην, καὶ οἰνοπότην, καὶ ἐκ πορνείας γεγεννημένον ὠνόμαζον αὐτὸν, καὶ δαιμονᾷν ἔφασκον τὸν ἐπιτιμῶντα δαίμοσι, καὶ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐργάζεσθαι τὰς θεοσημίας, τὸν συντρίβοντα τὸν Βεελζεβούλ. Εἶτα τελευτῶντες Πιλάτῳ προσῆγον, καὶ κατηγόρευον αὐτοῦ, τῶν μὲν ἀληθῶν οὐδὲν, ψευδοεπείαις δὲ μᾶλλον καὶ συκοφαντίαις χρώμενοι. Ἔφασκον γὰρ, ὅτι Οὗτος ἀνασείει τοὺς ὄχλους, καὶ κωλύει φόρους διδόναι Καίσαρι· ἕτερα δὲ πρὸς τούτοις, ἃ τῆς αὐτῶν κεφαλῆς τὴν ἄσβεστον καταντλήσει φλόγα. Ἐπὶ τούτοις αὐτοὺς καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἠτιᾶτο, λέγων διὰ φωνῆς Ὡσηέ· « Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι ἀπεπήδησαν ἀπ' ἐμοῦ· δείλαιοί εἰσιν, ὅτι ἠσέβησαν εἰς ἐμέ. Ἐγὼ δὲ ἐλυτρωσάμην αὐτοὺς, αὐτοὶ δὲ κατελάλησαν κατ' ἐμοῦ ψευδῆ. » Καὶ διά γε τῆς Ἱερεμίου φωνῆς· « Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, ἔδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῆς. Ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ, ὡς λέων ἐν δρυμῷ· ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν. » Πρὸς γὰρ ταῖς ἑτέραις συκοφαντίαις, αἷς πεποίηνται κατ' αὐτοῦ, πλειστάχοῦ τετολμήκασιν εἰπεῖν Πιλάτῳ προσάγοντες· « Ἆρε, ἆρε, σταύρου αὐτόν. » Δεδράκασι τοῦτο μάλιστα τῶν ἄλλων τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς οἱ προεστηκότες. Καίτοι γὰρ εἰδότες, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, εἶπον ἐν ἑαυτοῖς· « Δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ σχῶμεν αὐτοῖς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. » Ἀλλ' ἡμάρτανον τῆς ἐλπίδος. Ἀπεκτόνασι μὲν γὰρ, πλὴν οὐ μεμένηκε τῷ θανάτῳ κάτοχος· ἀνέβιω γὰρ, καὶ τὸν ἀμπελῶνα δέδωκε γεωργοῖς ἑτέροις, κακοὺς κακῶς ἀπολέσας τοὺς ἀγνώμονας καὶ Κυριοκτόνους. Ὦ τοίνυν υἱοὶ, φησὶν, ἄνομοι, ὦ σπέρμα μοιχῶν καὶ πόρνης. Καὶ μοιχοὺς μὲν ἐν τούτοις ἀποκαλεῖ τοὺς καθηγεῖσθαι λαχόντας Γραμματεῖς τε καὶ νομοδιδασκάλους, οἳ μονονουχὶ κατεμοιχωντο τὴν Συναγωγὴν, καὶ τὰ ἐκ νόμου τοῦ θείου λαλοῦντες αὐτῇ. Παρατρέπονται δὲ μᾶλλον ἐφ' ἃ μὴ θέμις, καὶ διδάσκοντες διδασκαλίαν ἐντάλματα ἀνθρώπων. Πόρνη δὲ εἰκότως ἡ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴ, τὰ τῶν μοιχωμένων δεχομένη σπέρματα, καὶ τὸν τοῦ παντόφου Μωσέως ἀθετοῦσα νόμον. Ταύτῃτοι καὶ μάλα εἰκότως υἱοὺς αὐτοὺς ἀποκαλεῖ ἀνόμους. Εἶπατε δὴ οὖν ἐν τίνι, φησὶν, ἐνετρυφήσατε, καὶ ἐπὶ τίνα ἠνοίξατε τὸ στόμα ὑμῶν, καὶ ἐπὶ τίνα ἐχαλάσατε τὴν γλῶσσαν

Vers. 3, 4. *Vos autem accedite huc, filii iniqui, semen adulterorum et meretricis. In quo oblectati estis? et super quem aperuistis os vestrum? et in quem laxastis linguam vestram? Nonne vos estis filii perditionis, semen iniquum?*

798 Ex insigni pietatis studio insultat divinus propheta in effrenatam Judæorum petulantiam, et impiis vocibus quas contra Christum dixerunt valde offenditur. Semper enim laxabant velut in eum linguam, et totis quasi velis insectati sunt ejus patientiam. Quid enim fœdum et prodigiosum in eum debacchati non sunt? Samaritanum, vini potorem et ex scortatione natum eum vocabant : et dæmoniacum esse dicebant eum qui increpabat dæmonas: et in Beelzebul operari signa, qui contrivit Beelzebul. Dein ad extremum Pilato adductum accusabant, nihil veri afferentes, sed mendaciis usi et sycophantiis. Dicebant enim : Iste turbam concitat, vetat dare tributa Cæsari, aliaque præterea quæ in ipsorum caput inexstinctam flammam devolvent. De quibus accusavit eos Servator, voce Oseæ dicens : « Væ illis, quia resiluerunt a me; miseri sunt, quia impii exstiterunt in me. Ego redemi eos, illi vero oblocuti sunt contra me mendacia [91]. » Et voce Jeremiæ : « Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manum inimicorum ipsius. Facta est hæreditas mea mihi, ceu leo in silva. Edidit contra me vocem suam : propterea odi eam [92]. » Nam præter alias sycophantias, quas in illum excogitarunt, sæpenumero accedentes ad Pilatum audebant dicere : « Tolle, tolle, cruci affige eum [93]. » Hoc etiam maxime [præ aliis fecerunt Judaicæ Synagogæ proceres. Quamvis enim scirent eum hæredem esse, dixerunt tamen apud sese : « Venite, occidamus eum, et occupemus nobis hæreditatem ejus [94]; » sed spe sua frustrati sunt. Occiderunt enim, sed non mansit detentus morte, at revixit, aliisque agricolis dedit vineam, male malos perdens, amentes et dominicidas. O igitur, inquit, filii iniqui, o semen adulterorum et meretricis! Adulteros hic appellat qui præsidebant, Scribas et legis doctores : qui tantum non adulterabant Synagogam, et ei legis præcepta loquentes, sed ad quæ fas non erat detorquentes, et docentes doctrinas mandata hominum. Meretrix autem merito erat Judæorum Synagoga, ut quæ **799** adulterorum semina reciperet, et sapientissimi Mosis legem repudiaret. Hinc eos meritissimo appellat filios iniquitatis. Dicite ergo, inquit, in quo insultastis, et contra quem aperuistis os vestrum, et in quem laxastis linguam vestram? Sæpe, inquit, ludibrio habuistis sanctos prophetas : atqui erant illi germani Dei summi filii, verum et famuli et subditi, et humanæ conditionis : ac in conservos ab ipsis patrata sunt facinora. Nunc autem in quem

[91] Osee, VII, 13. [92] Jer. XII, 7, 8. [93] Joan. XIX, 15. [94] Matth. XXI, 38.

Digitized by Google

linguam laxavistis? [Non enim prophetis similis fuit, nostræ conditionis famulus, jugo subditus : at ipse Dominus universorum, etsi quidem formam servilem induerit. Filii itaque, inquit, estis ad interitum destinati (1).] Nec enim voluistis recipere Servatorem; et semen iniquum estis : non enim tulistis eum, qui per evangelica oracula vos ad pietatem instituit.

A ὑμῶν. Πολλὰς πλειστάκις ἐποιήσασθε, φησὶ, λοιδορίας κατὰ προφητῶν ἁγίων, ἀλλ' ἦσαν ἐκεῖνοι, γνήσιοι μὲν τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ, πλὴν οἰκέται, καὶ ὑπεζευγμένοι, καὶ μέτρον ἔχοντες τὸ ἀνθρώπινον καὶ εἰς ὁμοδούλους ἦν τὰ παρ' αὐτῶν πλημμελήματα Νυνὶ δὲ ἐπὶ τίνα τὴν γλῶσσαν ἐχαλάσατε; Οὐ γὰ ἠθελήσατε λαβεῖν τὸν σώζοντα· καὶ σπέρμα ἄνομον οὐ γὰρ ἠνέχεσθε τοῦ καταρυθμίζοντος εἰς εὐσέβειαν διὰ θεσπισμάτων εὐαγγελικῶν.

VERS. 5, 7. *Qui vocatis ad idola subter arbores frondosas, immolantes filios vestros in vallibus per medium petrarum. Hæc pars tua, hæc sors tua, et illis effudisti libamina, et illis obtulisti hostias. Propter hæc ergo non irascar? In monte excelso et prævalto est cubile tuum, et illuc ascendere fecisti hostias tuas, et post postes ostii tui posuisti memoriam tuam.*

Οἱ παρακαλοῦντες ἐπὶ τὰ εἴδωλα ὑπὸ δένδρα δασέα, σφάζοντες τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν ταῖς φάραγξιν ἀνὰ μέσον τῶν πετρῶν. Ἐκείνη σου ἡ μερὶς, οὗτός σου ὁ κλῆρος, κἀκείνοις ἐξέχεας σπονδὰς, κἀκείνοις ἀνήνεγκας θυσίας. Ἐπὶ τούτοις οὖν οὐκ ὀργισθήσομαι; Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν καὶ μετέωρον, ἐκεῖ σου ἡ κοίτη, καὶ ἐκεῖ ἀνεβίβασας θυσίας, καὶ ὀπίσω τῶν σταθμῶν τῆς θύρας σου ἔθηκας μνημόσυνόν σου.

B

Dominicidas postquam eos esse ostendit, alium morbum patefacit, quod sint osores Dei, et ad eumdem faciendam præcipites, nec id novum aut nuperum in illis sit, sed jampridem ac multis retro sæculis eis inoleverit. Vos enim estis, inquit, qui superioribus temporibus implorastis idola sub arboribus frondosis. Etsi enim lex Mosaica utilia illis præscriberet et diserte diceret : « Dominum Deum tuum adorabis, et ei soli servies, » eo tamen fatuitatis, vel potius impietatis intolerandæ et immoderatæ prolapsi sunt, ut idolorum architecti fierent, illisque sacra facerent, et exhortarentur ac docerent alios sub arboribus frondosis adorare, et ea divinis honoribus ornare. Quod perspicuum facit universorum Deus voce Jeremiæ, dicens : « Vidisti quæ fecit mihi habitatio Israel. Abierunt ad omnem montem excelsum; et subtus omne lignum frondosum, et fornicati sunt ibi [95]. » Occupabant enim montium vertices, et lucos florentissimos, et illic aras ac delubra exstruxerunt, et hostias impuris dæmonibus ac libamina 800 obtulerunt, nec suis liberis pepercerunt. Mactavit exempli causa Jechonias filium suum, non diis. Quod etiam Deus ipse per unum e sanctis prophetis dixit, crudelitatem eorum qui talia patrabant demonstrans : « Sacrificate homines, vituli enim defecerunt [96]. » Vos igitur estis, inquit, qui exhortamini ad idola, sub arboribus densis, mactantes liberos vestros in vallibus, per medium petrarum. Quid tum postea? Hæc tua pars, hæc tua sors. Adorasti enim vana, inquit, talem quoque habebis portionem, et sors tibi erit inanis. Vel illud dicere vult : Mactastis liberos vestros, inquit, in vallibus. Illa ergo est tua pars, hæc tua sors : id est, in eadem deducetis mala, eritque pars ac sors tibi mactatio. Quamobrem? Primum quia liberorum exstitisti interfector : deinde quia impuris dæmonibus et inanimis idolis effudisti libamina, illisque obtulisti hostias. Itaque, inquit, nonne ob hoc irascar? nonne

C

D

Κυριοκτόνους αὐτοὺς ἀποφήνας, δείκνυσιν ὅτι τὸ μισόθεον αὐτοῖς ἀῤῥώστημα, καὶ τὸ πρόχειρον εἰς μιαιφονίαν, οὐ νέον ἦν ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ γὰρ ἐκ πολλοῦ καὶ ἄνωθεν ἐνυπάρχον αὐτοῖς. Ὑμεῖς γάρ ἐστε οἱ κατὰ τοὺς ἄνωθεν, φησὶ, καιροὺς παρακαλοῦντες ἐπὶ τὰ εἴδωλα ὑπὸ δένδρα δασέα. Καίτοι γὰρ βραβεύοντος αὐτοῖς τοῦ διὰ Μωσέως νόμου τὰ χρήσιμα, διαῤῥήδην τε λέγοντος, « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, » φρενοβλαβείας εἰς τοῦτο κατώλισθον, μᾶλλον δὲ δυσσεβείας ἀσχέτου καὶ τῆς πέρα μέτρου παντὸς, ὥστε καὶ εἰδώλων γενέσθαι δημιουργοὺς, καὶ ἱερουργεῖν αὐτοῖς, καὶ παρακαλεῖν, ἤτοι διδάσκειν ἑτέρους ὑπὸ δένδρα δασέα προσκυνεῖν, καὶ τιμαῖς ταῖς θεοπρεπέσιν αὐτὰ στεφανοῦν. Τοῦτο καθίστησιν ἐναργὲς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ φωνῆς Ἱερεμίου λέγων· « Εἶδες ἃ ἐποίησέ μοι ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραήλ· ἐπορεύθησαν ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλὸν, καὶ ὑποκάτω παντὸς ξύλου ἀλσώδους, καὶ ἐπόρνευσαν ἐκεῖ. » Καταλαμβάνοντες γὰρ τὰς τῶν ὀρῶν κορυφὰς καὶ τὰ τῶν ἀλσέων εὐανθέστερα, βωμοὺς καὶ τεμένη κατεσκεύαζον, θυσίας τε καὶ σπονδὰς προσεκόμιζον αὐτόθι, τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν· εἰσὶ δὲ καὶ οἱ τῶν ἰδίων ἀφειδήσαντες τέκνων. Ἔσφαξε γοῦν Ἰεχονίας τὸν ἴδιον υἱὸν τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς. Τοῦτο καὶ αὐτὸς ἔφη που Θεὸς δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν, τὴν ὠμότητα καταδεικνὺς τῶν τὰ τοιάδε δρᾷν εἰωθότων· « Θύσατε ἀνθρώπους· μόσχοι δὲ ἐκλελοίπασιν. » Ὑμεῖς τοίνυν ἐστὲ, φησὶν, οἱ παρακαλοῦντες ἐπὶ τὰ εἴδωλα, ὑπὸ δένδρα δασέα σφάζοντες τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν ταῖς φάραγξιν ἀνὰ μέσον τῶν πετρῶν. Τί οὖν ἐπὶ τούτοις; Ἐκείνη σου μερὶς, οὗτός σου ὁ κλῆρος. Προσκεκύνηκας μὲν γὰρ, φησὶ, τοῖς ματαίοις· ἕξεις δὲ μερίδα τοιαύτην, καὶ κλῆρος ἔσται σοι μάταιος. Ἤγουν ἐκεῖνό που τάχα βούλεται δηλοῦν· Ἐσφάξατε τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν ταῖς φάραγξι, φησίν. Οὐκοῦν ἐκείνη σου μερὶς, οὗτός σου ὁ κλῆρος, τουτέστι, τοῖς ἴσοις ἐνσχεθήσῃ κακοῖς, καὶ γενήσεταί σοι μερὶς καὶ κλῆρος ἡ σφαγή. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Πρῶτον μὲν ὅτι γέγονας παιδοκτόνος, εἶτα

(1) Desiderantur hæc in Græco exemplari.

[95] Jer. III, 6. [96] Ose. XIII, 2.

Digitized by Google

ὅτι δαίμοσιν ἀκαθάρτοις καὶ ἀψύχοις εἰδώλοις ἐξέχεας σπονδάς, κἀκείνοις ἀνήνεγκας θυσίας. Ἆρ' οὖν ἐπὶ τούτοις οὐκ ὀργισθήσομαι; φησίν· οὐκ εὐάφορμος καθ' ὑμῶν ὁ θυμός, καὶ τὰ τῆς δίκης οὐκ εὔλογον ἔχει τὴν ἀφορμήν; Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν καὶ μετέωρον, ἐκεῖ σου ἡ κοίτη, ἐκεῖ ἀνεβίβασας θυσίας, καὶ ὀπίσω τῶν σταθμῶν τῆς θύρας σου ἔθηκας μνημόσυνόν σου. Ὅτι μὲν οὖν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἐκάθευδον ἐνυπνίων ἕνεκα, πλεισταχοῦ διαμεμήνυκεν ὁ προφητικὸς ἡμῖν λόγος. Φασὶ δὲ εἰς τοῦτο πλάνης κατολισθῆσαι τὸν Ἰσραὴλ, ὥστε καὶ ἐν ταῖς θύραις καὶ ἐν τοῖς σταθμοῖς ἐντορνεῦσαι τὰς τῶν εἰδώλων μορφάς, ἵνα καὶ εἰσβάλλοντες ταῖς οἰκίαις ἔξω τε καὶ βαδίζοντες ὁρῶσιν αὐτὰ, καὶ ἐν ἀτελευτήτοις ἔχωσι μνήμαις. Ἀφιλοθεΐας δὲ τῆς εἰσάπαν ἀπόδειξις ἐναργὴς καταλογισθείη ἂν τὸ χρῆμα αὐτοῖς, καὶ μάλα εἰκότως· ἐκάλουν δὲ τὰ τῶν εἰδώλων ἐντετορ[ν]ευμένα σωτηρίας [*al.* σωτῆρας] καὶ οἰκουρούς.

A gravis in vos furoris mei causa? et supplicium nonne occasionem habet rationi consentaneam? In monte excelso et prælto est cubile tuum, illuc ascendere fecisti hostias, et post postes ostii posuisti monumentum tuum. Dormivisse nimirum eos in montibus, insomniorum causa, sæpe meminit prophetica oratio. Narrant autem Israelem in eum errorem prolapsum, ut pro foribus et in postibus formas idolorum inciderint, quo introeuntes domum et exeuntes illa viderent, et sempiterna tenerent memoria. Hoc itaque in illis jure optimo haberi potest summæ impietatis evidens argumentum. Vocabant autem has idolorum incisas formas servatores, et domorum custodes.

Ὅρα ὅτι ἐὰν ἀπ' ἐμοῦ ἀποστῇς, πλεῖόν τι ἕξεις. Ἠγάπησας τοὺς κοιμωμένους μετὰ σοῦ, καὶ ἐπλήθυνας τὴν πορνείαν σου μετ' αὐτῶν, καὶ πολλοὺς ἐποίησας τοὺς μακρὰν ἀπὸ σοῦ, καὶ ἀπέστειλας πρέσβεις ὑπὲρ τὰ ὅριά σου.

B Vers. 8, 9. *Putabas, si recesseris a me, plus te habiturum. Dilexisti dormientes tecum, et crebro fornicata es cum eis, et multos fecisti eos qui procul a te, et misisti legatos ultra terminos tuos.*

Ἅπασα μὲν ἔκτοπος ἡδονὴ, καὶ πᾶσα κακία, τὸν ἀνθρώπινον καταγοητεύουσα νοῦν, μονονουχὶ κατεπαγγέλλεται πεῖράν τινα πράγματος ἀγαθοῦ, καὶ ὅτι μεθέξει τῶν οὐ πάλαι διεγνωσμένων, ἔσται δὲ καὶ ἐν ἀμείνοσιν, ἢ πρότερον ἦν. Λαβοῦσα γὰρ οὕτως αἰχμάλωτον, οἷπερ ἂν ἕλοι[ν]το λοιπὸν ἀποφέρει. Ἀλλ' οἱ μὲν ἀσύνετοι, πείρᾳ μαθόντες ἵνα εἰσὶ κακοῦ, μεταφοιτῶσι μόλις ἐπὶ τὸ ἐν ἀρχαῖς· οἵ γε μὴν τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι περιαθροοῦντες εὖ μάλα τὸ ἑκάστου πράγματος πέρας, ἀποφορᾶς οὐκ ἀνέχονται· φυλάττουσι δὲ μᾶλλον ἁπλῆγα, τὸν νοῦν πρὸ πείρας C ὁρῶντες τὰ μετὰ ταύτην. Ἀλλ' οὐ τοιαύτη γέγονεν ἡ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγή· ἦν μὲν γὰρ ὑπὸ χεῖρα τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ δόξαν ἠμφιεσμένη, δεινὴ καὶ ἀφόρητος τοῖς ὁμόροις ἦν, καὶ τριπόθητον ἔχουσα τὴν ἐλπίδα, καὶ ἀπάσης εὐημερίας ἐμπλεω[ς]. Ἑπομένη γὰρ τῷ διὰ Μωσέως νόμῳ τῷ φύσει καὶ ἀληθῶς λελάτρευκε Θεῷ· διατετέλεκε δὲ καιροὺς ἕτερον ἐπ' αὐτῷ Θεὸν οὐκ ἀνεχομένη καλεῖν, ἤγουν εἰδέναι προσκυνεῖν. Ἐπειδὴ δὲ προσεκλήθη τισὶ διδασκάλοις καὶ ἀνοσίοις ποιμέσι, πέπτωκεν εἰς ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ Θεοῦ, καὶ προσεκύνησε τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν· οἰηθεῖσα τάχα που, καὶ ἐν ἀμείνοσιν ἔσεσθαι, τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης ἐξολισθήσασα. Ἐπὶ τούτοις αὐτὴν αἰτιᾶται λέγων· Ὅρα ὅτι ἐὰν ἀπ' ἐμοῦ ἀποστῇς, πλεῖόν τι ἕξεις. Ἀλλ' οὐκ ἐκβέβηκεν εἰς πέρας αὐτῇ τὰ προσδοκηθέντα τῆς οὕτω ψυχρᾶς καὶ ματαίας ἐλπίδος· γεγόνασι γὰρ μᾶλλον ἐν παντὶ κακῷ. Ἐσχήκασι τοίνυν εἰς γε τὸ εὐημερεῖν τὸ περιττὸν οὐδὲν, ἀποβαλόντες τὸ γνήσιον, καὶ τὸ ἑδραῖον ἐν τούτοις μικροῦ παντελῶς ἀξιοῦντες λόγου. Καὶ τὸ ἔτι τούτου παραλογώτερον, Ἠγάπησας, φησὶ, τοὺς κοιμωμένους μετὰ σοῦ, καὶ ἐπλήθυνας τὴν πορνείαν σου μετ' αὐτῶν· καὶ διαλέγεται μὲν ὡς πρὸς γυναῖκα πόρνην. Τίνες δὲ ἦσαν οἱ κοιμώμενοι μετ' αὐτῆς, ἢ πάχα που « Ψευδοποιμένες ἄνθρωποι τὸν

Omnis fœda voluptas, et omnis vitiositas humanam mentem incantans, specimen aliquod bonæ rei tantum non pollicetur, et res ante non cognitas adepturam, ac in meliore loco fore, quam prius fuerit, promittit. **201** Nam cum sic captivam ceperit, quocunque tandem vult aufert. Sed multi experientia docti ubinam malorum sint, vix ad priorem statum relabuntur. Qui autem animi oculis cujusque rei exitum perlustrant diligentissime, præcipites se dari non sinunt, sed mentem servant invulneratam, ante tentationem videntes quid secuturum sit. Sed talis non fuit Judæorum Synagoga: erat enim subdita manui omnipotentis Dei, et gloria ab ipso convestita, terribilis et intolerabilis exstitit finitimis, et optatissimam spem habuit, omnique felicitate abundavit. Secuta enim legem Mosaicam, natura et vere Deum coluit; nec alium ab illo Deum longo tempore sustinuit appellare, nec alium novit adorare. Postquam autem ad quosdam doctores falsos defecit ac impios pastores: recidit in apostasiam a Deo, et opera manuum suarum adoravit, rata fortassis secum melius actum iri, ubi a charitate Dei lapsa fuisset. Hisce de rebus illam accusavit, dicens: Putabas, si recederes a me, plus te habiturum. Sed D non pervenerunt ad exitum, quæ hac adeo frigida et inani spe exspectabantur; imo in omnibus malis versabantur. Habuerunt igitur prosperitatis eximiæ nihil, cum veram filiorum et genuinam naturam abjicerent, et firmitatem constantiamque parvi admodum ducerent. Et quod adhuc est absurdius, dilexisti, inquit, dormientes tecum, et crebro fornicata es cum illis; et cum ea velut cum scorto disputat. Qui sunt ergo dormientes cum ea? Falsi pastores sunt, qui mentem inustam et cauterio notatam [97], sicuti ait beatus Paulus, ac diabolica

[97] I Tim. IV, 2.

Digitized by Google

ignorantia plenam habent, qui illis via et causa interitus fuerunt, ab ingenuitate quam cum Deo habent, abducentes, et immittentes velut impietatis semina, et persuadentes fructus parere Satanæ, fructus debacchationis, scilicet in Deum. Quorumdam fornicationem crebro iteratam dicimus, seu apostasiam a Deo : quando vitiorum vis et ratio non uniusmodi aut uniformis esse conspicitur; sed ex multis velut sceleribus completa et conflata, et multa alia parturit, ob quæ meritissime eos qui ea patrant possit reprehendere, **802** puta si quis Satanam capere velit, sequitur omnino ut nihil sani aut recti aggrediatur, et in omnem viam nefariæ et exsecrandæ voluptatis velut abjiciatur. Affinia quoque talibus vitiis esse possunt et alia mala, præstigiæ, necromantiæ, et eorum qui prodigiorum interpretes sunt inutiles fabulæ, falsa vaticinia, ac incantationes, et astrologorum sycophantiæ, dierumque, horarum, temporum et annorum observatio. Ita, inquit, crebro fornicata es, multos fecisti qui procul sunt abs te. Qui autem hi sint, rursus videndum est necessario. Vel enim sanctos prophetas dicit, qui cum eam ultra omnem audaciam progressam, et in omne genus impietatis provectam cernerent, ab ea velut inquinata recesserunt, prope clamantes, et dicentes : « Curavimus Babylonem, et non sanata est. Relinquamus eam, et abeamus quisque in terram suam; quia appropinquavit ad cœlum judicium ejus, et sublatum est usque ad astra [99]. » Quia enim Babylon nominata est terra sculptilium, et eodem morbo turpiter laboravit Jerusalem : hinc jure optimo eam vocant divini prophetæ Babylonem. Vel fortassis multos fecit eos qui procul a se. Nam finitimarum gentium cultus et falso nominatos apud quosque deos curiose pervestigantes, eos accersiverunt, et illis adhæserunt, et alii hos, alii illos coluerunt. Dixit nimirum Deus alicubi voce Jeremiæ : « Pro numero civitatum tuarum erant dii tibi, Juda, et pro numero viarum Jerusalem construxistis aras ad suffitum faciendum Baal [99]. » Hoc etiam arbitror denotare : Et misisti legatos ultra terminos tuos. Non enim contenti sunt præsentibus apud se diis, sed, ut dixi, alios multos accersebant, prout quisque sibi bonum esse persuaserat. Vel etiam : Misisti legatos ultra terminos tuos, significare potest, ultra mensuram ac modum commissa est ab illis fornicatio, ut instar parabolæ vox usurpetur de iis qui in re quaque ultra modum et æquum prodeunt.

A νοῦν κεκαυτηριασμένοι,» καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, καὶ ἀχλύος ἔμπλεφ διαβολικῆς; Οὗτοι γεγόνασιν αὐτῇ, καὶ ὁδός, καὶ πρόφασις ἀπωλείας, ἀποφέροντες μὲν τῆς πρὸς Θεὸν γνησιότητος, ἐνιέντες δὲ ὥσπερ τὰ τῆς δυσσεβείας σπέρματα, καὶ καρποφορεῖν ἀναπείθοντες τῷ Σατανᾷ τῆς κατὰ Θεοῦ παροινίας τὰ ἐγκλήματα. Πληθύνεσθαι δέ φαμεν τήν τινων πορνείαν, ἤτοι τὴν ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ Θεοῦ, ὅτε τῶν αἰτιαμάτων ἡ δύναμις, οὐ μονότροπος οὖσα καὶ μονοειδὴς ὁρᾶται τυχόν, ἀλλ' ὡς ἐκ πολλῆς ἄγαν σκαιότητος ἐπιτελουμένη, καὶ πολλὰ κατ' αὐτῶν ὠδίνουσα τὰ ἐφ' οἷς ἄν τις καταμωμήσαιτο, καὶ μάλα δικαίως, τοὺς δρῶντας αὐτά· οἷόν τί φημι· Παρέπεται πάντως τῷ θεραπεύειν ἐλέσθαι τὸν Σατανᾶν τὸ μηδὲν ὑγιὲς ἀνέχεσθαι δρᾷν· διαῤῥιπτεῖσθαι δὲ ὥσπερ εἰς πᾶσαν

B ὁδὸν [βεβήλου τε καὶ βδελυρᾶς ἡδονῆς· σύνδρομα δὲ τοῖς τοιούτοις αἰτιάμασιν εἶεν ἄν καὶ τὰ ἕτερα τῶν τοιούτων κακῶν, γοητεῖαί τε καὶ νεκυομαντεῖαι, καὶ τὰ τῶν τερατοσκόπων ἀχρεῖα μυθάρια, ψευδομαντεῖαί τε καὶ ἐπῳδαί, καὶ αἱ τῶν ἀστρολογούντων συκοφαντίαι, καὶ ἡμερῶν ἐπιτήρησις, ὡρῶν τε πρὸς τούτῳ, καιρῶν καὶ ἐνιαυτῶν. Οὕτω, φησὶ, τὴν σεαυτῆς πορνείαν πληθύνουσα, πολλοὺς ἐποίησας τοὺς μακρὰν ἀπὸ σοῦ. Καὶ τίνες ἂν εἶεν οὗτοι, ἀναγκαῖον πάλιν ἰδεῖν. Ἢ γὰρ τοὺς ἁγίους προφήτας φησὶν, οἱ πέρα θράσους ἰοῦσαν παντὸς ὁρῶντες αὐτὴν, καὶ εἰς λῆξιν ἀπάσης ἀφιλοθεΐας ἐλαύνουσαν, ἀπεφοίτησαν αὐτῆς ὡς μεμολυσμένης, μονονουχὶ βοῶντες, καὶ λέγοντες· « Ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ ἰάθη·

C ἐγκαταλίπωμεν αὐτὴν, καὶ ἀπέλθωμεν ἕκαστος εἰς τὴν γῆν ἑαυτοῦ· ὅτι ἤγγικεν εἰς οὐρανὸν τὸ κρῖμα αὐτῆς, καὶ ἐξῆρεν ἕως ἄστρων· » (ἐπεὶ γὰρ γῆ τῶν γλυπτῶν ὠνομάσθη Βαβυλών, ἐκτόπως δὲ τοῦτο νενόσηκεν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ταύτητοι καὶ μάλα εἰκότως Βαβυλῶνά φασιν αὐτὴν οἱ θεσπέσιοι προφῆται·) ἢ τάχα που, πολλοὺς πεποίηκε τοὺς μακρὰν ἀφ' ἑαυτῆς. Περιεργαζόμενοι γὰρ τὰ τῶν ὁμόρων ἐθνῶν σεβάσματα, καὶ τοὺς παρ' ἑκάστῳ ψευδωνύμους θεοὺς, τούτους μετεπέμποντο· προσέκειντο δὲ καὶ λελατρεύκασιν, οἱ μὲν τούτοις, οἱ δὲ ἐκείνοις. Καὶ γοῦν ἔφη που Θεὸς διὰ τῆς Ἱερεμίου φωνῆς, ὅτι « Κατὰ ἀριθμὸν τῶν πόλεών σου ἦσαν οἱ θεοί σου, Ἰούδα, καὶ κατὰ ἀριθμὸν διόδων τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐτάξατε βωμοὺς θυμιᾶν τῷ Βαάλ. » Τουτὶ δὲ οἶμαι καταδηλοῦν

D καὶ τὸ, Ἀπέστειλας πρέσβεις ὑπὲρ τὰ ὅριά σου. Οὐ γὰρ ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσι παρὰ σφίσι θεοῖς, μετεπέμποντο, καθάπερ ἔφην, καὶ πολλοὺς ἑτέρους, ἕκαστοι κατὰ τὸ αὐτοῖς εὖ ἔχειν ὑπειλημμένον. Ἢ τάχα που τὸ, Ἀπέστειλας πρέσβεις ὑπὲρ τὰ ὅριά σου, κατασημήνειεν ἄν, ὅτι πέρα μέτρου παρ' αὐτοῖς τὰ τῆς πορνείας ἐπράττετο, ἵν' ὡς ἐν τρόπῳ παραβολῆς τὸ λεγόμενον ᾖ, καὶ σύνηθες ἐπιφώνημα, τοῖς ἐπέκεινα τοῦ εἰκότος ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἰοῦσι λεγόμενον.

VERS. 10. *Et convertisti, et humiliata es usque ad inferos; multis itineribus tuis laborasti, nec dixisti : Desinam confortata. Quia fecisti hæc, propterea non*

Καὶ ἀπέστρεψας (1), *καὶ ἐταπεινώθης ἕως ᾅδου. Ταῖς πολυοδίαις σου ἐκοπίασας, καὶ οὐκ εἶπας· Παύσομαι ἐνισχύουσα. Ὅτι ἔπραξας ταῦτα, διὰ*

[99] Jer. LI, 9. [99] Jer. II, 28.

(1) *Καὶ ἀπέστρεψας*. Desunt hæc verba in edit. LXX.

Digitized by Google

τοῦτο οὐ κατεδείθης μου· σὺ τίνα εὐλαβηθεῖσα ἐφοβήθης, καὶ ἐψεύσω με;

Τί τὸ πέρας τῆς ἀποστάσεως τῆς ἀπὸ Θεοῦ, τῆς ἀμετρήτου πορνείας, καὶ τῶν ἀνοσίων ἐγχειρημάτων, ἤτοι τῆς ἀποστροφῆς ἀπό γε τῶν ἀμεινόνων ἐπὶ τὰ χείρω; Ἡ εἰς ἄκρον ταπείνωσις, καὶ τὸ καθικέσθαι, φησὶν, εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας κατωτάτω βάραθρον. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἠθέλησας ὑψηλὴ διαμεῖναι, καὶ ἀκράδαντον ἔχειν τὴν εὐημερίαν, ταύτητοι γέγονας ταπεινή. Ὅτι γὰρ ὑψηλοί τινες ἦσαν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, τό γε ἧκον εἰς δόξαν τὴν παρὰ Θεοῦ, σαφὲς ἂν γένοιτο, λέγοντος αὐτοῦ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου περὶ αὐτῶν· « Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα. » Οὐκοῦν αὐτόκλητον ἔχει τὴν ταπείνωσιν· δεδυσσέβηκε γὰρ εἰς τὸν ὑψοῦντα Θεόν· τεταπείνωται δὲ τίνα τρόπον, διαδείκνυσιν εὐθύς· ἔφη γάρ· Ταῖς πολυοδίαις σου ἐκοπίασας. Εἰς πᾶσαν γὰρ ὥσπερ ἀπωλείας ἐρχόμενοι ὁδὸν, δεδαπανήκασι μὲν ἐπ' οὐδενὶ τῶν χρησίμων τὰς τῆς ψυχῆς εὐτονίας, δῆλον δὲ ὅτι τὰς νοητὰς, κεκμήκασι δὲ οὐ μετρίως, ἐπ' ὀλεθρίοις πράγμασι τιθέμενοι τὰς σπουδάς. Ἢ τάχα που καὶ πολυοδίας ἐν τούτοις φησὶ τὸ ἀεὶ μεθίστασθαι πρὸς θεοὺς ἑτέρους, καὶ τῶν μὲν ἤδη πεπορισμένων ὀλιγωρεῖν, ζητεῖν δὲ τοὺς παρ' ἑτέροις ὄντας τισὶ, καὶ καταμεθύειν ὥσπερ διαῤῥιπτουμένοις πανταχοῦ, ἐρεισμά τε καὶ κατάστασιν οὐκ ἔχειν τὸν ἐν αὐτοῖς ὄντα νοῦν. Συμβαίνει δὲ τοῦτο πάσχειν ἡμᾶς καὶ ἐν ταῖς ἐκτόποις τῶν ἡδονῶν. Ἀποφέρεται γὰρ ὁ νοῦς ἔσθ' ὅτε πρὸς πᾶν εἶδος ἀκαθαρσίας, καὶ ποτὲ μὲν τὸ πλουτεῖν ἐπαινεῖ, ποτὲ δὲ σαρκὸς ἐρᾷ, καὶ δόξης ἥπται κενῆς, καὶ οἷον παντὶ πνεύματι περιφέρεται, κατά γε τὸ εἰρημένον διὰ φωνῆς Ἱερεμίου περί τινος· « Ἐν ἐπιθυμίαις ψυχῆς αὐτῆς ἐπνευματοφορεῖτο· παρεδόθη, τίς ἐπιστρέψει αὐτήν; » Ἡ γὰρ τοῦτο παθοῦσα ψυχὴ παραδοθήσεται πάντως ταῖς τῶν παθῶν προσβολαῖς· καὶ τοῦτο διδάσκει λέγων ὁ Παροιμιαστής· « Σκολιοὶ γὰρ λογισμοὶ χωρίζουσιν ἀπὸ Θεοῦ, καὶ ῥεμβασμὸς ἐπιθυμίας μεταλλεύει νοῦν ἄκακον. » Χρὴ τοίνυν ἡμᾶς ἀνασειράζειν τὸν νοῦν, εἰ δὴ βούλοιτό πως ἀσχέτως ἰέναι κατὰ πετρῶν, καὶ ταῖς τῶν ἡδονῶν ἐκτόποις ἐφῆδεσθαί τε καὶ ὁμιλεῖν, ἵνα μὴ καμὼν ἐκ πολυοδίας θήρωμα γένηται διαβολικόν. Ταῦτ' οὖν ποιήσασα, φησὶν, ὦ Ἱερουσαλὴμ, οὐκ εἶπας· Παύσομαι ἐνισχύουσα, τουτέστιν, οὐκ ἀνέκοψας τοῖς ἐπιλογισμοῖς τὴν ἐπὶ τὰ αἰσχίω πρόοδον, οὐ μεμέτρηκας τὴν ἀπόστασιν, οὐ κατέλυσας τὴν εἰς τὰ φαῦλα σπουδὴν, ἐπίκεισαι δὲ μᾶλλον ἐντονώτερον τῷ δρᾶν ἐθέλειν, ἃ χρὴν δή που μηδὲ γενέσθαι τὴν ἀρχήν. Ψυχῆς μὲν γὰρ ἔργον ἐστὶ, κἂν γοῦν μετρίαν ἐχούσης σύνεσιν, τὸ μὴ ἁλῶναι θέλειν αἰτιάμασι τοῖς εἰς ἁμαρτίαν· εἰ δὲ δή που γένοιτο καὶ παθεῖν αὐτὸ, κἂν γοῦν ἐλέσθαι μετανοεῖν, καὶ διὰ τῆς εἰς τὸ ἄμεινον ἀναδρομῆς ἀποσκευάσασθαι τὰ ἐγκλήματα. Εἰ δὲ ἀσχέτως καταφέροιτο πρὸς τὰ αἰσχίω, παραιτοῖτό τε προσεπιτούτῳ τὸ χρῆναι μετανοεῖν, προσέθηκεν ἁμαρτίαν ἐφ' ἁμαρτίᾳ, ἀῤῥώστημα δὲ ἐπ' ἀῤῥωστήματι παθοῦσαν αὐτὴν ἔνεστιν ἰδεῖν. Αἰτιᾶται γοῦν τοὺς ἐν

A 803 rogasti me; tu, quem timens perterrita es, et mentita es mihi?

Quis est apostasiæ a Deo, et immoderatæ fornicationis, et impiorum facinorum seu aversionis a melioribus ad deteriora finis? Summa, inquit, depressio, et in infimum interitus barathrum devenire. Nam quia alta manere nolebas, et felicitatem habere inconcussam, hinc humiliata es. Quod enim alti et sublimes fuerint Israelitæ, quod ad gloriam quæ a Deo proficiscitur attinet, perspicuum esse potest, ipso dicente per vocem Isaiæ de illis : « Filios genui et exaltavi [1]. » Itaque accersivit sibi ipsi depressionem, quod impie in Deum qui exaltat, egerit. At quomodo humiliata sit, mox ostendit; dixit enim: Multis viis tuis laborasti. Nam in omnes quasi vias B interitus ingredientes, in re nulla utili, animi nervos, mentis et intelligentiæ scilicet, consumpserunt. Laborarunt haud mediocriter, et in rebus perniciosis studia posuerunt. Vel fortassis vias multas hic dicit, semper ad alios deos transferri, et quos habent, contemnere, et qui apud alios sunt, quærere; et velut ebrios huc et illuc jactari, et fixam et stabilem in iis mentem non esse. Quod etiam nobis usuvenit in fœdis voluptatibus. Abducitur enim interdum mens ad omne genus impuritatis, et aliquando laudat divitias, aliquando carnis studia amat, et inani gloria vincitur, et tanquam omni vento circumfertur, juxta id quod dictum est de quodam vece Jeremiæ : « Cupiditatibus animæ quasi vento agitata est : tradita est, quis convertet eam? » Anima C enim quæ hoc passa est, tradetur semper perturbationum impressionibus quod docet Parœmiasta, dicens : « Pravæ enim cogitationes separant a Deo [2-3], et inconstantia cupiditatis transversim rapit mentem innocentem [4]. » Retrahenda est igitur nobis mens, si velit in rupes præceps ire, et fœdis exsultare voluptatibus, illisque assuefieri; ne, si multis hisce viis defatigata sit, præda fiat diaboli. Hæc igitur, inquit, cum fecisti, o Jerusalem, non dixisti, desinam confortata, id est, cursum hunc in turpiora, posterioribus consiliis 804 non interrupisti, apostasiæ modum non imposuisti, studium ad mala non exstinxisti, sed majori contentione incubuisti, ut ea faceres quæ ne primo quidem tempore fieri debuissent. Animi enim vel mediocriter intelligentis D officium est, erratis et peccato nolle implicari; sin hoc fieri contingat, velle saltem resipiscere, et recursu ad meliora delere crimina. Sin præcipiti impetu ad turpiora devolvatur, recusetque insuper resipiscere : peccatum additur peccato, et morbum videas morbo accedere. Accusat itaque eos qui in his sceleribus versantur, universorum Deus, et inquit : « Num qui cadit, non resurget? num qui aversus est, non revertetur? Quare aversus est populus hic aversione impudente, et confirmati sunt in voluntate sua, et noluerunt reverti [5]? » Sed quia hæc fecisti, inquit, propterea non interrogasti me.

[1] Isa. I, 2 [2-3] Prov. XV, 26. [4] Sap. IV, 12. [5] Jer. VIII, 4

Digitized by Google

At cum tam fœda et abominanda facere ausus sis, an non oportebat preces fundere, et a Deo misericordiam petere? Suscepit enim eos qui volunt resipiscere, bonus natura cum sit, et qui novit figmentum nostrum [6], juxta id quod scriptum est. Dixit igitur per unum e sanctis prophetis : « Revertimini, filii, revertentes, et sanabo contritiones vestras. » Extremæ igitur dementiæ indicium est, et omnimodæ aversionis, ut qui in tot malis versati sunt, dedignentur a Deo misericordiam implorare, cum erratorum confessione. Scriptum est enim : « Die tu peccata tua prior, ut justificeris [7]. » Psallit quidam etiam, et inquit : « Dixi, Enuntiabo contra me iniquitatem meam Domino : et tu remisisti impietatem cordis mei [8]. » Usi sunt autem Judæi ratione imbecilla et infirma, ac plena ignorantiæ. Persuadebantur enim deficere a Deo vivente, et ad deos alienos declinare, quod Babylonica aries jamjam ventura nuntiabatur. Sed, o insipiens, inquit, quem timens perterrita es, et mentita es mihi ? Homo est Babyloniorum tyrannus, et præ divina potentia, omnino nihil est ejus exercitus. Scriptum est enim de Deo : « Qui continet orbem terræ et habitantes in ea, velut cicadæ. » Dixit rursus propheta Isaias : « Omnes gentes, ut stilla **805** cadi, et ut saliva reputabuntur, ac ut momentum stateræ æstimabuntur. Cui comparastis Dominum? et cui similitudini assimilastis eum [9] ? » Dementissimi igitur sunt qui terrenum hominem Deo fortiorem putarunt, et mentiti sunt pietatem erga illum, rati se servatum iri per eos qui non sunt dii. Quæ enim esse potest utilitas ex lapide et ligno? Est igitur dictum de illis : Et in tempore malorum suorum dicent, Surge et serva nos. Et ubi sunt dii tui, quos fecisti tibi ipsi? Si resurgent servabunt te, tempore afflictionis tuæ. Et mentiti sunt Deo, non verbis tantum hoc factitantes, sed rebus ipsis. Cujusmodi est et illud tantum exemplum de illis dictum : « Et exspectavi ut ederet uvam, sed edidit spinas, non justitiam, sed judicium [10]. » Dixit etiam divinus Cantor, velut sub persona Christi, de illis : « Filii alieni mentiti sunt mihi, et filii alieni inveterati sunt, et claudicaverunt a semitis suis [11]. »

Vers. 11-13. *Neque recordata es mei, neque sumpsisti me in mentem, neque in cor tuum. Et ego te videns despicio, et me non timuisti. Ego vero annuntiabo justitiam meam, et mala tua, quæ non proderunt tibi. Cum clamaveris, eripient te in afflictione tua. Hos enim omnes, ventus tollet, et auferet tempestas.*

Dixit Deus voce Ezechielis ad matrem Judæo-

A τούτοις ὄντας ὁ τῶν ὅλων Θεός, καὶ φησι· « Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται ; ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει ; διατί ἀπέστρεψεν ὁ λαὸς οὗτος ἀποστροφὴν ἀναιδῆ, καὶ κατεχρατήθησαν ἐν τῇ προαιρέσει αὐτῶν, καὶ οὐκ ἠθέλησαν τοῦ ἐπιστρέψαι ; » Ἀλλ' ὅτι ταῦτα πέπραχας, φησὶ, διὰ τοῦτο οὐ κατεδεήθης μου. Καίτοι πῶς οὐ μᾶλλον ἐχρῆν, ἐπειδὴ τὰ οὕτως αἰσχρὰ καὶ ἀπόβλητα δράσαι τετόλμηκας, ἀνατεῖναι τὰς ἱκετηρίας, αἰτῆσαί τε παρὰ Θεοῦ τὸν ἔλεον ; δέχεται γὰρ τοὺς μετανοεῖν ἐθέλοντας, ἀγαθὸς ὢν φύσει, καὶ εἰδὼς τὸ πλάσμα ἡμῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἔφη γοῦν δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Ἐπιστράφητε, υἱοὶ, ἐπιστρέφοντες, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν. » Ἀπονοίας οὖν ἀπόδειξις τῆς ἐσχάτης καὶ τῆς εἰσάπαν ἀποστροφῆς, τὸ ἐν κακοῖς γεγονότα τοσούτοις, B μὴ ἀνασχέσθαι παρὰ Θεοῦ καὶ γοῦν τὸ ἐλεεῖσθαι ζητεῖν μετὰ τῆς τῶν πταισμάτων ὁμολογίας. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς. » Ψάλλει δέ τις, καὶ φησιν· « Εἶπα· Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ· καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. » Ἀλλ' ἦν τις τοῖς Ἰουδαίοις λόγος, σαθρός τε καὶ ἀναλκις, καὶ ἀμαθίας ἔμπλεως· διετείνοντο γὰρ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος, καὶ προσνεῦσαι θεοῖς ἑτέροις, ἐπείπερ αὐτοῖς ὁ Βαβυλωνίων ὄχλος ὡς ὅσον οὐδέπω παρεσόμενος ἀπηγγέλλετο. Ἀλλ', ὦ παράφρων, φησὶ, τίνα φοβηθεῖσα ηὐλαβήθης, καὶ ἐψεύσω με ; Ἄνθρωπος ὢν ὁ Βαβυλωνίων τύραννος, καὶ ὡς πρός γε τὴν θείαν ἰσχὺν, οὐδὲν παντελῶς ἡ ἐπ' αὐτῷ στρατιά. Γέγραπται γὰρ περὶ Θεοῦ· « Ὁ κατέχων τὸν γύρον C τῆς γῆς· καὶ οἱ ἐνοικοῦντες ἐν αὐτῇ ὡς ἀκρίδες. » Ἔφη δὲ πάλιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας· « Εἰ πάντα τὰ ἔθνη ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς σίελος λογισθήσονται, καὶ ὡς ροπὴ ζυγοῦ ἐλογίσθησαν, τίνι ὡμοιώσατε Κύριον, καὶ τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώσατε αὐτόν ; » Ἀνούστατοι τοίνυν οἱ Θεοῦ κρείττονα τὸν ἀπὸ γῆς ἄνθρωπον εἶναι νομίσαντες, καὶ ψευσάμενοι μὲν τὴν εἰς αὐτὸν εὐσέβειαν, οἰηθέντες δὲ ὅτι σωθήσονται διὰ τῶν οὐκ ὄντων θεῶν. Ποία γὰρ ὄνησις γένοιτ' ἂν ἐκ λίθου καὶ ξύλου ; Εἴρηται γοῦν περὶ αὐτῶν· Καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῶν κακῶν αὐτῶν ἐροῦσιν· Ἀνάστα καὶ σῶσον ἡμᾶς. Καὶ ποῦ εἰσὶν οἱ θεοί σου, οὓς ἐποίησας σεαυτῷ ; εἰ ἀναστήσονται, καὶ σώσουσί σε ἐν καιρῷ τῆς κακώσεώς σου. Ἐψεύσαντο δὲ τὸν Θεὸν, οὐ λόγῳ τοῦτο δρῶντες μόνον, ἀλλὰ γὰρ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὁποῖόν ἐστι τὸ περὶ αὐτῶν εἰρημένον ὡς ἐν τρόπῳ παραδείγματος· « Καὶ ἐπέμεινα του ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησαν δὲ ἀκάνθας, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κρίσιν. » Ἔφη δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Μελῳδὸς ὡς ἐκ προσώπου Χριστοῦ περὶ αὐτῶν· « Υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν, καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν. »

D *Καὶ οὐκ ἐμνήσθης μου, οὐδὲ ἔλαβές με εἰς τὴν διάνοιάν σου, οὐδὲ εἰς τὴν καρδίαν σου. Κἀγὼ σε ἰδὼν παρορῶ, καὶ ἐμὲ οὐκ ἐφοβήθης. Κἀγὼ ἀπαγγελῶ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ τὰ κακά σου, ἃ οὐκ ὠφελήσουσί σε. Ὅταν ἀναβοήσῃς, ἐξελέσθωσάν σε ἐν τῇ θλίψει σου. Τούτους γὰρ πάντας ἄνεμος λήψεται, καὶ ἀποίσει καταιγίς.*

Ἔφη που Θεὸς διὰ φωνῆς Ἰεζεχιὴλ πρὸς τὴν τῶν

[6] Psal. cii, 14. [7] Prov. xviii, 17. [8] Psal. xxxi, 5. [9] Isa. xl, 15. [10] Isa. v. 4. [11] Psal. xvii, 46

Digitized by Google

Ἰουδαίων μητέρα, φημὶ δὴ τὴν Συναγωγήν· « Καθὼς ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι· τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεται εἰς κεφαλήν σου. » Ναὶ μὴν καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας· « Οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ, » φησί· « πονηρὰ κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ συμβήσεται αὐτῷ. » Τοιοῦτόν τι καὶ νῦν διὰ τῶν προκειμένων σημαίνεται. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν περὶ ἐμοῦ γνῶσιν ἀπεώσω, φησὶν, ὑπερορᾳθήσῃ παρ' ἐμοῦ, καὶ ἰσοπαλῆ τοῖς πλημμελήμασιν ὑπομενεῖς τὴν δίκην. Ἐπιλανθάνεται δέ τις τοῦ Θεοῦ τοῦ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς, καὶ τοῦ κατεξουσιάζοντος τῶν ὅλων, οὐχὶ δήπου πάντως εἰς ἀμνηστίαν ἐλθὼν τοῦ ὅτι Θεὸς ἔστι (καὶ τὰ δαιμόνια γὰρ πιστεύουσι, καὶ φρίττουσι, κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου φωνήν), ἀφειδήσας δὲ μᾶλλον τοῦ ὑποκεῖσθαι θέλειν αὐτῷ, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ διατεταγμένων ὀλίγα φροντίσας· ὡς ἐξήνιον ὁρᾶσθαι καὶ ἀπειθῆ, καὶ ὁλοτρόπως ἐκνενευκότα πρὸς πᾶν τοὐναντίον, ὧν ἔδει πληροῦν. Ἐπιλανθάνεται δὲ Θεὸς, ἤγουν ὑπερορᾷ τῶν ἀμνημονούντων αὐτοῦ, μονονουχὶ τὴν ἐπίκουρον χεῖρα συστέλλων, καὶ φειδοῦς ἀπάσης ἀπογυμνῶν αὐτούς· ὃ δὴ πέπονθεν Ἰσραήλ. Οὐ γὰρ ἐφοβήθη τὸν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς Κύριον, καὶ τῶν ὅλων δημιουργόν τε καὶ τεχνίτην· ἀπολύσας δὲ ὥσπερ τῶν αὐτοῦ σκήπτρων τὸν αὐχένα, δεδούλευκε τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς. Ταὐτητοί φησιν, ὅτι Σὺ οὐκ ἐφοβήθης με, καὶ ἐγὼ ἀναγγελῶ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ τὰ κακά σου· κακὰ λέγων τὴν ἀπόστασιν τὴν ἀπ' αὐτοῦ δηλονότι, καὶ τὸ προσκλίνεσθαι λέγειν, οἷς αὐτὸς εἰργάσατο θεοῖς. Ἐπαγγέλλει δὲ τὴν αὐτοῦ δικαιοσύνην ἐπὶ τῶν τοιάδε δρᾷν εἰωθότων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ψῆφον ἐπ' αὐτοῖς θείαν ἐκφέρων, καὶ ἰσόῤῥοπον κόλασιν ἐπιτιθείς. Οὐ γὰρ εἰς ἕνα τὸν καθ' ἡμᾶς τὰ τολμήματα, ἀλλ' εἰς αὐτὴν πράττεται τὴν ὑφοῦ τε καὶ ἄνω, καὶ τῶν ὅλων κατάρχουσαν φύσιν. Ὅτι δὲ ἀνήνυτος [*al.* ἀνόνητος] αὐτοῖς ἡ τῶν ψευδωνύμων εὕρεσις θεῶν, διαδείκνυσιν εἰπὼν, ὅτι « Οὐκ ὠφελήσουσί σε· » καὶ ὅτι τὸ χρῆμά ἐστιν ἀληθὲς, προσαποφαίνει λέγων· « Ὅταν ἀναβοήσῃς, ἐξελέσθωσάν σε ἐν τῇ θλίψει σου. » Οὐκοῦν, ὡς ὁ προφήτης φησὶ, « Τί ὠφελεῖ γλυπτὸν, ὅτι ἔγλυψαν αὐτό; ἔπλασαν αὐτὸ χώνευμα φαντασίαν ψευδῆ, καὶ αὐτὸ τέκτων ἐποίησε, καὶ οὐ Θεός ἐστιν. » Εἶτα πῶς ἐπικουρήσειεν ἂν τοῖς πεπλανημένοις, ἐκ ξύλου καὶ λίθου πεποιημένον ἄγαλμα, καὶ τέχνης ἀνθρώπων εὑρήματα μᾶλλον, ἢ Θεός; Διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι Τοὺς πάντας ἄνεμος λήψεται, καὶ ἀποίσει καταιγίς. Τούτους δὲ, τίνας; Ἢ τοὺς παρ' αὐτῶν ἐπινοηθέντας θεοὺς, ἢ τάχα που τοὺς προσκυνοῦντας αὐτούς, οἳ, καθάπερ χοῦς καὶ κόνις, ταῖς τῶν ἀνέμων ἀναῤῥιπτοῦνται πνοαῖς. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν εἰρημένον· « Γενηθήτωσαν ὡσεὶ χοῦς κατὰ πρόσωπον ἀνέμου· » τουτέστι, βαδιοῦνται πρὸς τὸ μηδέν. » Ἔθος δὲ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ τὰς τῶν πειρασμῶν, ἤτοι τῶν κολάσεων ἐφόδους, λαῖλαπι καὶ καταιγίδι πολλάκις ἀφομοιοῦν.

rum, Synagogam, inquam : « Quemadmodum fecisti, sic erit tibi. Retributio tua retribuetur in caput tuum [12]. » Quin et propheta Isaias : « Væ, » inquit, « iniquo : mala secundum opera manuum suarum contingent ei [13]. » Tale quid etiam nunc his verbis propositis significatur. Quoniam enim, inquit, cognitionem mei repulisti, despicieris a me, et parem delictis pœnam subibis. Obliviscitur autem Dei, ejus qui natura et vere Deus est, et universorum dominator, non solum qui in oblivionem venit, quod Deus sit ; dæmonia enim credunt et tremunt, secundum apostoli vocem [14] ; sed qui non dignatur ei subjici, et ejus præscripta parvi æstimat, ita ut effrenis et contumax videatur, et omnino ad ea quæ contra officium sunt conversus. B **806** Obliviscitur vero Deus vel despicit eos qui sunt ipsius immemores, cum tantum non contrahit manum suam auxiliarem, et omni eos nudat misericordia. Quod Israeli accidit. Non enim timuit cœli et terræ Dominum, et universorum opificem et artificem : sed sceptris ejus veluti subtracta cervice falsis diis servivit. Hinc dicit : « Tu non timuisti me, et ego annuntiabo justitiam meam, et mala tua : » mala vocans, apostasiam videlicet ab ipso, et deficere ad deos quos ipse fabricavit. Annuntiat autem justitiam suam universorum Deus contra eos qui talia committunt, dum in illos divinum profert calculum, et dignam pœnam infligit. Non enim audaces conatus hi contra unum aliquem nostræ conditionis fiunt, sed contra excelsam et superam ac universitatis rectricem naturam. C Quod autem parum proficiat hæc falso nominatorum deorum inventio, ostendit, cum ait : « Non tibi proderunt. » Quod verum esse insuper demonstrat, dicens : « Cum clamaveris, eripiant te in afflictione tua. » Itaque, ut propheta ait : « Quid proderit sculptile quod sculpserunt? Formarunt illud conflatile, imaginationem falsam, quod fictor finxit, nec Deus est [15]. » Deinde quam opem errantibus afferet imago ex ligno et lapide facta, et humani artificii inventum potius quam Deus? Propterea inquit : « Omnes ventus tollet, et auferet tempestas. » Quosnam? Vel deos ab ipsis excogitatos, vel qui adorant eos, qui ceu cinis et pulvis, ventorum projiciuntur flatibus. Atque hoc est, opinor, quod in libro Psalmorum dictum est : « Fiant tanquam pulvis a facie venti, id est, in nihil recident [16]. » Est autem solemne Scripturæ divinitus inspiratæ, tentationum seu suppliciorum impetus, procellæ sæpenumero et tempestati comparare. D

Οἱ δὲ ἀντεχόμενοί μου κτήσονται γῆν, καὶ κληρονομήσουσι τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου· καὶ ἐροῦσι· Καθαρίσατε ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ ὁδοὺς, καὶ ἄρατε σκώλα ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τοῦ λαοῦ μου.

VERS. 14. *At qui inniluntur mihi possidebunt terram, et hæreditate consequentur montem sanctum meum ; et dicent : Mundate a facie ejus vias, et auferte offensiones e via populi mei.*

[12] Ezech. VII, 27. [13] Isa. III, 11. [14] Jac. II, 19. [15] Habac. II, 18. [16] Psal. XXXIV, 5.

Digitized by Google

Necessario subtexerunt hæc superioribus. Oportuit enim, oportuit hominum flagitiosorum et defectorum punitionem, et diligentium illum præmia manifesta et perspicua fieri. **807** Ac quidem in universum pollicitatio hæc vera est. Quisquis enim Deum amplectitur, et perfecta ejus dilectione nihil prius aut præstabilius esse censet, omnibusque bonis operibus excellit: hic erit terræ hæres, quæ sanctis destinata est, quam etiam nobis Servator ipse significavit, dicens: « Beati mites, quia ipsi hæreditario possidebunt terram [16]. » Sanctum autem montem hic dico, supremam civitatem, cœlestem Jerusalem, pulchram sanctorum civitatem. Psallit siquidem, deque ea inquit divinus David: « Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens manibus et mundus corde [17]. » Omnibus igitur Deum amplectentibus, sors erit terra sanctorum, et mons venerabilis et celebratissimus. Videtur autem nunc de his qui ex tribubus Judaicis crediderunt verba facere: quorum primitiæ ac primi exstiterunt divini discipuli, dilectionem Christi mordicus tenentes, et fidem in illo inconcussam habentes, et obedientiam irreprehensibilem, et charitatem indivulsam. Dicunt siquidem: « Quis nos separabit a dilectione Christi? Afflictio? num angustia? num persecutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius [18]? » Hi sunt hæredes regni cœlorum: et terram supernam possidebunt, quæ mansuetis est præparata. Convenit mansuetudinis nomen, evangelicam vitam degentibus, quibus etiam Christus præcepit ne irascerentur, ne ulciscerentur quemquam eorum qui offenderunt: sed ut eos qui hostes sunt, beneficiis prosequerentur. « Benefacite enim, » inquit, « inimicis vestris, et orate pro his qui insectantur vos. Et percutienti te in dextram maxillam, ei obverte et alteram [19]. » Patientiæ et mansuetudinis summæ est his rebus excellere. Possidentibus, inquit, terram et montem sanctum, velut in promissione et spe dicetur: « Mundate a facie ejus vias: » id est, certe, « Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus [20]. » Quomodo autem præparatio hæc peragetur, declaravit, inquiens: « Tollite offensiones de via populi mei, » id est, viam salutis per fidem planam et expeditam cunctis terræ incolis facite: nihil sit asperum aut arduum. Lex enim Mosaica misericordiam nesciebat, et **808** difficilis erat: omnes enim multum offendimus, et vix reperiri poterat qui prorsus liber esset, et eam inculpate implere posset. Unde divini discipuli his qui post fidem ad legis umbras reverti voluerunt, dicebant: Et nunc quid tentatis Deum, ut imponatis jugum collo discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare valuerunt [21]? Dixit item Paulus, legem transgressionum causa appositam esse: nam lex peccatum arguit: et qui ad eam impingebant

Ἀναγκαίως ἐπενήνεκται τοῖς ἀνόπιν καὶ ταῦτα. Ἔδει γὰρ, ἔδει καὶ τῶν φιλαμαρτημόνων καὶ ἀποστατῶν ἐναργῆ γενέσθαι τὴν κόλασιν, καὶ τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν τὰ ἔργα. Καὶ καθόλου μὲν ἀληθὴς ἡ ὑπόσχεσις· ἅπας γὰρ εἴτις ἀντέχεται Θεοῦ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης ὁλοτελοῦς οὐδὲν ἡγεῖται τὸ ἄμεινον, διαπρέπει δὲ καὶ δι' ἁπάσης ἀγαθουργίας· οὗτος ἔσται κληρονόμος τῆς ἡτοιμασμένης γῆς τοῖς ἁγίοις, ἣν δὴ καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ Σωτὴρ κατεσήμαινε λέγων· « Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. » Ὄρος δὲ ἅγιον ἐν τούτοις φημὶ, τάχα που τὴν ἄνω πόλιν, τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ, τὴν τῶν ἁγίων καλλίπολιν. Ψάλλει γάρ που, καί φησι περὶ αὐτῆς ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος Κυρίου; ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ; Ἀθῷος χερσὶ, καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ. » Οὐκοῦν ἅπασι τοῖς ἀντεχομένοις Θεοῦ, κλῆρος ἔσται τῶν ἁγίων ἡ γῆ, καὶ τὸ σεπτόν τε καὶ διαβόητον ὄρος. Ἔοικε δὲ νυνὶ περὶ τῶν πιστευσάντων εἰς αὐτὸν ἐκ τῶν Ἰουδαϊκῶν ταγμάτων ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, ὧν ἀπαρχὴ καὶ πρῶτοι γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἁπλῆς ἐχόμενοι, ἀκράδαντον ἔχοντες ἐπ' αὐτῷ τὴν πίστιν, καὶ ἀδιάβλητον τὴν ὑποταγὴν, καὶ ἀδιάσπαστον τὴν ἀγάπην. Φασὶ γοῦν, ὅτι « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; » Οὗτοι γεγόνασι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας κληρονόμοι, καὶ κατεκτήσαντο γῆν τὴν ἄνω τὴν τοῖς πραέσιν ηὐτρεπισμένην. Πρέποι δ' ἂν τὸ τῆς πραότητος ὄνομα τοῖς τὴν εὐαγγελικὴν διαβιοῦσι ζωὴν, οἷς καὶ προστέταχεν ὁ Χριστὸς τὸ μὴ ὀργίζεσθαι δεῖν, μήτε μὴν ἀμύνεσθαί τινας τῶν λελυπηκότων, ἐπείγεσθαι δὲ μᾶλλον εὐεργετεῖν καὶ τοὺς ἐν τάξει γεγονότας τῶν ἐχθρῶν. « Εὖ ποιεῖτε » γὰρ, φησὶ, « τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, καὶ τῷ παίοντί σε εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. » Ἀνεξικακίας δὲ καὶ πραότητος τῆς εἰς ἄκρον ἀπόδειξις ἂν εἴη τὸ διαπρέπειν ἐν τούτοις. Τοῖς δέ γε κτησαμένοις τὴν γῆν καὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιον, ὡς ἐν ὑποσχέσει καὶ ἐν ἐλπίδι ῥηθήσεται, φησί· « Καθαρίσατε ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ ὁδούς· » τοῦτό ἐστιν ἐναργῶς τὸ, « Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. » Τίνα δὲ τρόπον ἡ ἑτοιμασία πράττεται, διεσάφησεν εἰπών· « Ἄρατε σκῶλα ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τοῦ λαοῦ μου· » τουτέστι λείαν καὶ εὐήλατον ἀποδείξατε τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν τῆς διὰ πίστεως σωτηρίας τὴν ὁδόν· μηδὲν ἔστω τὸ τραχὺ καὶ ἄναντες. Ὁ μὲν γὰρ νόμος διὰ Μωσέως ἐλεεῖν οὐκ ἠπίστατο, καὶ δυσκατόρθωτος ἦν· πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες, καὶ δυσεύρετος ἦν ὁ εἰσάπαν ἐλεύθερος, καὶ ἀμωμήτως αὐτὸν ἀποπεράναι δυνάμενος. Καὶ γοῦν ἔφασκον οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ τοῖς μετὰ τὴν πίστιν ἐπὶ τὰς τοῦ νόμου σκιὰς ὑπονοστεῖν ἐθέλουσι· Καὶ νῦν τί πειράζετε τὸν Θεὸν, ἐπιθεῖναι τὸν ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε ἡμεῖς, οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν ἰσχυσαν βαστάσαι; Ἔφη

[16] Matth. v, 4. [17] Psal. xxiii, 3, 4. [18] Rom. viii, 35. [19] Matth. v, 44. [20] Isa. xl, 3. [21] Matth. xi, 46.

Digitized by Google

ξὲ καὶ ὁ Παῦλος, ὅτι καὶ ὁ νόμος, τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη· ἔλεγχος γὰρ ἁμαρτίας ὁ νόμος, καὶ αὐτῷ προσπταίοντες, ὑπὸ μῶμον ἦσαν καὶ γραφήν. Ἐκώλυον οὖν ἄρα τῆς ἐννόμου ζωῆς τὸ δυσήνυτον. Ἀλλ' αἰρέσθω, φησὶν, ἐκ μέσου· ἡ δὲ εὐστιβὴς καὶ ἀνιδρωτὶ (1) βάσιμος ἀναδεικνύσθω τρίβος, τουτέστι, τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἡ δύναμις τὴν ἀληθῆ λατρείαν εἰσφέρουσα. Ἔφη τι τοιοῦτον καὶ ἑτέρωθί που Θεὸς πρὸς τοὺς ἁγίους μυσταγωγούς· « Πορεύεσθε διὰ τῶν πυλῶν μου, καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαρρίψατε·» τουτέστι, δυσχερείας ἁπάσης ἀπαλλάξατε τὴν ὁδὸν, ἥπερ ἂν ἀποφέροιτο πρὸς Θεὸν διὰ τῆς ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθοῦς λατρείας, καὶ τῆς ἐν πίστει φαιδρότητος.

A reprehensioni erant et accusationi obnoxii. Itaque legalis vitæ difficultates prohibuerunt. Sed tollatur, inquit, de medio. At pervia et sine sudore permeabilis via ostendatur, id est, evangelicæ conversationis vis et ratio verum cultum inducens. Dixit alibi quoque Deus tale quiddam sanctis mystagogis: « Ite per portas meas, et lapides de via removete [22]; » id est, omni difficultate viam liberate, quæ ad Deum adducat, per spiritualem ac verum cultum, et fidei splendorem.

Τάδε λέγει Κύριος ὁ ὕψιστος, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν τὸν αἰῶνα, ἅγιος ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, καὶ ὀλιγοψύχοις διδοὺς μακροθυμίαν, καὶ διδοὺς ζωὴν τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν· Οὐκ εἰς τὸν αἰῶνα ἐκδικήσω ὑμᾶς, οὐδὲ διὰ παντὸς ὀργισθήσομαι ὑμῖν. Πνεῦμα γὰρ παρ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ πνοὴν πᾶσαν ἐγὼ ἐποίησα.

Vers. 15, 16. *Hæc dicit Dominus altissimus, qui in altis habitat in æternum, sanctus in sanctis, requiescens, et iis qui sunt parvo animo dans patientiam, et contritis corde dans vitam : Non in æternum ulciscar vos, neque semper irascar vobis. Spiritus enim a me egredietur, et flatum omnem ego feci.*

Οἱ μακάριοι προφῆται, ὅτε τι μέγα καὶ θεοπρεπὲς ὑπισχνεῖται· τισιν ὁ τῶν ὅλων Κύριος, πολὺ τὸ θαῦμα δέχονται τῆς δόξης αὐτοῦ καὶ τῆς ἡμερότητος, καὶ οἷον ἀνασκιρτῶντες ἐκ θυμηδίας τρέπονται πρὸς δοξολογίαν. Τοιοῦτόν τι πεπονθότα νυνὶ τὸν προφήτην εὑρήσομεν· οὐ γὰρ ἁπλῶς ἔφη· Τάδε λέγει Κύριος, προσεπάγει δὲ ἀναγκαίως, ὁ ὕψιστος, τουτέστιν, ὁ πάντων ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω κατὰ φύσιν παντὸς τοῦ παρενεχθέντος εἰς ὕπαρξιν· λέγων δὲ τὸ, κατοικῶν ἐν ὑψηλοῖς, ὑποφαίνει πάλιν ὡς ἐν ἀκλονήτοις ἐστὶν ὑπεροχαῖς, καὶ ἐν ἀῤῥήτοις ὑψώμασιν ἡ θεία τε καὶ ὑπερτάτη φύσις. Καίτοι τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ κατοικεῖν ἐν ὑψηλοῖς εἰς τὸν αἰῶνα αὐτήν· ἔχει γὰρ ἀναλλοιώτως ἔν γε τοῖς καθ' ἑαυτὴν, καὶ οὐκ ἂν γένοιτό πως ἐν ἀμείνοσιν, ἢ ὅπερ ἐστὶν, ἔνεστι δὲ μᾶλλον ἀμεταπτώτως αὐτῇ τὸ ἐν οἷς ἐστιν εἶναι διηνεκῶς. Ἅγιον δὲ ἐν ἁγίοις ἀναπαύεσθαί τε καὶ κατοικεῖν αὐτόν φησιν, ὑπεμφαίνων ὅτι παραιτεῖται μὲν ὡς μεμολυσμένους διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ἐναυλίζεται δὲ φιλαγάθως τοῖς διὰ πίστεως ἐκκεκαθαρμένοις, καὶ ἡγιασμένοις ἐν πνεύματι. Δίδωσι δὲ καὶ ὀλιγοψύχοις μακροθυμίαν, καὶ ὀλιγοψύχους φησὶ τοὺς ἑαυτοὺς ὅτε βραχύ πως ἀσθενεῖν εἰωθότας, περὶ τὸν προτεθέντα αὐτοῖς τοῦ βίου σκοπόν. Δίδωσι δὲ τούτοις μακροθυμία[ν], τουτέστι καρτερίαν καὶ ὑπομονὴν, μονονουχὶ βοῶν τε καὶ λέγων· « Ἀνδρίζεσθε, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία ὑμῶν, πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ Κύριον. » Δίδωσι δὲ καὶ ζωὴν τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν, τουτέστι τοῖς πτωχοῖς τῷ πνεύματι· τοιοῦτοι δὲ πάντες οἱ ἐν ὑπακοῇ Θεοῦ, καὶ εἰκτικὸν ἔχοντες νοῦν· οὗτοι δ' ἂν εἶεν οἱ διὰ πίστεως κεκλημένοι πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ· ὀνομάζονται δὲ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, τὴν ἐναντίαν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἐρχόμενοι τρίβον. Οἱ μὲν γὰρ ἦσαν ἀλαζόνες, ἀπειθεῖς τε καὶ ἄθραυστοι·

Beati prophetæ, quando magnum quiddam et divinum pollicetur aliquibus universorum Dominus, magna admiratione gloriæ ejus et clementiæ perfunduntur, et velut exsultantes præ lætitia ad laudes canendas convertuntur. Tale quiddam nunc fecisse prophetam inveniemus. Non enim dixit simpliciter: Hæc dicit Dominus, sed necessario adjungit, Altissimus, id est, qui est supra omnia et natura omnibus rebus creatis sublimior. Cum dicit, qui habitat in excelsis, subindicat rursus, in dignitate velut inconcussa constitutam esse et ineffabili celsitudine conspicuam, divinam ac summam naturam. Et hoc puto esse, habitare eum in excelsis in æternum. Est enim apud se immutabilis, nec in meliore, quam est, conditione esse potest: imo in eam nulla cadit mutabilitas, sed hoc ei inhæret ut, in quibus est, sit **809** perpetuo. Sanctum eum in sanctis requiescere et habitare dicit: subinsinuans, eum Israelitico sanguine ortos tanquam multis peccatis contaminatos repudiare: commoratur autem ex quodam bonitatis amore cum iis qui per fidem purgati sunt, et sanctificati in spiritu. Dat etiam parvo animo præditis patientiam. Et parvo animo præditos ait, qui interdum in suscepto vitæ instituto facile franguntur ac debilitantur. Dat etiam illis patientiam, id est, tolerantiam et sustinentiam, propemodum clamans et dicens: « Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino [23]. » Dat etiam contritis corde vitam, id est, pauperibus spiritu. Ejusmodi sunt omnes qui Deo præstant obedientiam, et animo sunt submisso et sequace. Illi sunt qui vocati sunt per fidem ad Christi agnitionem, et pauperes spiritu nominantur, semitam ingredientes Israelitis contrariam. Nam hi arro-

[22] Isa. LXII, 10. [23] Psal. XXVI, 14.

tis, et quænam essent, ac cujusmodi, postquam exposuit, necessario infert ac subjungit, et damnum hinc illis inflictum, et intolerandæ vitiositatis retaliationem, ac impietatis ipsorum fructus. Exspectabant enim Judæi illustrationem a Christo, audiebant prophetas sanctos clamantes manifeste : « Illumina, illumina, Jerusalem : venit enim lux tua, et gloria Domini super te orta est [75]. » Et tunc aperientur oculi cæcorum : et quantum ad sanctorum prophetarum prædictionem attinet, non erant bona spe destituti miseri. Siquidem inter se dicebant aliquando Judaicæ Synagogæ præsides : « Num ex Galilæa Christus venit? Nonne Scriptura dicit, ex semine Davidis, et a Bethleem vico Christum venire [76]? » Samaritana quoque illa mulier confessa est manifeste, ipsum **833** Christum alloquens, adventus virtutem. Dicebat enim : « Novimus quod Messias venit, qui dicitur Christus. Cum venerit ille, annuntiabit nobis omnia. » Exspectabant ergo, ut dixi, illustrationem a Christo : sed contigerunt præter spem illis omnia. Non enim veram lucem admiserunt, sed cum tenebras ultro sibi accersitas tanquam in domicilia animorum recepissent, cæci exstiterunt, et duces cæcorum, juxta Servatoris vocem [77]. Dum igitur lucem illi præstolarentur, id est, sperarent et exspectarent, obtigerunt illis tenebræ. Et exspectantes splendorem, in caligine versabantur. Idem rursus aliter etiam de eadem re ponit propheta, dictorum sententiam exponens. Qui enim splendorem exspectarunt, in tenebris profundis amulaverunt. Hoc enim τῆς ἀωρίας, id est, caliginis nomen significat. Deinde ut cæcitatis, quæ in illis fuit, magnitudinem exprimeret : Palpabunt, inquit, tanquam cæcus ad parietem. Sic enim interdum ambulare consueverunt, qui oculorum cæcitate laborant. Et in ipso, inquit, meridie, tanquam media nocte cadent. Meridiem usitate, mediam diei partem nominat, quando solis circulus medium cœlum tenens, radios intentissimi caloris immittit terræ incolis, et velut opulentiore splendoris copia collustrat omnia ; μεσονύκτιον, id est, medium noctis, quando profundæ tenebræ omnibus sub cœli complexu offunduntur. In meridie igitur, inquit, id est, in abundantissima luce, divina scilicet, et quæ mente percipitur, quæ orbem terræ illuminat, beneficio omnium nostrum Servatoris Christi, cadent ceu cæci, Judæi quo vadunt nescii. Noluerunt siquidem obedire Christo dicenti : « Quandiu lucem habetis, ambulate in luce, ne vos tenebræ comprehendant [78]. » Comprehensi sunt igitur a tenebris, cum in luce ambulare non sustinerent. Quin et aliud quoque patientur. Gement enim, inquit, quasi morientes, id est, quasi gravi et intolerando morbo debilitati. Ac ibunt quasi ursus simul et columba : non ut duo quidam inter se convenientes, quorum hic ursus intelligi possit, ille columba : sed quisque affectu et animo erit quasi ursus simul et columba.

δι' ὅσων ἔρχεται τρόπων εἰπών, ἀναγκαίως ἐπάγει καὶ παρατίθησι, καὶ τὴν ἐντεῦθεν αὐτοῖς ἐντετριμμένην ζημίαν, καὶ τῆς ἀσχέτου φαυλότητος τὴν ἀντέκτισιν, ἤτοι τοὺς τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀσεβείας καρπούς. Προσεδόκων μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι τὸν παρὰ Χριστῷ φωτισμόν. Ἤκουον προφητῶν ἁγίων ἀναβοώντων ἀναφανδόν, « Φωτίζου, φωτίζου, Ἱερουσαλήμ, ἥκει γὰρ τὸ φῶς σου, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκε. » Καὶ τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ τό γε ἧκον εἰς τὴν τῶν ἁγίων προφήτων προαγόρευσιν, οὐκ ἔξω χρηστῆς ἐλπίδος ἦσαν οἱ τάλανες. Καὶ γοῦν προσελάλουν ἀλλήλοις ποτὲ τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς οἱ προεστηκότες, « Μὴ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται; οὐχ ἡ Γραφὴ εἶπεν, ὅτι ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης ὁ Χριστὸς ἔρχεται; » Καὶ ἡ Σαμαρεῖτις ἐκείνη γυνὴ διωμολόγηκεν ἐναργῶς αὐτῷ προσλαλοῦσα Χριστῷ τῆς ἐπιδημίας τὴν δύναμιν. Ἔφη γάρ, ὅτι « Οἴδαμεν ὅτι Μεσσίας ἔρχεται ὁ λεγόμενος Χριστός· ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, εὐαγγελεῖ ἡμῖν πάντα. » Οὐκοῦν προσεδόκων μὲν, ὡς ἔφην, τὸν παρὰ Χριστοῦ φωτισμὸν, ἀλλ' ἐκβέβηκεν αὐτοῖς εἰς πᾶν τοὐναντίον τὰ τῆς ἐλπίδος. Οὐ γὰρ προσεδέξαντο τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, αὐτόκλητον δὲ ὥσπερ ταῖς ἑαυτῶν διανοίαις εἰσοικισάμενοι σκότον, τυφλοὶ γεγόνασι, καὶ τυφλῶν ὁδηγοὶ, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Φῶς τοίνυν ὑπομεινάντων αὐτῶν, τουτέστιν ἐλπισάντων ἤτοι προσδοκησάντων, γέγονεν αὐτοῖς σκότος, καὶ μείναντες αὐγὴν ἐν ἀωρίᾳ περιεπάτησαν. Αὐτὸ δὴ πάλιν ἑτέρως, ἤτοι περὶ τοῦ αὐτοῦ τίθησιν ὁ προφήτης, τῶν εἰρημένων καταλευκαίνων τὸν νοῦν. Οἱ γὰρ αὐγὴν προσδοκήσαντες, ἐν σκότῳ βαθεῖ περιεπάτησαν. Τοῦτο γὰρ τὸ τῆς ἀωρίας ὄνομα δηλοῖ· Εἶτα τῆς ἐγγενομένης αὐτοῖς τυφλώσεως ἐμφανίζων τὸ μέγεθος, ψηλαφήσειν ὡς τυφλὸς ἔφη τοῖχον. Οὕτω γὰρ ἔσθ' ὅτε περιπατεῖν ἔθος τοῖς τῶν ὀμμάτων ἠρρωστηκόσι τὴν πήρωσιν. Μεσημβρίας δὲ οὔσης, φησὶν, ὡς ἐν μεσονυκτίῳ πεσοῦνται· Καὶ μεσημβρίαν μὲν τὸ μεσαίτατον τῆς ἡμέρας ὀνομάζει συνήθως, ὅτε καὶ ἀκμαιοτάτην ἐπαφίησιν ἀκτῖνα τοῖς ἐπὶ γῆς μεσουρανῶν ὁ ἡλίου κύκλος, καὶ οἷον πεπλουσιωτέραις αὐγαῖς περιαστράπτει τὰ σύμπαντα· μεσονύκτιον δὲ τῆς νυκτὸς τὸ μεσαίτατον, ὅτε καὶ βαθὺς ἅπασι τοῖς ὑπ' οὐρανὸν κατοχεῖται σκότος. Ἐν μεσημβρίᾳ τοίνυν, φησὶ, τουτέστιν, ἀμφιλαφεστάτου φωτὸς, θείου δὲ δηλονότι καὶ νοητοῦ, καταυγάζοντος τὴν ὑπ' οὐρανὸν, διὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, πεσοῦνται καθάπερ τυφλοὶ μηδὲ εἰδότες, ὅποι βαδίζουσιν Ἰουδαῖοι· οὐ γὰρ ἠθέλησαν ὑπακούειν λέγοντι τῷ Χριστῷ, « Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτὶ, ἵνα μὴ ἡ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. » Κατελήφθησαν τοίνυν ὑπὸ τῆς σκοτίας οὐκ ἀνασχόμενοι περιπατεῖν ἐν τῷ φωτί· πείσονται δέ τι καὶ ἕτερον. Στενάξουσι γὰρ ὡς ἀποθνήσκοντες, φησὶ, τουτέστιν, ὡς βαρείᾳ καὶ ἀσχέτῳ νόσῳ κατισχημένοι. Πορεύσονται δὲ καὶ ὡς ἄρκος ἅμα, καὶ περιστερὰ, καὶ οὐχ ὡς δύο τινὲς ἀλλήλοις συμβιβάζοντες, ὧν ὁ μὲν ὡς ἄρκος νοηθείη ἄν, ὁ δὲ ὡς περιστερὰ, ἀλλ' ἕκαστος αὐτῶν ἐν ταυτῷ κατὰ

[75] Isa. LX, 1. [76] Joan. VII, 41, 42. [77] Matth. XV, 14. [78] Joan. XII, 35.

Digitized by Google

τὴν ἕξιν, καὶ κατά γε τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς διάνοιαν, ὡς ἄρκος ὑπάρχων ὁμοῦ καὶ περιστερά. Ἐπειδὴ γὰρ ἔφη στενάζειν αὐτοὺς, διαδείκνυσιν εὖ μάλα ποῖος ἔσται καὶ ὅσος ὁ στεναγμὸς αὐτῶν. Φασὶ γὰρ τὰς ἄρκους, εἰ ἀτεκνωθεῖεν ὑπό του διηρπασμένων αὐταῖς τῶν σκυμνίων, δεινῶς ὀλοφύρεσθαι, καὶ πίμπλασθαι μὲν ἀκράτου μανίας, ὄρη δὲ καὶ νάπας περινοστεῖν, καὶ τοῖς ὑπαντῶσιν ἀσχέτως ἐπιπηδᾷν· καί που δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν τοιοῦτόν τι σημαίνει, λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς περὶ τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, Ὑπαντήσομαι αὐτοῖς ὡς ἄρκος ἀπορουμένη, τουτέστιν, ὠμῶς καὶ ἀγρίως. Αἱ δὲ περιστεραὶ ταῖς ἑαυτῶν καλιαῖς ἐνιζάνουσαι διαγογγύζουσι συχνῶς, καὶ οἷόν τινα γοερὰν πέμπουσι φωνήν. Τοιοῦτοί τινες γεγόνασιν οἱ Ἰουδαῖοι· πεπορθημένης γὰρ αὐτῶν ἁπάσης τῆς χώρας ὁμοῦ τῇ ἁγίᾳ πόλει, φημὶ δὴ τῇ Ἱερουσαλὴμ, κατεμπρησθέντος δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ ναοῦ, θηριοπρεπῆ μὲν ἔχουσι γνώμην, κατὰ τῶν ἠρηκότων αὐτήν. Θρηνοῦσί γε μὴν παθοῦσαν ὡς περιστεραί. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Καὶ ἔσονται ἐπὶ τῶν ὀρέων ὡς περιστεραὶ μελετητικαί. » Ἢ τάχα που καὶ ἕτερόν τι καταδηλοῦν τὸν προφητικὸν ἐν τούτοις οἰησόμεθα λόγον. Πορεύσονται γὰρ, φησὶν, ὡς ἄρκος καὶ περιστερὰ, τουτέστι, διαζήσουσιν ἐν ἀγριότητι νοῦ, συνεζευγμένης ἀσυνεσίας· καὶ ἀγριότητος μὲν ἡ ἄρκος εἰκών, ἤτοι παράδειγμα, εὐηθείας δὲ καὶ ἀσυνεσίας ἡ περιστερά. Εἴρηται γοῦν περὶ τοῦ Ἰσραὴλ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν, Καὶ ἦν Ἐφραὶμ περιστερὰ ἄνους, οὐκ ἔχουσα καρδίαν· εὑρήσομεν δὲ τοὺς Ἰουδαίους ἀγριομόρους ὄντας τινὰς κατὰ ἀλήθειαν. Οὐ γάρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς ἡ παρὰ Χριστοῦ σύνεσις καὶ πραότης· ἠρνήσαντο γὰρ αὐτὸν σοφίας ὄντα καὶ συνέσεως χορηγὸν, ἡμέρους τε καὶ πράους ἀποφαίνοντα τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν. Ἔφη γοῦν ὁ προφήτης Ἱερεμίας περὶ αὐτῶν ποτὲ μὲν, ὅτι « Ἐμωράνθη πᾶς ἄνθρωπος ἀπὸ γνώσεως, » ποτὲ δὲ πάλιν, « Οὐ σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ὅτι τὸν λόγον Κυρίου ἀπεδοκίμασαν. »

Ἀνεμείναμεν κρίσιν, καὶ οὐκ ἔστι σωτηρία, μακρὰν ἀφέστηκεν ἀφ' ἡμῶν· πολλὴ γὰρ ἡμῶν ἡ ἀνομία ἐναντίον σου, καὶ αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἀντέστησαν ἡμῖν· αἱ γὰρ ἀνομίαι ἡμῶν ἐν ἡμῖν, καὶ τὰ ἀδικήματα ἡμῶν ἔγνωμεν. Ἠσεβήσαμεν, καὶ ἐψευσάμεθα, καὶ ἀπέστημεν ἀπὸ ὄπισθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἐλαλήσαμεν ἄδικα, καὶ ἠπειθήσαμεν· ἐκύομεν, καὶ ἐμελετήσαμεν ἀπὸ καρδίας ἡμῶν λόγους ἀδίκους, καὶ ἀπεστήσαμεν ὀπίσω τὴν κρίσιν, καὶ ἡ δικαιοσύνη μακρὰν ἀφέστηκεν.

Ἀεὶ φιλαλήθης ἐστὶ τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος. Λαλεῖ γὰρ ἐν αὐτοῖς τῆς ἀληθείας τὸ πνεῦμα, τουτέστι Χριστοῦ. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, ἐπειδὰν ποιῶνται μνήμην τῆς ἀποβολῆς τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ τῆς ἐπενηνεγμένης αὐτοῖς ὀργῆς διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, διαμέμνηνται χρησίμως, καὶ τῆς ἐσομένης ἐπιστροφῆς αὐτῶν ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, κλήσεώς τε τῆς ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως. Οἰκονομικώτατα τοίνυν, ἵνα μή τις οἴηται ψευδοεπεῖν τὴν ἀλήθειαν, αὐτοὺς εἰσκομίζει μετα-

A Nam quoniam dixerat, eos gemere, ostendit pulcherrime, qualis futurus sit et quantus eorum gemitus. **834** Dicunt enim ursas si orbatæ sint suis catulis a quopiam sibi ereptis, graviter lugere, et impotenter agi in rabiem, montes et saltus circuire, et in obvios effrenato impetu insilire. Et quidem tale quiddam universorum Deus per quemdam e sanctis prophetis significat, dicens de sanguine Israelitico oriundis : Occurram illis velut ursa orbata, id est, crudeliter et immaniter. Columbæ autem nidis suis insidentes, subinde murmurant, et lugubrem quasi vocem quamdam emittunt. Tales facti sunt Judæi. Nam vastata eorum tota regione, simul cum sancta civitate, Jerusalem dico, ac ipso templo concremato, mente ferina ac belluina affecti B sunt in eos qui sustulerunt eam, atque hoc illi accidisse lugent, ceu columbæ. Scriptum est enim : « Et erunt in montibus, ceu columbæ querulantes [79]. » Vel aliud quiddam hic significare videtur sermo propheticus. Ibunt enim, inquit, ceu ursus et columba, id est, in mentis immanitate conjuncta cum imprudentia vivent. Ursa enim immanitatis, at simplicitatis et imprudentiæ imago et exemplum est columba. Est enim dictum de Israel apud quemdam e sanctis prophetis : Et erat Ephraim columba amens, non habens cor. Inveniemus autem Judæos quosdam esse crudeliter stultos re vera. Nec enim est in illis Christiana illa prudentia et mansuetudo. Negaverunt enim ipsum sapientiæ et prudentiæ subministratorem, quique diligentes se reddit mites et C mansuetos. Dixit ergo propheta Jeremias de illis, alicubi : « Infatuatus est omnis homo a cognitione [80]. » Alibi rursus : « Non inest illis sapientia, quia sermonem Domini reprobarunt [81]. »

VERS. 12-14. *Exspectavimus judicium, et non est salus, procul recessit a nobis. Multa enim est iniquitas nostra in conspectu tuo, et peccata nostra restiterunt nobis. Iniquitates enim nostræ in nobis, et injustitias nostras novimus. Impie egimus, et mentiti sumus, et recessimus a Deo nostro, locuti sumus injusta, et non obedivimus. Parturivimus, et meditati sumus de corde nostro sermones injustos, et recessimus a judicio, et justitia procul recessit.* D

835 Semper veritatis amans est sanctorum prophetarum oratio. Loquitur enim ipsis veritatis, id est, Christi spiritus. Hac de causa, cum mentionem faciunt rejectionis Judaicæ gentis, et illati illis supplicii propter impietatem in Christum : opportune commemorant futuram eorum conversionem postremis sæculi temporibus, et vocationem in Christo per fidem. Appositissime itaque, ne quis mentiri putet veritatem, eos inducit resipiscentes et persona eorum sumpta, eos tantum non sistit

[79] Isa. LIX, 11 [80] Jerem. X, 14. [81] Jerem. VIII, 9.

Digitized by Google

Deo dicentes : Exspectavimus judicium, et non est. Judicium dicunt justitiam, per Christum videlicet, quam se accepturos sperabant. Sed apud eos non est : quippe qui duri et immorigeri exstiterunt. Ideo dicit : Salus procul secessit a nobis. Multa enim nostra iniquitas in conspectu tuo, et peccata nostra in nobis sunt. Cum enim in totum exciderint ab eo qui justificat per fidem, ab ea salute quæ ab ipso est procul etiam abfuerunt, cum non abjecerint peccati inquinamenta, et iniquitatis crimina non deleverint, sed cum sordes hinc sibi velut infusus et instillatas habeant. Propterea affatus est eos Christus, dicens : « Amen dico vobis, si non credideritis quia ego sum, in peccatis vestris moriemini [81*]. » Itaque quia non crediderunt, in peccatis suis mortui sunt. Et quia multifariam impii fuerunt contra Christum, etiam horum ipsorum confessionem edunt. Nam dicunt : Injustitias nostras novimus, impie egimus, et mentiti sumus, ac recessimus a Deo nostro. Impietatem enim commiserunt haud ferendam, mentientes contra majestatem omnium nostrum Servatoris Christi, nec volentes ei obsequi. Confitentur autem porro : Locuti sumus injusta, et non obedivimus. Parturivimus, et meditati sumus ex corde nostro sermones injustos. Nam injusta locuti sunt contra Christum : nunc elevantes ejus gloriam, et miracula calumniantes, dixerunt, in Beelzebul principe dæmoniorum eum ejicere dæmonia : nunc parientes e corde suo sermones injustos, accusarunt eum, Samaritanum, et dæmoniacum, edacem et vinipotorem ausi nominare. Sycophantiis eum prosciderunt, Pilato præside, dicentes : « Concitat turbas, et vetat tributa dare Cæsari [82]. » **836** Propterea dicunt : Recessimus a Deo nostro, locuti sumus injusta, et non obedivimus : parturivimus, et meditati sumus ex corde nostro sermones injustos, et recessimus a judicio, et justitia procul recessit, id est, projecimus justitiam, et velut terga dedimus, eam aversati. Idcirco procul recessit a nobis. Hæ sunt igitur voces pœnitentiam agentium, et a Christo misericordiam quærentium. Etenim res salutaris est, resipiscere, et delictorum confessiones aperte edere. Scriptum est enim : « Dic tu iniquitates tuas prior, ut justificeris [83]. » Dixit etiam divinus Psaltes : « Dixi, Annuntiabo contra me iniquitatem meam Domino : et tu remisisti impietatem cordis mei [84]. »

A γινώσκοντας, καὶ τὸ αὐτῶν πρόσωπον ἀναλαβὼν, μονονουχὶ παρίστησι Θεῷ λέγοντας· Ἀνεμείναμεν κρίσιν, καὶ οὐκ ἔστιν. Κρίσιν δέ φασι τὴν δικαιοσύνην, τὴν διὰ Χριστοῦ δηλονότι, ἣν λήψεσθαι μὲν προσεδόκουν, παρ' αὐτοῖς δὲ οὐκ ἔστι, γεγόνασι δὲ σκληροὶ καὶ ἀπειθεῖς. Διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι Σωτηρία μακρὰν ἀφέστηκεν ἀφ' ἡμῶν. Πολλὴ γὰρ ἡμῶν ἡ ἀνομία ἐναντίον σου, καὶ αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἐν ἡμῖν. Ἐπειδὴ γὰρ ὅλως ἐκπεπτώκασι τοῦ δικαιοῦντος ἐν πίστει, μακρὰν γεγόνασι καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας, οὐκ ἀποβαλόντες τῆς ἁμαρτίας τοὺς μολυσμοὺς, οὐκ ἀποτριψάμενοι τῆς ἀνομίας τὰ ἐγκλήματα, ἀλλ' οἷον ἐντετηγμένον αὐτοῖς τὸν ἐντεῦθεν ἔχοντες ῥύπον. Διὰ τοῦτο προσεφώνει λέγων αὐτοῖς ὁ Χριστὸς, « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ πιστεύσητε, ὅτι ἐγὼ εἰμὶ, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὐ πεπιστεύκασιν, ἐναπέθανον ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν· ἐπειδὴ δὲ πολυτρόπως δεδυσσεβήκασι κατὰ Χριστοῦ, καὶ τούτων αὐτῶν ποιοῦνται τὴν ἐξομολόγησιν. Φασὶ γὰρ, ὅτι Τὰ ἀδικήματα ἡμῶν ἔγνωμεν, ἠσεβήσαμεν, καὶ ἐψευσάμεθα, καὶ ἀπέστημεν ἀπὸ ὄπισθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἠσέβησαν γὰρ οὐ φορητῶς καταψευσάμενοι τῆς δόξης τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ ἀποστάντες τοῦ θέλειν κατακολουθεῖν αὐτῷ. Προσομολογοῦσι δὲ, ὅτι Ἐλαλήσαμεν ἄδικα, καὶ ἠπειθήσαμεν, ἐκύμεν, καὶ ἐμελετήσαμεν ἀπὸ καρδίας ἡμῶν λόγους ἀδίκους. Ἄδικα γὰρ λελαλήκασι κατὰ Χριστοῦ· ποτὲ μὲν γὰρ διασύροντες αὐτοῦ τὴν δόξαν, καὶ διαβάλλοντες τὰς θεοσημίας, ἔφασκον, ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλειν αὐτὸν τὰ δαιμόνια, ποτὲ δὲ καὶ τίκτοντες ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν καρδίας λόγους ἀδίκους· κατηγόρευσαν γὰρ αὐτοῦ, Σαμαρείτην καὶ δαιμονῶντα, φάγον τε καὶ οἰνοπότην ὀνομάσαι τολμήσαντες, σεσυκοφαντήκασι δὲ καὶ ἐπὶ Πιλάτου λέγοντες, ὅτι « Ἀνασείει τοὺς ὄχλους, καὶ κωλύει φόρους διδόναι Καίσαρι. » Διὰ τοῦτό φασιν, ὅτι « Ἀπέστημεν ἀπὸ ὄπισθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐλαλήσαμεν ἄδικα, καὶ ἠπειθήσαμεν· ἐκύμεν, καὶ ἐμελετήσαμεν ἀπὸ καρδίας ἡμῶν λόγους ἀδικίας, καὶ ἀπεστήσαμεν ὀπίσω τὴν κρίσιν, καὶ ἡ δικαιοσύνη μακρὰν ἀφέστηκε, » τουτέστιν, ἐρρίψαμεν κατόπιν τὴν δικαιοσύνην, καὶ οἷον νῶτα δεδώκαμεν ἀποστραφέντες αὐτήν. Διὰ τοῦτο μακρὰν ἀφέστηκεν ἀφ' ἡμῶν. Αὗται δὴ οὖν μετανοούντων φωναὶ, καὶ ζητούντων ἐλεεῖσθαι παρὰ Χριστοῦ. Χρῆμα γὰρ σωτήριον τὸ μετανοεῖν, καὶ τὰς τῶν πλημμελημάτων ὁμολογίας ποιεῖσθαι σαφῶς. Γέγραπται γὰρ, « Λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς. » Ἔφη δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Μελῳδός· « Εἶπα, Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ, καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. »

B

C

D

Vers. 15-19. *Quia consumpta est in viis eorum veritas, et recta venire non poterant. Veritas autem sublata est, et translulerunt mentem, ne intelligerent. Et vidit Dominus, et non placuit ei, quia non erat judicium. Et vidit, et non erat vir, et consideravit, et non erat qui defenderet. Et ultus est eos brachio*

Ὅτι κατηναλώθη ἐν τοῖς ὁδοῖς αὐτῶν ἡ ἀλήθεια, καὶ δι' εὐθείας οὐκ ἠδύναντο ἐλθεῖν. Καὶ ἡ ἀλήθεια ἦρται, καὶ μετέστησαν τὴν διάνοιαν, τοῦ συνειδέναι, καὶ εἶδε Κύριος, καὶ οὐκ ἤρεσεν αὐτῷ, ὅτι οὐκ ἦν κρίσις. Καὶ εἶδε καὶ οὐκ ἦν ἀνὴρ, καὶ κατενόησε, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀντιληψόμενος. Καὶ

[81*] Joan. I, 24. [82] Luc. XXIII, 2. [83] Isa. XLIII, 26. [84] Psal. XXXI, 5.

Digitized by Google

ἠμύνατο αὐτοὺς τῷ βραχίονι αὐτοῦ, καὶ τῇ ἐλεημοσύνῃ, ᾗ (1) ἐστηρίσατο, καὶ ἐνεδύσατο δικαιοσύνην, ὡς θώρακα, καὶ περιέθετο περικεφαλαίαν σωτηρίου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. Καὶ περιεβάλετο ἱμάτιον ἐκδικήσεως, καὶ περιβόλαιον, ὡς ἀνταποδώσων ἀνταπόδοσιν, ὀργὴν τοῖς ὑπεναντίοις. Καὶ φοβηθήσονται οἱ ἀπὸ δυσμῶν τὸ ὄνομα Κυρίου, καὶ οἱ ἀπὸ ἀνατολῶν τὸ ὄνομα τὸ ἔνδοξον. Ἥξει γὰρ ὡς ποταμὸς βίαιος ἡ ὀργὴ Κυρίου, ἥξει μετὰ θυμοῦ.

A suo, et misericordia sustentavit. Et indutus est justitia, quasi lorica, et circumdedit galea salutis caput, et amictus est indumento vindictæ pallioque, tanquam ulturus probrum adversariorum. Et timebunt hi qui ab occidente sunt, nomen Domini, et qui ab oriente sunt, nomen gloriosum. Veniet enim tanquam fluvius violentus ira Domini, veniet cum furore.

Διαμνημονεύσας ὁ προφήτης, ὧν ἐροῦσιν ἐν καιρῷ κλήσεως αὐτῶν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, αἰτοῦντες παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας τὴν χάριν, μεθίστησι πάλιν τοὺς λόγους εἰς τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον, καὶ καταγορεύει τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, μᾶλλον δὲ συναινεῖ, ὅτι γεγένασι πονηροὶ, καὶ ἀποστάται, καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθροί· διϊσχυρίζεται δὲ λέγων, ὅτι Κατηναλώθη ἡ ἀλήθεια ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, τουτέστι, μονονουχὶ δεδαπάνηται, καὶ εἰσάπαν ᾤχετο. Οὐ γὰρ ἦν ὅλως ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν ἀλήθεια, τουτέστι, τῆς ἀληθείας ὁ νόμος. Διὰ τοῦτο δι' εὐθείας οὐκ ἠδύναντο διελθεῖν οἱ γὰρ ὅλως διολισθήσαντες τοῦ εἰδέναι τὸ πολιτεύσασθαι συννόμως, καὶ κατά γε τὸ τῇ ἀληθείᾳ δοκοῦν, ἀλήθεια δὲ ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ ὠνόμασται πανταχοῦ, πῶς ἂν ἦλθον εὐθὺ τοῦ πρέποντος; ἢ πῶς οὐ καμπύλας καὶ διεστραμμένας ἐσχήκασι τὰς ὁδούς; Προστιθεὶς δὲ καὶ λέγων, ὅτι Ἡ ἀλήθεια ἦρται, καὶ μετέστησαν τὴν διάνοιαν τοῦ συνιέναι, διαδείκνυσιν ὅτι παντελῶς ἀπεφοίτηκεν αὐτῶν ἡ ἀλήθεια, καὶ μετέστησαν ὁλοτρόπως τοῦ δύνασθαί τε συνιέναι τῶν τελούντων εἰς σωτηρίαν. Ταῦτα, φησὶν, εἶδε Κύριος, καὶ οὐκ ἤρεσεν αὐτῷ. Οὐ γὰρ ἦν παρ' αὐτοῖς κρίσις, τουτέστι, δικαιοκρισία, καὶ νόμος. Εἶτα· Τεθέαται, φησὶ, καὶ οὐκ ἦν ἀνὴρ, κατενόησε καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀντιληψόμενος. Ἐπειδὴ γάρ ἐστι φιλοικτίρμων, ὡς Θεὸς ἀνίησιν, ἔσθ' ὅτε, καὶ ὁλοκλήρῳ πόλει ἐγκλήματα, δι' ἕνα, καὶ μόνον εὐρεθέντα δίκαιον ἐν αὐτῇ· καὶ γοῦν ἔφη διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· « Περιδράμετε ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ζητήσατε ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς, καὶ ἴδετε ἂν εὕρητε ἄνδρα, εἰ ἔστι ποιῶν πίστιν, καὶ ἀγαπῶν ἔλεος, καὶ ἵλεως ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος. » Ὑπέσχετο δὲ καὶ Σοδόμοις τὴν διὰ πυρὸς ἀνήσειν κόλασιν, εἰ πέντε δικαίους ἔσχον παρ' ἑαυτοῖς, τουτέστιν, ἐν ἑκάστῃ πόλει δίκαιον ἕνα. Κατενόησε τοίνυν, φησὶ, καὶ οὐκ ἦν ἀνὴρ, οὐκ ἦν ὁ ἀντιληψόμενος. Ὁ γὰρ δίκαιος τὸν θεῖον κατευνάσας θυμὸν, καὶ ἀρκέσας μόνος εἰς γε τὸ δύνασθαι καταπραῦναι Θεὸν, ἀντιλαμβάνεται πάντως ἐκείνων, ὑπὲρ ὧν ἂν προσάγῃ τὰς λιτάς. Ἐπεὶ δὲ ἦν τοιοῦτος οὐδείς, ἠμύνατο αὐτοὺς, φησὶ, τῷ βραχίονι αὐτοῦ, τουτέστι, τῇ δυνάμει, ἐστηρίσατο δὲ καὶ τῇ ἐλεημοσύνῃ· οὐ γὰρ ὁλόρριζον ἀνεῖλε τὸν Ἰσραὴλ, σέσωκε δὲ κατάλειμμα φιλάνθρωπος ὤν, καὶ τοῖς ἁγίοις αὐτῶν πατράσιν ἀψευδῆ τετήρηκε τὴν ὑπόσχεσιν. Εἶτά φησιν ὁ προφήτης, ὅτι Θώρακα μὲν ἐνεδύσατο, περὶ ἔθετο δὲ περικεφαλαίαν καὶ ἱμάτιον ἐκδικήσεως, ὡς ἀνταπο-

Cum propheta commemoraverit quæ tempore vocationis suæ dicent Israelitæ, petentes ab ipso Deo et Patre gratiam salutis per Christum: in personam suam rursus orationem transfert et accusat Israelitas, imo annuit et comprobat, et eos malos et apostatas atque veritatis inimicos esse confirmat, dicens: Consumpta est veritas in viis eorum, id est, tantumnon deleta est et funditus periit. Non enim erat ulla in operibus eorum veritas, id est, lex veritatis. Idcirco per rectam viam non potuerunt transire. Qui enim omnino ex legis et veritatis præscripto vitam instituere nesciunt (veritas autem lex Dei ubique nuncupatur), quomodo **837** recta ad decorum transeant? imo quomodo non obliquas et distortas vias habuerint? Cum addit et dicit: Veritas sublata est, et transtulerunt mentem, ne intelligerent; ostendit, in totum veritatem ab illis recessisse, et eos omnino mentem transtulisse ut quid ad salutem faceret non intelligerent. Hinc dicit: Vidit Dominus et non ei placuit; non enim erat apud eos judicium, id est, justum judicium et lex. Deinde, Aspexit, inquit, et non erat vir, consideravit, et non erat defensor. Nam quoniam misericors est, ut Deus, remittit interdum universæ etiam civitati crimina, propter unum solum, qui in ea justus inventus est. Siquidem dixit voce Jeremiæ: « Cursate in viis Jerusalem, et quærite in plateis ejus, et videte an invenire possitis virum, qui facit fidem, et diligit misericordiam, ac propitius ero illi, dicit Dominus [88]. » Promisit item Sodomis se ignis supplicium illis remissurum, si quinque justos apud se habuissent, id est, unum justum in unaquaque civitate. Consideravit igitur, inquit, et non erat vir, non erat qui defenderet. Justus enim cum furorem sedet, et solus valeat Deum placare, illos semper defendit, pro quibus preces obtulerit. Quoniam vero nullus ejusmodi erat, vindicavit eos, inquit, brachio suo, id est, potentia, et sustentavit misericordia. Non enim radicitus sustulit Israelem, sed humanus cum sit, reliquias servavit, et sanctis ipsorum patribus fidem datam vere servavit. Deinde propheta ait: Indutus est lorica, et galea circumdatus est, ac indumento vindictæ, tanquam ulturus probrum adversariorum; tantum non imperatorem contra eos factum esse dicit universorum Deum, armatura instructum, et rei bellicæ gnarum. Quibus verbis iræ contra illos impetum declarat. Restitit enim illis Omnipotens, cui merito

[88] Jerem. v, 1.

(1) Vocula ᾗ desideratur in ed. LXX.

Digitized by Google

dictum est : « Tu terribilis es, et quis resistet tibi ab ira tua [86] ? Supplicio autem Judæis illato, « timebunt qui ab Occidente sunt, et qui ab Oriente, nomen gloriosum. Veniet enim, veniet, inquit, contra infideles ira, veluti violentissimus quidam fluvius rapiens omnia, et tam rapido fluxu decurrens ut ei resisti non possit.

A δώσων ἀνταπόδοσιν ὀνειδος τοῖς ὑπεναντίοις. Μόνον γὰρ οὐχὶ πολεμάρχην ἔφη τινὰ γενέσθαι κατ' αὐτῶν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, παντευχίαν ἔχοντα, καὶ εὖ εἰδότα τὰ τακτικά. Δείκνυσι δὲ διὰ τούτων τῆς ἐπ' αὐτοῖς ὀργῆς τὴν ἔφοδον· ἀντετάξατο γὰρ αὐτοῖς ὁ παναλκὴς, πρὸς ὃν εἴρηται δικαίως· « Σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι ἀπὸ τῆς ὀργῆς σου ; » Ἐπενηνεγμένων δὲ τοῖς Ἰουδαίοις τῶν κολαστηρίων, Φοβηθήσονται οἱ ἀπὸ δυσμῶν καὶ ἀνατολῶν τὸ ὄνομα τὸ ἔνδοξον. Ἥξει γὰρ, ἥξει, φησὶ, κατὰ τῶν ἀπειθησάντων ἡ ὀργὴ, καθάπερ τις βιαιότατος ποταμὸς πάντα κατασύρων, καὶ ἀπρόσβλητον ἔχων τὴν τῶν ναμάτων καταφοράν.

Vers. 20, 21. *Et veniet propter Sion liberator, et* **838** *avertet impietates a Jacob. Et hoc illis testamentum a me, dicit Dominus, Spiritus meus est in te, et verba mea, quæ ego posui in ore tuo, non deficient de ore tuo, et ex ore seminis tui. Dixit enim Dominus deinceps et in sæculum.*

Καὶ ἥξει ἕνεκεν Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακὼβ, καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη λέγει Κύριος. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἐμόν ἐστιν ἐπὶ σοὶ, καὶ τὰ ῥήματα, ἃ ἔδωκα εἰς τὸ στόμα μου, οὐ μὴ ἐκλείπῃ, ἐκ τοῦ στόματος B *τοῦ σπέρματός σου* (1). *Εἶπε γὰρ Κύριος ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα.*

Ut in proxime superioribus iræ Judæis irrogatæ diserte meminit, ut qui ducem vitæ interfecerunt, et in universorum Servatorem ac Redemptorem impie bacchati sunt : deinde etiam illis, posterioribus temporibus misericordiam et humanitatem datum iri prædixit : dixit enim : Et vindicavit eos brachio suo, et misericordia sustentavit, sic hoc quoque loco dicit, furorem Domini tanquam torrentem quemdam intolerabilem et rapidissimum in eos descensurum : et de benedictione extremis sæculi temporibus eis danda verba facit. Veniet enim propter Sion liberator. De cœlo enim descendit unigenitum Dei Verbum, et demisit ipse se ad C inanitionem, factus homo, ut etiam præ aliis vocaret Israelem, et servaret quoque gentium multitudinem. Testis erit sapientissimus Paulus inquiens : « Dico Christum ministrum fuisse circumcisionis, propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordia honorare Deum [87]. » Meminimus etiam alibi dicere Christum : « Non missus sum nisi ad oves perditas domus Israel [88]. » Veniet igitur liberator, a peccatis scilicet, a morte et corruptione, a crudelitate diabolica, a dæmonum errore, deceptione et tyrannide. Et hoc illis a me testamentum, dicit Dominus. Quod autem voluntate Dei semel decretum est et promissum, prorsus penitusque firmum erit, et non negabitur. Quod igitur erit, inquit, a me testamentum? Spiritus meus et verba quæ posui in D ore tuo, non deficient deinceps et in æternum tempus. Manifestissima enim demonstratio est, redemptum esse genus humanum, et quidem præ aliis Israelitas qui crediderunt factos esse Spiritus sancti participes : per quem adoptionis decus allatum est, et loquendi lingua verbum fidei, sicuti scripsit sapientissimus Paulus : « Ne dicas enim, inquit, in corde tuo : Quis ascendet in cœlum ? hoc est Christum deducere, aut quis descendet in abyssum ?

Ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνόπιν βραχὺ καὶ τῆς ἐπενεχθησομένης τοῖς Ἰουδαίοις ὀργῆς διεμέμνητο σαφῶς, ἀπεκτόνασι γὰρ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, καὶ πεπαροινήκασιν ἀνοσίως εἰς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα, καὶ Λυτρωτήν· εἶτα τῆς δοθησομένης αὐτοῖς ἐν ὑστέροις καιροῖς ἐλεημοσύνης, καὶ φιλανθρωπίας ἐποιεῖτο τὴν προαγόρευσιν· ἔφη γὰρ ὅτι, Καὶ ἠμύνατο αὐτοὺς τῷ βραχίονι αὐτοῦ, καὶ τῇ ἐλεημοσύνῃ ἐστηρίσατο· οὕτω κἀνθάδε, καθάπερ τινὰ χειμάρρουν ἀφόρητόν τε καὶ βιαιότατον καταβήσεσθαι κατ' αὐτῶν τὸν τοῦ Κυρίου θυμόν. Εἰπὼν δὲ, καὶ τὸν περὶ τῆς δοθησομένης αὐτοῖς εὐλογίας ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς ποιεῖται λόγον. Ἥξει γὰρ ἕνεκεν Σιὼν ὁ ῥυόμενος. Καταπεφοίτηκε γὰρ ἐξ οὐρανῶν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, γενόμενος ἄνθρωπος, ἵνα καὶ πρό γε τῶν ἄλλων καλέσῃ τὸν Ἰσραὴλ, διασώσῃ δὲ καὶ τῶν ἐθνῶν τὴν πληθύν· καὶ μαρτυρήσει γράφων ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Λέγω γὰρ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς, ὑπὲρ, ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων, τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν Θεόν. » Μεμνήμεθα δὲ καὶ αὐτοῦ λέγοντος τοῦ Χριστοῦ, « Οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. » Ἥξει δὴ οὖν ὁ ῥυόμενος, ἐξ ἁμαρτιῶν δηλονότι, ἐκ θανάτου καὶ φθορᾶς, ἐξ ὠμότητος διαβολικῆς, ἐκ τῆς τῶν δαιμονίων ἀπάτης καὶ πλεονεξίας. Καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, εἶπε Κύριος. Τὸ δὲ ἅπαξ ὁρισθὲν διὰ βουλῆς τοῦ Θεοῦ καὶ ἐπαγγελθὲν, πάντη τε καὶ πάντως, ἁρπὸς ἔσται, καὶ οὐκ ἀρνηθήσεται. Ποῖα τοίνυν ἔσται, φησὶν, ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη; Τὸ Πνεῦμα τὸ ἐμὸν, καὶ τὰ ῥήματα, ἃ ἔδωκα ἐν τῷ στόματί σου, οὐ μὴ ἐκλείπῃ ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. Σαφεστάτη γὰρ ἀπόδειξις τοῦ λελυτρῶσθαι τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον, ἤγουν καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, πιστεύσαντας τὸ ἐν μεθέξει γενέσθαι Πνεύματος ἁγίου, δι' οὗ καὶ τὸ τῆς υἱοθεσίας εἰσ-

[86] Psal. LXXV, 8. [87] Rom. XV, 8, 9. [88] Matth. XV, 24

(1) LXX, εἰς τὸ στόμα μου, οὐ μὴ ἐκλείπῃ ἐκ τοῦ στόματός σου, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ σπέρματός σου.

Digitized by Google

φέρεται καύχημα, καὶ λαλεῖν ἐν γλώττῃ τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, καθὰ γέγραφεν ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Μὴ γὰρ εἴπῃς, φησὶν, ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τουτέστι Χριστὸν καταγαγεῖν, ἢ, Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. Ἀλλὰ τί λέγει ἡ Γραφή; ἐγγύς σου τὸ ῥῆμα ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ἐὰν εἴπῃς, Κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. » Ἐλάβομεν τοίνυν παρὰ Θεοῦ τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ἤτοι τὴν ὁμολογίαν· σωτήριον δὲ χρῆμα, καὶ δικαιοσύνης πρόξενον· δικαιοῖ γὰρ οὕτω τὸν ἀσεβῆ Χριστὸς, ὁ καὶ πάλαι βοῶν, « Ἰδοὺ ἀπήλειψα ὡς νεφέλην τὰς ἀνομίας σου, καὶ ὡς γνόφον τὰς ἁμαρτίας σου. » Τοῦτο τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ἐν ἡμῖν ἔστω (1) Παραπέμψομεν δὲ αὐτὸ εἰς γενεὰς γενεῶν, δικαιωθήσονται γὰρ οὕτω, καὶ οἱ μεθ' ἡμᾶς. Εἰ γὰρ ἀεὶ Χριστὸς, καὶ ἔστι Θεὸς καὶ Κύριος, οὐ καταλήξει πώποτε τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ἡ ὁμολογία, παρὰ τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ.

A hoc est Christum [839] a mortuis reducere. At quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo, quia si dixeris, Dominus Jesus, et credideris in corde tuo Deum excitasse illum a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem [86]. » Accepimus itaque a Deo verbum fidei sive confessionem; quod quidem salutare est, et justitiam conciliat. Justificat enim sic impium Christus, qui et palam clamitat: « Ecce delevi ut nubem iniquitates tuas, et ut caliginem peccata tua. » Hoc verbum fidei in nobis erit perpetuo, et de ore nostro non cessabit, sed illud ad posteritatem usque transmittemus. Sic enim justificabuntur et posteri. Si enim semper Christus sit et Deus et Dominus, nunquam desinet fidei ejus confessio apud eos qui illius apparitionem agnoverunt.

Φωτίζου, φωτίζου, Ἱερουσαλὴμ, ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκεν. Ἰδοὺ γὰρ σκότος καὶ γνόφος καλύψει γῆν ἐπ' ἔθνη· ἐπὶ δέ σε φανήσεται Κύριος, καὶ ἡ δόξα αὐτοῦ ἐπὶ σὲ ὀφθήσεται. Καὶ πορεύσονται βασιλεῖς τῷ φωτί σου, καὶ ἔθνη τῇ λαμπρότητί σου.

Ὡς δοθείσης τῆς ἐπαγγελίας τοῦ ὅτι σωθήσεται κατὰ καιροὺς ὁ Ἰσραὴλ, ἀνασκιρτᾷ τρόπον τινὰ πρὸς εὐθυμίαν ὁ λόγος ἐν τούτοις ἡμῖν ὁ προφητικὸς, μονονουχὶ γὰρ μεγάλην αἴρων εἰς ὕψος τὴν βοὴν ἐπιφθέγγεται· « Φωτίζου, φωτίζου, λέγων, ἥκει γάρ σου τὸ φῶς. » Ἄθρει δὲ ὅπως πρό γε τῶν ἄλλων τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἐκνεμηθέντος παρὰ Θεοῦ τοῦ θείου φωτὸς, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ διὰ Χριστοῦ, τὸ, ἥκει σου τὸ φῶς, ὁ προφήτης φησὶ, μονονουχὶ παρόντα καταδεικνύων αὐτοῖς τὸν πάλαι μὲν διὰ νόμου, καὶ προφητῶν ἁγίων προαπηγγελμένον, ἐπιλάμψαντα δὲ τοῖς ἐπὶ γῆς ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς μετὰ σαρκός. Δόξαν δὲ Κυρίου τὸν ἐπιφανέντα φησὶν, ἀνέτειλε γάρ, οἱά τις ἥλιος ὁ Χριστὸς φωτὶ τῷ θείῳ καὶ νοητῷ περιαστράπτων τὰ σύμπαντα, καὶ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας καθιεὶς τὴν αἴγλην τοῖς ἑτοιμοτέροις εἰς πίστιν. Ἔστι δὲ καὶ δόξα τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρός. Ἐν αὐτῷ γὰρ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ σὺν αὐτῷ δοξάζεται. Ζωγραφεῖ δὲ ὥσπερ ἐν ἰδίᾳ φύσει τὸν τεκόντα αὐτόν. Καὶ ἐπείπερ ἐγνώκαμεν τὸν Υἱὸν, τεθεάμεθα δὲ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τὴν μεγαλειότητα τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν ἀπαράβλητον δόξαν, καὶ τῶν θεοπρεπῶν ἀξιωμάτων τὴν ὑπεροχήν. Καὶ γοῦν ἔφη που Χριστός· « Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε. » Ὤφθη τοίνυν ἐν ἡμῖν ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, εἶτα τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐθνῶν ἀποκρίνας τὸν Ἰσραὴλ, ὡς ἐξαιρέτως τετιμημένον παρὰ Θεοῦ, καὶ κλῆρον ὄντα αὐτοῦ, προσεπάγει, καὶ φησίν· « Ἰδοὺ σκότος καὶ γνόφος καλύψει γῆν ἐπ' ἔθνη, ἐπὶ δέ σε

Cap. LX. Vers. 1-3. *Illuminare, illuminare, Jerusalem: venit enim tua lux, et gloria Domini super te orta est. Ecce enim tenebræ et caligo operiet terram super gentes. Super te autem apparebit Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt reges in luce tua, et gentes in splendore tuo.*

Perinde ac si promissio, de servando olim Israele, data esset, exsultat quodammodo hic nobis prophetica oratio. Nam tantum non magno clamore in altum sublato, resonat: « Illuminare, inquiens, illuminare: venit enim tua lux. » Observa autem præ aliis, data Israelitis a Deo divina luce, per Christum videlicet, prophetam dicere: Venit tua lux, tantum non præsentem esse ostendens eum, qui olim in lege et a sanctis prophetis prænuntiatus est, quique in carne postremis sæculi temporibus illuxit mortalibus. Vocatque eum qui apparuit, gloriam Domini. Ortus enim est Christus tanquam sol quidam, luce divina ac intelligentiæ collustrans omnia, et veræ Dei cognitionis splendorem promptioribus ad fidem amplectendam immittens. Estque gloria Dei et Patris. In ipso enim et per ipsum et cum ipso glorificatur. Repræsentat enim tanquam in propria natura eum qui ipsum peperit. Et quatenus novimus Filium, contemplamur etiam per ipsum et in ipso Patris magnificentiam et incomparabilem [840] gloriam, et divinæ auctoritatis dignitatisque præstantiam. Siquidem Christus alicubi dixit: « Pater, glorifica tuum Filium, ut Filius tuus glorificet te [87]. » Visa est itaque in nobis gloria Dei et Patris. Deinde segregato ab aliis gentibus omnibus Israele, ut eximie a Deo in honore ac pretio habito, utque ejus sorte ac hæreditate, porro addit, et inquit: « Ecce tenebræ et caligo operient terram super gentes; super te autem apparebit Dominus. Nec hæc dicit, quasi Chri-

[86] Rom. x, 6-10. [87] Joan. xvii, 1.

(1) Hum/r. ἔσται.

Digitized by Google

sto mundo illucescente, tenebræ per gentes dissipandæ essent: sunt enim illustratæ potius, et pristini erroris tenebras abjecerunt. At qui divinam Scripturam interpretati sunt, promiscue reddunt sæpe tempora. Itaque pro « Tegit, » posuerunt « Teget. » Verum est enim Christo præ aliis illucente Israelitis, detentam fuisse tenebris gentium multitudinem, nondum translata in ipsas gratia. Ecce igitur, inquit, obtecta est tenebris et caligine, ignorationis scilicet et erroris universa terra gentium. Super te autem apparebit Dominus; illuxit enim, ut dixi, illis et quidem primum, et gloria ejus visa est, eximia magnitudine operum, signorum et prodigii. Apud eos namque miracula edidit, ut Deus, partim mortuos a monumentis suscitans: partim cæcorum oculis lumen immittens, leprosos emundans nutu, dæmones increpans cum auctoritate, et nullum omnino modum prætermittens, ad fidem faciendam, persuadendumque se vere Deum esse, et Dei naturalem Filium. « Et ambulabunt, inquit, reges in luce tua, et gentes in splendore tuo. » Adnectit iterum propheta visitationi Israelitarum gentium vocationem, ut videant, si contemnant ipsi sua inobedientia Redemptorem, et resiliant ab ejus dilectione, cum capitis sui interitu se non fore destitutum cultoribus, sed gentes potius et reges per fidem adducturum. In splendore enim dato tibi, inquit, id est, in illustratione per Christum, ambulabunt reges et gentes. At quo ambulabunt? ad salutem videlicet per fidem, ad gloriosam et inculpabilem vitam, ad sciendum et confitendum, quis natura sit ac vere universorum Creator et Opifex. Adoraverunt namque creaturam præ Creatore, et lignis ac lapidibus cultum exhibuerunt. Sed postquam, inquit, luce tibi **841** data illustrati sunt, etiam ipsi ambulabunt recta et regia via, ad nullum obicem in medio jacentem impingentes, sed ut in clara luce et die, quantumvis noctis ac tenebrarum filii, omnia offendicula prætercurrentes.

διὰ μέσου κειμένων, ἀλλ' ὡς ἐν αὐγῇ, καὶ ἡμέρᾳ, σκάνδαλα παρατρέχοντες.

Vers. 4-7. *Leva in circuitu oculos tuos, et vide congregatos liberos tuos. Ecce venerunt filii tui de longe, et filiæ tuæ super humeros portabuntur. Tunc videbis, et timebis, et stupebis corde, quia transferentur ad te divitiæ maris et gentium, populorum, et venient ad te greges camelorum, et operient te cameli Madiam et Gephar. Omnes de Sabba venient, ferentes aurum et thus, ferent et lapidem pretiosum, et salutare Domini annuntiabunt. Et omnes oves Cedar congregabuntur ad te, et arietes Nabeoth venient ad te, et afferentur acceptabilia super aram meam, et domus orationis meæ glorificabitur.*

Aptissime et sapientissime disponitur hæc ora-

φανήσεται Κύριος. » Καὶ οὐχ ὡς σκότους μέλλοντος κατασκίδνασθαι τῶν ἐθνῶν ἐπιλάμψαντος τῷ κόσμῳ Χριστοῦ, τὰ τοιάδε φησὶ, κατεφωτίσθη δὲ μᾶλλον, καὶ τὸν τῆς ἀρχαίας ἀπάτης ἀποδέβληκε σκότον. Ἀδιαφοροῦσι δὲ πλειστάκις περὶ τὴν τῶν χρόνων ἀπόδοσιν οἱ τὴν θείαν διερμηνεύσαντες Γραφήν. Τεθείκασι τοίνυν, ἀντὶ τοῦ « καλύπτει, » τὸ, « καλύψει. » Ἀληθὲς γὰρ ὅτι καὶ ἐπιλάμψαντος τοῦ Χριστοῦ, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἔτι κεκράτητο σκότῳ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, οὔπω μετατιθεμένης ἐπ' αὐτὰ τῆς χάριτος. Ἰδοὺ τοίνυν, φησὶ, κεκάλυπται σκότῳ καὶ γνόφῳ, τῆς ἀμαθίας δηλονότι, καὶ τῷ τῆς πλάνης, ἡ γῆ πᾶσα τῶν ἐθνῶν, ἐπὶ δὲ σὲ φανήσεται Κύριος, ἐπέλαμψε γὰρ, ὡς ἔφην αὐτοῖς, καὶ πρώτως ὤφθη τε αὐτοῖς ἡ δόξα αὐτοῦ, διὰ τῆς ἐξαιρέτου μεγαλουργίας, καὶ σημείων, καὶ τεράτων. Τεθαυματούργηκε γὰρ ὡς Θεὸς παρ' αὐτοῖς, τοῦτο μὲν νεκροὺς ἀνιστὰς ἐκ μνημάτων, τοῦτο δὲ τυφλῶν ὀφθαλμοῖς τὸ φῶς ἐνιεὶς, λεπροὺς ἐκκαθαίρων νεύματι, δαίμοσιν ἐπιπλήττων μετ' ἐξουσίας, καὶ ἁπαξαπλῶς οὐδένα τρόπον ἀφεὶς, ὃς ἦν ἱκανὸς εἰς πληροφορίαν, ὅτι Θεός ἐστι κατὰ ἀλήθειαν, καὶ Θεοῦ τοῦ κατὰ φύσιν Υἱός. « Πορεύσονται δὲ, φησὶ, βασιλεῖς τῷ φωτί σου, καὶ ἔθνη τῇ λαμπρότητί σου. » Συνάπτει πάλιν ὁ προφήτης τῇ ἐπισκέψει τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν, ἵν' εἰδεῖεν, ὅτι κἂν ταῖς ἀπειθείαις ἀτιμάσωσιν αὐτοὶ τὸν Λυτρωτὴν, καὶ ἀποπηδήσειαν τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς αὐτῶν κεφαλῆς, ἔρημος οὐκ ἔσται προσκυνητῶν, σαγηνεύσει δὲ μᾶλλον διὰ τῆς πίστεως, ἔθνη τε καὶ βασιλεῖς· τῇ γὰρ λαμπρότητι τῇ δοθείσῃ σοι, φησὶ, τουτέστι τῷ φωτισμῷ τῷ παρὰ Χριστοῦ, πορεύσονται βασιλεῖς καὶ ἔθνη. Πορεύσονται δὲ ὅποι; Εἰς τὴν διὰ πίστεως σωτηρίαν δηλονότι, εἰς εὐκλεᾶ καὶ ἀμώμητον ζωὴν, εἰς τὸ εἰδέναι καὶ ὁμολογεῖν, τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστι τῶν ὅλων Γενεσιουργὸς καὶ τεχνίτης. Προσεκύνουν μὲν γὰρ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ξύλοις, καὶ λίθοις ἀνῄπτον τὸ σέβας. Ἐπειδὴ δὲ τῷ δοθέντι σοι φωτὶ κατελαμπρύνθησαν, καὶ αὐτοὶ, φησὶ, πορεύσονται τὴν εὐθεῖαν καὶ βασιλικὴν ὁδὸν, οὐδενὶ προσπταίοντες τῶν καίτοι νυκτὸς, καὶ σκότους ὄντες υἱοὶ, πάντα τὰ

Ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου· Ἰδοὺ ἥκασι πάντες οἱ υἱοί σου μακρόθεν, καὶ αἱ θυγατέρες σου ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται· τότε ὄψει, καὶ φοβηθήσῃ, ἐκστήσῃ τῇ διανοίᾳ, ὅτι μεταβαλεῖ εἰς σὲ πλοῦτος θαλάσσης, καὶ ἐθνῶν, καὶ λαῶν, καὶ ἥξουσί σοι ἀγέλαι καμήλων, καὶ καλύψουσί σε κάμηλοι Μαδιὰμ καὶ Γεφάρ. Πάντες ἐκ Σαββᾶ ἥξουσι, φέροντες χρυσίον καὶ λίβανον, οἴσουσι καὶ λίθον τίμιον (1), καὶ τὸ σωτήριον Κυρίου εὐαγγελιοῦνται· καὶ πάντα τὰ πρόβατα Κηδὰρ συναχθήσονταί σοι, καὶ οἱ κριοὶ Ναβαιὼθ ἥξουσί σοι, καὶ ἀνενεχθήσονται δεκτὰ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν μου, καὶ ὁ οἶκος τῆς προσευχῆς μου δοξασθήσεται.

Οἰκονομίαν ἔχει πλείστην τε ὄσην καὶ σοφὴν ὁ λό-

(1) *Οἴσουσι καὶ λίβον τίμιον.* Desunt hæc verba in LXX.

Digitized by Google

γος. Εὐαγγελίζεται γὰρ καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν, καὶ τῶν δύο λαῶν τὴν ἕνωσιν ἐν Χριστῷ, καὶ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς τὴν μεταβολὴν εἰς λατρείαν πνευματικήν. Πάντα γὰρ ἐν Χριστῷ καινὰ, καὶ τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἔκτισε δὲ αὐτὸς τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι πρὸς τὸν Πατέρα. Τούτων ἁπάντων ποιεῖται τὴν προαγόρευσιν, καὶ δή φησι πρὸς τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ, τουτέστι τὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ἀπ' ἀρχῆς συστᾶσαν ἐξ Ἰουδαίων· πρῶτοι γὰρ αὐτοὶ πεπιστεύκασιν· « Ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου. Ἰδοὺ γὰρ ἥκασι πάντες υἱοί σου μακρόθεν, καὶ αἱ θυγατέρες σου ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται. » Ὡς γὰρ ἐκ παντὸς ἔθνους τε καὶ χώρας συλλέγοντος τοὺς πιστεύσαντας, τοῦ θείου καὶ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος σαγηνεύοντος τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ ὡς εἴς τινα πόλιν εὐπυργοτάτην ἀποφοιτᾷν ἀναπείθοντος εἰς τὴν διὰ πίστεως χάριν, ἥγουν εἰς τὴν τῶν ἁγίων τροφήν, φημὶ δὴ τὴν Ἐκκλησίαν, τὰ τοιάδε φησὶ, καθάπερ ὀμέλει, καὶ ἑτέρωθί που· « Ἔσται γὰρ, φησὶν, ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου, ἕτοιμον ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν, καὶ ἥξουσιν εἰς αὐτὸ ἔθνη πολλὰ, καὶ ἐροῦσι· Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. » Τέκνα δὴ τῆς Ἱερουσαλὴμ οὐχὶ μόνοι λέγοιντο ἂν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἅπαντες οἱ ἐκ παντὸς ἔθνους, καὶ χώρας κεκλημένοι διὰ πίστεως εἰς τὸ τῆς ἀληθείας φῶς. Ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος, « Οὐ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραὴλ, οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα. » Εἴρηται δὲ παρὰ Θεοῦ πρὸς τὸν θεσπέσιον Ἀβραὰμ, ὅτι « Πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. » Οὐκοῦν ὡς ἤδη πληθύος συναγηγερμένης ἐξ ἐθνῶν, καὶ προσκυνούσης Χριστῷ· Ἆρον, φησὶ, κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, τουτέστιν, ἅπασαν περιάθρει τὴν οἰκουμένην, καὶ ἐκ παντὸς μέρους αὐτῆς ὄψει τρέχοντα πρὸς σὲ τὰ σὰ τέκνα, ἥξουσι δὲ καίτοι μακρὰν ὄντες ποτὲ, μακρὰν δὲ οὐ τοπικῶς, ἀλλὰ κατὰ γνώμην, καὶ διάθεσιν νοῦ. Καὶ γοῦν ἔφη τις τῶν ἁγίων προφητῶν τοῖς ἀποδραμοῦσι τοῦ εἰδέναι τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεόν· « Μνήσθητε, οἱ μακρὰν τοῦ Κυρίου, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἀναβήτω ἐπὶ τὴν καρδίαν ὑμῶν. » Γέγραφε δὲ καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος περὶ Χριστοῦ, ὅτι « Ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην τοῖς μακρὰν, καὶ τοῖς ἐγγύς. » Ἐπιστέλλει δὲ καὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν· « Διαμνημονεύετε ὑμεῖς τὰ ἔθνη, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης ἐν σαρκὶ περιτομῆς χειροποιήτου, ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, νῦν δὲ ἡμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. » Οἱ γὰρ ὅλως Θεὸν οὐκ εἰδότες τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς μακρὰν εἶναι λέγονται, καὶ εἰσὶ, κατὰ

tio. Evangelizat enim gentium vocationem, et duorum populorum in Christo unionem, et legalis umbræ in spiritualem cultum mutationem. Omnia enim in Christo nova, et vetera præterierunt; condiditque duos illos populos in unum novum hominem, creans pacem, et reconcilians ambos in uno corpore, apud Patrem. Horum omnium prædictionem facit, et intelligibilem Jerusalem, id est Ecclesiam, ab initio ex Judæis constitutam alloquitur: primi enim illi crediderunt: « Leva in circuitu oculos tuos, et vide congregatos liberos tuos. Ecce enim veniunt omnes filii tui e longinquo, et filiæ tuæ in humeris tollentur. » Affatur enim his verbis eos qui ex omni gente et regione collecti crediderunt, Ecclesiam, inquam, divina et evangelica prædicatione orbem terrarum irretiente, et tanquam ad civitatem quamdam munitissimam, ad fidei gratiam, ad sanctorum cibum invitante, quemadmodum videlicet et alibi: « Erit enim, inquit, in postremis diebus spectabilis mons Domini, propositus in verticibus montium, et elevabitur supra colles, venientque ad illum gentes multæ, ac dicent: Adeste, ascendamus ad montem Domini, et ad domum 842 Dei Jacob. Et annuntiabit nobis viam ejus. Et ambulabimus in ea [91]. » Liberi autem Jerusalem, non hi soli dicendi sunt, qui ex sanguine Israel oriundi sunt, sed quotquot ex omni gente ac regione vocati sunt per fidem ad veritatis lucem; ut enim sapientissimus Paulus scribit: « Non omnes qui ex Israel, hi Israel; nec quia semen Abraham sunt, omnes liberi, sed liberi promissionis reputantur in semen [92]. » Dictum enim est a Deo ad divinum Abraham: « Patrem multarum gentium constitui te [93]. » Itaque velut multitudine jam congregata ex gentibus et adorante Christum: Tolle, inquit, circumcirca oculos tuos, id est, universum orbem perlustra, et ex omni parte ejus videbis liberos tuos ad te accurrentes, venientque etsi procul abfuerint aliquando. Procul, non ratione loci dicitur, sed ad animum mentisque affectionem pertinet. Dixit nimirum quidam e sanctis prophetis de his qui refugerunt a notitia ejus qui natura et vere Deus est: « Vos qui procul abestis, memores estote Domini, et Jerusalem veniat vobis in mentem [94]. » Scripsitque de Christo sapientissimus Paulus: « Venit et evangelizavit pacem his qui procul, et illis qui prope sunt [95]. » Misitque ad gentes epistolam: « Mementote, inquiens, vos gentes, qui præputium dicebamini, ab ea quæ circumcisio in carne dicta est manufacta, quod eratis illo in tempore sine Christo, alienati a spe Israel, et hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, et sine Deo in mundo. Nunc autem, vos, qui quondam eratis procul, facti estis propinqui in sanguine Christi [96]. » Qui enim omnino natura et vere Deum ignorant, procul esse dicuntur, et affectione, ut dixi, et animo. Sed ecce, inquit, ve-

[91] Isa. II, 2, 3. [92] Rom. IX, 7. [93] Rom. IV, 17. [94] Jer. LI, 50. [95] Ephes. II, 17. [96] Ibid. 11-13.

Digitized by Google

nerunt, id est, non longe post futura est nec differetur eorum vocatio, sed statim hanc prædicationem evangelicam sequentur, accedentque ad Deum per fidem, sine omni labore, et omni difficultate et sudore. In humeris enim tollentur. Nam figuratus est habitus orationis, velut exemplo a rebus nostris petito. Solent enim parvuli infantes nutriri, et in materno gremio ac brachiis volunt requiescere. Tale quid fit de his qui vocati sunt ab errore Græco. Deliniuntur enim a mystagogis, non duriter tractantur, nec illico per asperam viam incedunt; sed velut tenera educatione **843** lactantur, et paulatim in virum perfectum adolescunt, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Siquidem præcepit sanctis apostolis, ut baptizarent omnes gentes, in nomen Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docerentque eas servare quæcunque illis præceperat. Hi autem hoc factitare volentes, methodo et arte docendi usi, primo nihil onerosum imposuerunt credentibus. Scripserunt enim gentibus : « Visum est Spiritui sancto et nobis nullum onus vobis imponere, nisi ut abstineatis vos a scortatione, et suffocato, et sanguine [97]. » Scribitque quibusdam optimus Paulus : « Lactis potu vos alui, non esca. Nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis [98]. » Perfectorum autem est cibus solidus, eorum, inquam, qui propter assuetudinem sensus cordis habent exercitatos, ad dijudicationem boni et mali. Itaque in humeris, inquit, tollentur filii tui et filiæ tuæ. Tunc videbis et timebis, ac, stupebis, pro, admiraberis. Sic enim et divinus Abbacum : « Domine, inquit, audivi vocem tuam et timui, consideravi opera tua, et obstupui [99]. » Solemus etiam nos ipsi interdum dicere : Stupui, cum aliquid præter opinionem a quopiam fieri contigerit. Admiraberis igitur, inquit : et quæ tandem hujus rei causa? Transferentur enim ad te divitiæ maris, et gentium et populorum. Clarius nic prædicit vocandam esse, suo tempore ad veritatis agnitionem, gentium multitudinem. Sita enim fuit Judæorum regio ad plagam quæ ad partem australem vergit. Quæ vero spectant ad septentrionem, et mare, et civitates, ac regiones ibidem positas, gentium grex sortitus est. Quoniam autem qui a pristino errore discesserant, mutationem in melius fecerunt, vocati ad agnitionem naturalis Dei, per eos qui administrant Evangelium Christi : hinc dicit transferendas ad Ecclesiam maris divitias. Divitiæ autem sunt, ut dixi, urbium et regionum ad mare sitarum, hi qui in illis habitant. « Venientque, inquit, ad te etiam greges camelorum, et tegent te cameli Madiam et Gephar. » Sunt enim Madianitæ et Gepharæi gentes finitimæ Jerusalem, habentes conterminas regiones. **844** Nam abominabiles erant, et incircumcisi, et idololatræ. Sed et eos quoque vocandos esse, et fructum Deo edituros, hisce verbis os-

A pædagogos, qui dogmatum et moralium præceptorum doctrinis Ecclesiam muniunt, ut capi non possit ab hostibus, sive illi sint aspectabiles, sive inaspectabiles. Idem possunt etiam esse portæ ut qui isagogicis utantur sermonibus seu institutionibus, et per fidem adducant ad agnitionem veritatis eos qui tum ab ea fuerunt alienati. Sculpturam autem quod pulchra et elegans sit eorum oratio, et ad veritatem quasi tornata. Speciosum est enim admodum, quod est cælatum et politum. Et hanc quidem interpretationem dederunt Septuaginta. Alii interpretes pro γλύμμα posuerunt Jesum. Est autem illud quoque verum. Speciosus enim forma præ filiis hominum [25] et nuncupatur et est, illumque tanquam muros et portas possedimus. Munit B enim nos ineffabili potentia, et sanctorum angelorum præsidiis. « Mandabit namque, inquit, angelis suis de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis [26]. » Et: « Castra ponet angelus Domini circa timentes se, et eruet eos [27]. » Ac per illum ingredimur ad agnitionem Patris, et exstitit ad hæc ostium, et porta, et via. Dixit siquidem: « Ego sum ostium, et via, et nemo venit ad Patrem, nisi per me [28]. » Est etiam sculptura seu forma et species ejus qui genuit, et character substantiæ ejus, et imago, atque splendor gloriæ ejus.

Καὶ οὐκ ἔσται σοι ὁ ἥλιος εἰς φῶς ἡμέρας, C *οὐδὲ ἀνατολὴ σελήνης φωτιεῖ σοι τὴν νύκτα, ἀλλ' ἔσται σοι Κύριος φῶς αἰώνιον, καὶ ὁ Θεὸς δόξα σου. Οὐ γὰρ δύσεται ὁ ἥλιός σοι, καὶ ἡ σελήνη οὐκ ἐκλείψει. Ἔσται γὰρ σοι Κύριος φῶς αἰώνιον.*

VERS. 19, 20. *Et non erit tibi sol in lucem diei, neque lunæ ortus collustrabit te noctu: sed erit tibi Dominus lux æterna, et Deus gloria tua. Non enim occidet sol tibi, et luna te non deficiet. Nam erit tibi Dominus lux æterna.*

Βούλονταί τινες διὰ τῆς τῶν προκειμένων ἐννοίας ἀποφέρειν ἡμᾶς εἴς γε τὸ χρῆναί τι τοιοῦτον ὑπονοεῖν. Ἐν ἐσχάτοις γὰρ τοῦ αἰῶνος καιροῖς ἐγηγερμένων τῶν ἐν γῇ κειμένων, καὶ καταφοιτήσαντος ἐξ οὐρανοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς, ἀπρακτήσει μὲν ἡ τῶν στοιχείων λαμπρότης, καινοὺς δὲ οὐρανοὺς, καὶ καινὴν γῆν, καὶ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἔφη δέ τι τοιοῦτον καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, ὅτι « Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς. » Ἀρκέσει γὰρ τοῖς ἁγίοις εἰς φωτισμὸν αὐτὴ τοῦ Σωτῆρος ἡ δόξα. Ἀλλ' ἵνα δοκῇ πως ἕπεσθαι τῇ τῶν ἀνόπιν ἐννοίᾳ τὰ προκείμενα, τὴν ἑρμηνείαν ἐπαινέσαντες ταυτηνὶ, καὶ ἕτερόν τι δηλοῦσθαί φαμεν διὰ τῶν προκειμένων στίχων. Φῶς μὲν γὰρ τὸ ἡλιακὸν, καὶ προσέτι τὸ σεληνιαῖον, χρειῶδές τε καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς. Ἀλλ' ἐν νυκτὶ μὲν τὸ ἡλιακὸν συστέλλεται φῶς, ἐν ἡμέρᾳ δὲ τὸ σελήνης. Παραλλὰξ γὰρ ἀλλήλοις παραχωροῦσι τὸ φαίνειν. Τὸ δέ γε θεῖον καὶ νοητὸν, ὃ ταῖς τῶν πιστευσάντων καρδίαις ἐνίησι, φησὶν, ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος,

855 Volunt quidam ex sententia horum verborum nos adducere, ut tale quiddam intelligamus. Extremis enim sæculi temporibus, excitatis his qui in terra jacent, et descendente de cœlo omnium nostrum Servatore Christo, cum sanctis angelis in gloria Patris, irritus fiet elementorum splendor, novosque cœlos, ac novam terram et promissiones ejus exspectamus, secundum id quod scriptum est. Tale quid dixit etiam Servator noster: « In diebus illis sol obtenebrabitur, et luna non dabit lumen suum [29]. » Satis enim erit sanctis ad illuminationem ipsa Servatoris gloria. Sed quo posita verba cum superiorum sententia cohærescere videantur, interpretationem hanc laudamus quidem, sed aliud quiddam his versibus significari dicimus. Lux enim solaris et præterea lunaris, perutile quiddam est et necessarium corporeis oculis; sed noctu lux solis contrahitur, interdiu lunæ. Alternis enim vicibus lucent. Atqui lux divina et intelligentia percepta, quam credentium cordibus immittit universorum Servator, per Spiritum sanctum et per eos qui mysteria norunt tradere, inexstincta erit, et jugis et semper lucida; adeo ut cujus-

[25] Psal. XLIV, 3. [26] Psal. XC, 11. [27] Psal. XXXIII, 8. [28] Joan. X, 9; XIV, 6. [29] Matth. XXIV, 29.

Digitized by Google

que mens nec solis opera, nec lunæ opus habeat ad illuminationem et visus recuperationem. Non enim luce sub sensu cadente illustratur mens ; sed potius sancti Spiritus illustratione et splendore contenta est ad perspiciendam et intuendam Christi gloriam, utque scire possit quantum habeat cum Patre suo similitudinem, substantiæ scilicet ratione, et quoduam sit optimæ vitæ iter certe cognoscere. Factus est igitur nobis lux æterna Salvator. Idque perspicuum facit, dicens : « Ego sum lux mundi [30] . » Et rursus : « Cum in mundo sum, lux sum mundi [31]. » — « Qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lucem vitæ [32]. »

καὶ διὰ τῶν εὖ εἰδότων μυσταγωγεῖν, ἄσβεστον ἔσται, καὶ ἀκατάληκτον, καὶ ἀειφανές, ὥστε μήτε ἡλίου μήτε σελήνης ἐν χρείᾳ καθεστηκέναι τὸν ἑκάστου νοῦν πρὸς φωτισμόν, ἢ ἀνάβλεψιν· οὐ γὰρ αἰσθητῷ φωτὶ καταλάμπεται νοῦς, ἀρκεῖται δὲ μᾶλλον τῇ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φωταγωγίᾳ, καὶ φαιδρότητι πρὸς τὸ δύνασθαι καθορᾷν τὴν δόξαν Χριστοῦ, καὶ ὅσον ἂν ἔχοι πρὸς τὸν τεκόντα αὐτὸν τὴν ἐμφέρειαν, οὐσιωδῶς δὲ δηλονότι, ναὶ μὴν καὶ τῆς ἀρίστης ζωῆς ἁπλανῶς εἰδέναι τὴν ὁδόν. Γέγονε τοίνυν φῶς αἰώνιον ἡμῖν ὁ Σωτὴρ, καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐναργὲς καθίστησι, λέγων· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, » καὶ πάλιν· « Ὅταν ὦ ἐν τῷ κόσμῳ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου. » — « Ὁ ἀκολουθῶν ἐμοί, οὐ μὴ περιπατήσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. »

Vers. 21, 22. *Et complebuntur dies luctus tui, et populus tuus omnis justus, et in sæculum terræ hæreditatem possidebit, custodiens plantationem, opera manuum suarum in gloriam. Qui paucus est, erit in millia, et qui minimus, in gentem magnam. Ego Dominus in tempore congregabo eos.*

Καὶ ἀναπληρωθήσονται αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους σου, καὶ ὁ λαός σου πᾶς δίκαιος, καὶ δι' αἰῶνος κληρονομήσουσι τὴν γῆν, φυλάσσων τὸ φύτευμα ἔργα χειρῶν αὐτοῦ εἰς δόξαν· Ὁ ὀλιγοστὸς ἔσται εἰς χιλιάδας, καὶ ὁ ἐλάχιστος εἰς ἔθνος μέγα. Ἐγὼ Κύριος κατὰ καιροὺς συνάξω αὐτούς.

Qui tempus consummationis designari aiunt, ex eo quod non ultra lumen solare et **856** lunare opus suum peragat, sed contrahatur, ut Dominus noster fiat lux æterna, dicunt lugentibus nunc, quos etiam consolandos ait Servator, finem luctus fore illo tempore. Desinent enim laborare et curis macerari, et æterna consequentur præmia. Hoc est enim, opinor, consolatione perfundi. Quoniam autem rursus tractationis et theorematum sententiam ex præcedentibus sequi oportet, illud dicimus, his qui manent ac jacent in peccatis, tristitiam propriam esse et convenientissimam. Exspectant enim non honores et coronas, non consolationem a Deo, sed potius supplicium, et ignem atque tenebras. Qui autem benefaciunt, spe gaudent [33], quemadmodum sapientissimus Paulus ait. Excipit enim ac comitatur probitatem eorum, in infinita sæcula, et gloria, et voluptas. Verum quando conversus fuerit ad Dominum etiam qui plurimis peccatis occupatus est, deinde justificatus fuerit per fidem, et remissionem criminum adeptus fuerit, exspectaveritque accipere honores sanctis destinatos, tunc cessabunt dies luctus ejus, et a sudore ac mœstitia desistet. Confirmat quasi hunc sensum, quod deinceps positum est : « Et populus tuus omnis justus, » id est, justificabitur populus quantus est futurus. Habeturque oratio tanquam ad Ecclesiam : Justificat autem impium Christus, gratia et humanitate, et ipse solvit ab omni crimine eos qui convicti sunt. Nam quis horum largitor sit, significavit, cum inquit : Custodiens plantationem, opera manuum suarum in gloriam. Plantatio enim sumus plantarum omnium nostrum Servatoris Christi, ejusque opus. Cum namque essemus oleaster, olivæ pulchræ insiti sumus, tantum non

Οἱ τὸν τῆς συντελείας καιρὸν καταδηλοῦσθαι λέγοντες διὰ τοῦ μηκέτι τὸ ἡλιακὸν, ἤτοι τὸ σεληναῖον ἐνεργῆσαι φῶς, συσταλῆναι δὲ μᾶλλον, ἵν' ὁ Κύριος ἡμῶν φῶς αἰώνιον γένηται, φασὶν ὅτι τοῖς πενθοῦσι νῦν, οὓς δὴ καὶ παρακληθήσεσθαι φησιν ὁ Σωτὴρ, τέλος ἔσται τοῦ πενθεῖν κατ' ἐκεῖνό που τοῦ καιροῦ· πεπαύσονται γὰρ τοῦ ποιεῖν ἔτι, καὶ κατατρύχεσθαι, καὶ τῶν εἰς αἰῶνα τεύξονται γερῶν. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, τὸ παρακληθῆναί ἐστιν. Ἐπειδὴ δὲ πάλιν τῶν θεωρημάτων ἕπεσθαι χρὴ τοῖς ἀνόπιν, ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι τοῖς μένουσιν ἐν πλημμελείαις τὸ κατηφὲς οἰκεῖον, καὶ ἁρμοδιώτατον. Προσδοκῶσι γὰρ οὐ τιμὰς καὶ στεφάνους, οὐ παράκλησιν τὴν παρὰ Θεοῦ, κόλασιν δὲ μᾶλλον, καὶ πῦρ, καὶ σκότος· οἵ γε μὴν ὄντες ἐν ἀγαθουργίαις τῇ ἐλπίδι χαίρουσι, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος· διαδέχεται γὰρ τὸ ἐπιεικὲς αὐτῶν ἡ εἰς ἀπεράντους αἰῶνας δόξα, καὶ τρυφή· πλὴν ὅταν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, καὶ ὁ πλείσταις ὅσαις ἁμαρτίαις ἐνισχημένος, εἶτα δικαιωθῇ διὰ τῆς πίστεως, καὶ κομίσηται μὲν τῶν αἰτιαμάτων τὴν ἄφεσιν, προσδοκήσει δὲ λαβεῖν καὶ τὰς τοῖς ἁγίοις ἠύτρεπισμένας τιμάς. Τότε δὴ πεπαύσονται μὲν αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους αὐτοῦ, καταλήξει δὲ ἱδρῶτος, καὶ κατηφείας, βεβαιοῖ δὲ ὥσπερ ταυτηνὶ τὴν διάνοιαν τὸ ἑφεξῆς κείμενον· « Ἔσται γὰρ, φησὶν, πᾶς ὁ λαός σου δίκαιος, » τουτέστι, δικαιωθήσεται πᾶς ὁ σοὶ ἑπόμενος λαός· ἔστι δὲ ὁ λόγος ὡς πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν· δικαιοῖ δὲ Χριστὸς τὸν ἀσεβῆ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ ἀνίησι παντὸς αἰτιάματος τοὺς ἁλόντας αὐτός. Τίς γὰρ ἔσται τῶν τοιούτων ὁ χορηγὸς, διαμεμήνυκεν, εἰπών· Φυλάσσων τὸ φύτευμα, ἔργα χειρῶν αὐτοῦ εἰς δόξαν. Φύτευμα γάρ ἐσμεν τῶν φυτῶν τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ ἔργον αὐτοῦ· ἀγριέλαιοι γὰρ ὄντες ἐνεκεντρίσθημεν εἰς καλλιέλαιον, μονονουχὶ καὶ αὐτουργοῦντος εἰς ἡμᾶς τοῦ

[30] Joan. VIII, 12. [31] Joan. IX, 5. [32] Joan. VIII, 12. [33] I Tim. VI, 18.

Digitized by Google

Χριστοῦ· οὐ γὰρ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς. Ἔφη γοῦν αὐτός· « Ὁ λαλῶν πάρειμι. » — « Ἔσται δὲ, φησὶ, καὶ ὁ ὀλιγοστὸς εἰς χιλιάδας, καὶ ὁ ἐλάχιστος εἰς ἔθνος μέγα. » Νῦν μὲν γὰρ, τουτέστιν, ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ κέκρυπται τῶν ἁγίων ἡ δόξα, καὶ τό γε ἦκον εἰς ἀλαζονείας κοσμικὰς ἐλάχιστοί τινες εἶναι δοκοῦσιν οὐκ ἔχοντες δόξαν ἐμφανῆ. Ἐπιλάμψαντος δὲ πάλιν ἐξ οὐρανῶν τοῦ Χριστοῦ τὸ τηνικάδε, καὶ ὁ νομισθεὶς ἐλάχιστος εἶναι, καὶ ὀλιγοστὸς ἔσται εἰς ἔθνος μέγα. Καθηγήσεται γὰρ λαῶν, καὶ ἡγεμονεύσει πολλῶν, ἅτε δὴ τὸν εὐδόκιμον ἐν τῷδε τῷ βίῳ διανύσας δρόμον· καὶ τοῦτο ἔστιν ἰδεῖν ἐξ ὧν ἔφη Χριστός· τοῖς γὰρ ἀποστόλοις προσλαλῶν· « Ὅταν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθίσῃ, φησὶν, ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, τότε καὶ ὑμεῖς καθίσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνων, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. » Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τῇ τῶν ταλάντων διανεμήσει εὑρίσκεται λέγων, « Ἔσο ἐπάνω δέκα φυλῶν· » ἑτέροις δὲ τὴν μείω δίδωσι μοῖραν· « Ἔσο γὰρ, φησὶν, ἐπάνω πέντε πόλεων. » Ἰσοστατοῦσάν που πάντως ταῖς ἐπιεικείαις αὐτῶν τὴν ἀντιμισθίαν ὀρέγων, καὶ τὴν ἑκάστῳ πρέπουσαν ταλαντεύων τιμήν. Ἐπ' αὐτῷ δὴ οὖν τούτῳ χαίροντες οἱ ἅγιοί φασιν· « Ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν. » Τούς γε μὴν ἐλαχίστους νομισθέντας εἶναι κατὰ τὸν βίον, εἶτα γεγονότας εἰς χιλιάδας, καὶ εἰς ἔθνος μέγα. « Ἐγὼ, φησὶν, ὁ πάντων Κύριος, συνάξω κατὰ καιροὺς » τοὺς τῆς ἐξ οὐρανῶν ἐπιδημίας δηλονότι. Τότε γὰρ ἔσται τοῖς ἁγίοις ἡ παντὸς ἀπόλαυσις ἀγαθοῦ· οἳ καὶ ἁρπασθήσονται, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος, ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, οὕτω τε πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα ταῖς ἀτελευτήτοις ἐντρυφῶντες τιμαῖς;

A operante in nobis Christo. Non enim legatus, non angelus, sed ipse Dominus servavit nos. Dixit itaque ipse : « Qui loquor, adsum [34]. » — « Qui autem paucus est, inquit, erit in millia, et qui minimus, in gentem magnam. » Nunc enim, id est, in hoc sæculo, occultata est gloria sanctorum, et si fastum mundi respicias, minimi esse videntur, qui illustrem non habent gloriam; sed rursus ubi illuxerit de cœlo Christus, tunc etiam qui habitus est, minimus et paucus, erit in magnam gentem. Præficietur enim populis et imperitabit multis, utpote in hac vita confecto cursu laudabili. Quod videre est, ex his quæ dixit Christus. Nam affatus apostolos, inquit : « Cum Filius hominis sedebit **857** in throno gloriæ suæ, tunc etiam sedebitis vos in duodecim B thronis judicantes duodecim tribus Israel [35]. » Quin et in distributione talentorum invenimus eum dicere : « Esto super decem tribus; » aliis autem minorem largitur portionem. « Esto enim, inquit, super quinque civitates [36], » probitati ipsorum parem utique mercedem tribuens, et cuique convenientem talentorum honorem. Ideoque gaudentes sancti, dicunt : « Subjecit populos nobis et gentes sub pedibus nostris [37]. » Minimos autem in vita reputatos, deinde in millia et in gentem magnam amplificatos. « Ego, inquit, omnium Dominus congregabo suo tempore, » adventus scilicet de cœlo. Tunc enim sancti omni bono fruentur qui rapientur, ut sapientissimus Paulus inquit, in nubibus in occursum Domini in aerem; itaque semper cum Domino erimus [38], vel C erunt, æternis circumfluentes honoribus.

Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως, παρακαλέσαι πάντας τοὺς πενθοῦντας, δοθῆναι τοῖς πενθοῦσι Σιὼν δόξαν ἀντὶ σποδοῦ, ἔλειμμα εὐφροσύνης τοῖς πενθοῦσι, καὶ καταστολὴν δόξης ἀντὶ πνεύματος ἀκηδίας.

CAP. LXI. VERS. 1-3. *Spiritus Domini super me propter quod unxit me; evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum, vocare annum Domini acceptabilem, et diem retributionis, consolari omnes lugentes, ut detur lugentibus Sion gloria pro cinere, unctio lætitiæ lugentibus, et amictus gloriæ pro spiritu mœroris.*

Ὁ ἐν τοῖς ἀνόπιν εἰπὼν περὶ τῶν ἐν πίστει κληθησομένων· « Ἐγὼ Κύριος κατὰ καιροὺς συνάξω αὐτοὺς, » ὡς ἐνεστηκότος ἤδη τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἐπήγγελται συναγείρειν αὐτοὺς, καὶ ὡς ἤδη γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθὼν, καὶ καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, « Πνεῦμα Κυρίου, φησὶν, ἐπ' ἐμὲ, » καίτοι φύσει Θεὸς ὑπάρχων ὁ Μονογενὴς Ἅγιος ἁγίων ἐστὶ, καὶ πᾶσαν αὐτὸς ἁγιάζει τὴν κτίσιν, ἅτε δὴ καὶ ἐξ ἁγίου Πατρὸς πεφυκὼς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ προχεόμενον Πνεῦμα, καὶ ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐνιεὶς, ὡς ἑαυτοῦ, καὶ προσέτι τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Πῶς οὖν ἡγιάζετο; Θεὸς γὰρ ὑπάρχων ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, δίδωσι μὲν θεϊκῶς τὸ πνεῦμα τῇ κτίσει, δέχεται δὲ αὐ-

Qui in superioribus dixit de vocandis per fidem : D « Ego Dominus, in tempore congregabo eos [39], » veluti jam instante tempore, quo promisit eos se coacturum, et quasi factus jam homo, et similitudinem nostram suscipiens, et se ad inanitionem submittens, « Spiritus Domini, inquit, super me; » quoniam natura Deus exsistens Unigenitus Sanctus sit sanctorum, et omnem ipse naturam sanctificet, utpote ex sancto Patre natus, cumque ex se procedentem Spiritum immittat superis potestatibus suis, et porro apparitionem ipsius agnoscentibus, quomodo igitur sanctificatus est? Deus nempe cum sit idemque homo, dat spiritum creaturæ Deitatis ratione, accipit autem illum a Deo et

[33] Isa. LXIII, 9. [34] Isa. LII, 6. [35] Matth. XIX, 28. [36] Luc. XIX, 17. [37] Psal. XLVI, 4. [38] I Thess. IV, 16. [39] Isa. LX, 22.

Digitized by Google

Patre, ratione humanitatis. Hanc dicimus esse unctionem. **858** Causamque humanitatis declarat. Cum enim dixisset, a Patre, adjunxit necessario : « Eo quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, ac prædicare remissionem captivis, et cæcis visum reddere, ac præterea vocare diem retributionis. » Multa siquidem in illos exstiterunt humanitatis Unigeniti illustria specimina. Ut enim reficeret orbem, et universæ terræ incolas Deo et Patri adduceret, omnibus in melius transmutatis, et facie terræ quasi renovata, accepit formam servi [40], quamtumvis esset Dominus universorum, et fausta nuntiavit pauperibus, propterea missum se dicit. Pauperes esse et intelligi possunt, qui omnis boni laborant indigentia, nec quidquam spei habent, et sine Deo sunt in mundo, sicuti scriptum est[40*]. Illi autem sunt ex gentibus, qui fide in ipsum locupletati, divinum et cœlestem thesaurum lucrati sunt, evangelicam videlicet et salutarem prædicationem, per quam facti sunt cœlestis regni participes, et consortes sanctorum, atque hæredes eorum quæ nec mens nec oratio complecti potest. « Oculus enim, inquit, non vidit, et auris non audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ paravit Deus diligentibus se [41]. » Vel fortassis oratio hic dicit, pauperibus spiritu donatum esse locuples charismatum per Christum ministerium. Contritos corde vocat infirmo et fracto animo præditos, et perturbationum incursionibus non valentes obsistere, itaque illis subjectos, ut captivi esse videantur. His sanationem ac medicinam promittit, ac cæcis dat visum. Nam qui creaturam colunt, et ligno dicunt : « Pater meus es tu; et lapidi : Tu genuisti me [42]; » deinde natura et vere Deum non agnoverunt : quidni cæci sint, et pectus habeant luce divina et intelligibili nudum? His immittit Pater veræ Dei cognitionis lucem. Vocati sunt enim per fidem, et illum cognoverunt, imo ab ipso cogniti sunt; filiique noctis cum essent ac tenebrarum, filii lucis exstiterunt. **859** Collustravit etenim illos dies, et ortus est Sol justitiæ, et illustris apparuit Lucifer. Nihil incommodi erit, si ex sanguine Israelitico oriundis omnia dicta accommodemus. Nam erant pauperes, et contriti corde, ac velut captivi, et obtenebrati. « Non enim in terra erat quisquam qui faceret bonum, non erat usque ad unum. Omnes pariter declinaverunt, simul inutiles facti sunt [43]. » Venit autem Christus, et Israelitis ante alios nuntiavit fausta ac præclara præsentiæ suæ facinora : præterea, ut annum quoque Domini proclamaret acceptum et diem retributionis. Acceptus annus erat, quo pro nobis crucifixus est Christus. Tum enim accepti facti sumus Deo et Patri, et per ipsum fructus edidimus. Idque nos docuit ipse, dicens : « Amen, amen dico vobis : Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum manet solum; quod si mortuum fuerit, fructum uberiorem profert [44]. »

A τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Ταύτην εἶναί φαμεν τὴν χρῆσιν [*l.* χρίσιν]. Ἐναργῆ δὲ καθίστησι τῆς ἐνανθρωπήσεως τὴν αἰτίαν. Εἰπὼν γὰρ ὅτι παρὰ τοῦ Πατρὸς, προσεπήνεγκεν ἀναγκαίως, « Οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, ἄφεσίν τε κηρύξαι τοῖς ἐν αἰχμαλωσίᾳ, χαρίσασθαι δὲ καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καλέσαι τε πρὸς τούτοις, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως · » πάλιν κατὰ ταὐτὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς τὰ περιφανῆ κατορθώματα. Ἵνα γὰρ κατακτήσηται τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ τοὺς ἀνὰ πᾶσαν ὄντας τὴν οἰκουμένην προσκομίσῃ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ μεταστοιχειώσας τὰ πάντα πρὸς τὸ ἀμεινόνως ἔχειν, καὶ οἷον ἀνακαινίσας τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ἔλαβε δὲ δούλου μορφὴν, καίτοι Κύριος ὑπάρχων τῶν ὅλων. Εὐηγγελίσατο γοῦν πτωχοῖς, ἀπεστάλθαι διὰ τοῦτό φησι. Πτωχοὶ δ' ἂν εἶεν, ἤγουν νοηθεῖεν, οἱ παντὸς ἀγαθοῦ νενοσηκότες ποτὲ τὴν ἔνδειαν, ἐλπίδα τε μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Οὗτοι δ' ἂν εἶεν οἱ ἐξ ἐθνῶν, οἱ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν πλουτήσαντες, τὸν θεῖόν τε καὶ οὐράνιον κεκερδηκότες θησαυρὸν, τὸ εὐαγγελικὸν δηλονότι, καὶ σωτήριον κήρυγμα, δι' οὗ γεγόνασι καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας μέτοχοι, καὶ συμμερισταὶ τῶν ἁγίων, κληρονόμοι τῶν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον. « Ὀφθαλμὸς γὰρ οὐκ εἶδε, φησὶ, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. » Ἡ τάχα που καὶ τοῖς πτωχοῖς τῷ πνεύματι δεδωρῆσθαί φησιν ὁ λόγος ἐν τούτοις τῶν διὰ Χριστοῦ χαρισμάτων τὴν ἄφθονον χορηγίαν. Συντετριμμένους δέ φησι τὴν καρδίαν, τοὺς ἀσθενῆ καὶ εὐδιάθρυπτον ἔχοντας νοῦν, καὶ ταῖς τῶν παθῶν προσδολαῖς ἀντιφέρεσθαι μὴ δυναμένους, ὑπενηνεγμένους δὲ οὕτως αὐταῖς, ὡς αἰχμαλώτους εἶναι δοκεῖν. Τούτοις ἴασίν τε καὶ ἄφεσιν ἐπαγγέλλεται, τυφλοῖς δὲ οὖσιν αὐτοῖς δίδωσι καὶ ἀνάβλεψιν. Οἱ γὰρ τῇ κτίσει λατρεύοντες, καὶ τῷ ξύλῳ λέγοντες· « Πατήρ μου εἶ σὺ, καὶ τῷ λίθῳ, Σὺ ἐγέννησάς με, » εἶτα τὸν φύσει, καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν οὐκ ἐπεγνωκότες, πῶς οὐκ ἂν εἶεν τυφλοὶ, καὶ φωτὸς τοῦ θείου καὶ νοητοῦ γυμνὴν ἔχοντες τὴν καρδίαν, τούτοις ἐνίησιν ὁ Πατὴρ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τὸ φῶς. Κέκληνται γὰρ διὰ πίστεως, καὶ ἔγνωσαν αὐτὸν, μᾶλλον δὲ ἐγνώσθησαν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ υἱοὶ νυκτὸς ὄντες, καὶ σκότους, φωτὸς γεγόνασι τέκνα· διηύγασε γὰρ αὐτοὺς ἡ ἡμέρα, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέσχεν Ἥλιος, καὶ λαμπρὸς ἀνέτειλεν Ἑωσφόρος. Λυπεῖ δὲ οὐδὲν καὶ τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἐφαρμόσαι πάντα τὰ εἰρημένα. Καὶ γὰρ ἦσαν πτωχοὶ, καὶ συντετριμμένοι τὴν καρδίαν, καὶ οἷον αἰχμάλωτοι, καὶ ἐσκοτισμένοι. « Οὐ γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνὸς, ἀλλὰ πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν. » Ἀφῆκται δὲ ὁ Χριστὸς καὶ πρό γε τῶν ἄλλων εὐαγγελιζόμενος τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας τὰ κατορθώματα. Καὶ πρός γε δὴ τούτοις, ἵνα καὶ ἐνιαυτὸν Κυρίου καλέσῃ δεκτὸν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως. Καὶ

[40] Philipp. II, 7. [40*] Ephes. II, 12. [41] I Cor. II, 9. [42] Jer. II, 27. [43] Psal. XIII, 3. [44] Joan. XII, 24, 25

Digitized by Google

δεκτὸς μὲν ἐνιαυτὸς, καθ' ὃν ἐσταυρώθη ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός. Δεκτοὶ γὰρ τότε γεγόναμεν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ καρποφορηθέντες δι' αὐτοῦ, καὶ τοῦτο αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξεν, εἰπών, « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, καρπὸν πλείονα φέρει. » Καὶ πάλιν, « Ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Καὶ γοῦν ἀνεβίω τριήμερος πατήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος. Εἶτα τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς προσεφώνει, λέγων· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Δεκτὸς οὖν ἐνιαυτὸς ἐκεῖνός που πάντως, καθ' ὃν εἰσεδέχθημεν τὴν πρὸς αὐτὸν λαχόντες οἰκείωσιν, ἀπονιψάμενοι τὴν ἁμαρτίαν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως γενόμενοι κοινωνοὶ διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἦγουν δεκτὸς ἐνιαυτὸς, καθ' ὃν πεφανέρωκε τὴν δόξαν αὐτοῦ διὰ τῆς ὑπὲρ λόγον θεοσημείας· ἐδεξάμεθα γὰρ ἀσμένως τὸν τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας καιρὸν, ὃν δὴ καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος καταμεμήνυκε λέγων· « Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας. » ἡμέραν γε μὴν ἀνταποδόσεως εἶναί φαμεν οὐδὲν ἧττον αὐτὸν τὸν τῆς ἐπιδημίας καιρὸν, καθ' ὃν ἡ ἀνταπόδοσις δέδοται παρ' αὐτοῦ τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτὸν διὰ τῆς ἐν ἐλπίσιν ἐπαγγελίας· οἷον δὲ δή τι φημί· Ἡ κατὰ τὸν Μωσέως νόμον πολιτεία ἐπαινουμένη πρόξενος ἦν τοῖς ἀμωμήτως αὐτὴν ἐθέλουσι κατορθοῦν τῆς ἐνταῦθα εὐπραγίας, ὑπόσχεσιν δὲ γερῶν τῶν εἰς τὸ μέλλον οὐκ εἶχε. Μόνης δὲ τάχα που τῆς κατὰ τόνδε τὸν βίον εὐημερίας ἐποιεῖτο μνήμην· ἐκέλευε μὲν γὰρ ἀπέχεσθαι πλημμελημάτων, ἐπιφωνῶν, ἵνα « Μὴ ἀποθάνῃς ἐν οὐ καιρῷ σου. » Ἐπαφώνει δὲ καὶ τέκνοις· « Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς. » Ἐπηγγέλλετο δὲ καὶ καρπῶν ἀφθονίαν, ἔσθ' ὅτε, καὶ πολέμου παῦλαν, καὶ εἰρήνης πλάτος, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῆς εὐθυμίαν. Ἔφη γοῦν διὰ φωνῆς Ζαχαρίου· « Κατακάρπως κατοικηθήσεται Ἰερουσαλὴμ ἀπὸ πλήθους ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν τῶν ἐν αὐτῇ, καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος, τεῖχος πυρὸς κυκλόθεν, καὶ εἰς δόξαν ἔσομαι ἐν μέσῳ αὐτῆς. » Καὶ πάλιν· « Ἔτι καθίσονται πρεσβύτεροι ἐν ταῖς πλατείαις Ἰερουσαλήμ. Ἕκαστος τὴν ῥάβδον αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ ἔχων ἀπὸ πλήθους ἡμερῶν, καὶ αἱ πλατεῖαι τῆς πόλεως πλησθήσονται παιδαρίων καὶ κορασίων παιζόντων ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς. » Προσκαίρων οὖν ἄρα γερῶν ἀπόλαυσιν ὁ διὰ Μωσέως νόμος ὑπισχνεῖτο τοῖς πάλαι· τὸ δὲ θεῖον καὶ σωτήριον κήρυγμα τὰς εἰς τὸ μέλλον ἀνταποδόσεις· « Μακάριοι γάρ, φησὶν, οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· » καὶ τοὺς ἑφεξῆς κειμένους μακαρισμοὺς εἴ τις ἔλοιτο πολυπραγμονεῖν ἀνταποδόσει ἐπηγγελμένας, λαμπρὰς καὶ μεγάλας εὑρήσει παρὰ

A Et iterum : « Quando de terra exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum [48]. » Siquidem revixit tertio die, calcato mortis imperio. Deinde sanctos discipulos allocutus ait : « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris, et Filii, et Spiritus sancti [49]. » Acceptus est igitur omnino annus ille, quo admissi sumus, adepti societatem cum ipso, abluto peccato per sanctum baptisma, et divinæ illius naturæ facti participes communicatione sancti Spiritus. Vel annus acceptus est, quo manifestavit gloriam suam miraculo ineffabili. Libenter enim arripuimus salutis per ipsum tempus, quod sapientissimus significavit Paulus, dicens : « Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis [47]. »

B Retributionis diem esse nihilo secius dicimus, ipsum adventus tempus, quo retributio data est ab ipso credentibus in ipsum, ex promissione quam spes amplectitur. Quod dico, ita se habet : Legis Mosaicæ politia laudata, recte et inculpate facere volentibus, felicitatis præsentis conciliatrix erat; pollicitationem vero bonorum futurorum adjunctam non habebat, sed solummodo prosperitatem hujus vitæ **860** prædicabat; jubebat enim abstinere a delictis, acclamans : « Ne moriaris in tempore non tuo [48]. » Liberis autem aiebat : « Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene tibi sit, et longævus sis in terra [49]. » Interdum etiam promittebat fructuum ubertatem, et quietem a bello, ac pacis amplitudinem, et inde animi tranquillitatem. Dixit siquidem voce Zachariæ : « Fructuose inhabitabitur Jerusalem a multitudine hominum et jumentorum, quæ sunt in ea. Et ego ero illi, dicit Dominus, murus ignis circumcirca, et gloria ero in medio ejus [50]. » Et iterum : « Adhuc sedebunt seniores in plateis Jerusalem, quisque virgam suam habens in manu, a multitudine dierum. Et plateæ civitatis implebuntur puerulis et puellis ludentibus in plateis ejus [51]. » Temporariam itaque præmiorum perfruitionem Mosaica lex promittebat veteribus; at divina et salutaris prædicatio, retributiones in futuro tempore. « Beati enim, inquit, pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorum [52]. » Et, si consequentes beatitudines quis indagare velit diligenter, retributiones quæ promissæ sunt, inveniet a Deo, et illustres et magnas. Sin alio modo visum sit alicui, retributionem a Christo factam de adventus tempore interpretari, non aberrabit a scopo. Olim enim insolenter gessit se contra mortales profanissimus Satan, et orbem occupavit, a vera cognitione Dei, inquam, naturalis segregatum ac divulsum, et in puteum quasi peccati præcipitatum, ac sui malarumque secum potestatum reddidit cultorem. Itaque dixit : « Totum orbem comprehendam manu ut nidum, et ut derelicta ova tollam : nec est qui possit me effugere, vel qui contradicat mihi [53]. »

[48] Joan. XII, 32. [49] Matth. XXVIII, 18, 19. [47] II Cor. VI, 2. [48] Eccle. VII, 18. [49] Exod. XX, 12. [50] Zach. II, 4. [51] Zach. VIII, 4. [52] Matth. V, 3. [53] Isa. X, 14.

Digitized by Google

Sed deprehensus est vanas spes hac de re concepisse. Excitatus enim est contra Christus, et obluctatus est pro nobis, et pœnas impietatis in nos ab eo exegit. Omnem enim illius demolitus est fortitudinem, et tyrannide in nos exturbavit, « et rudentibus inferni detractos in Tartarum, » ut scriptum est, « tradidit cruciandos in judicium magni diei reservari [84], » tam ipsum quam cæteros, qui cum ipso apostatæ exstiterunt. Psallit siquidem divinus David, velut sub persona redemptorum, et **861** inquit : « Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Lætabor et exsultabo in te, psallam nomini tuo, Altissime, quia fecisti judicium meum et causam meam. Sedisti super thronum, qui judicas justitiam, increpasti gentes, et periit impius. Nomen ejus delevisti in sæculum sæculi [85]. » Alibi rursus sic de eo : « Quæretur, inquit, peccatum ejus et non invenietur [86]. » Dixit quoque ipse Servator : « Nunc judicium est mundi hujus; nunc princeps mundi hujus ejicietur foras [87]. » Tempus igitur retributionis etiam hoc modo est quo illuxit mundo Christus. Venisse autem eum dicit, ut consoletur omnes lugentes Sion, ut det illis gloriam pro cinere, et unctionem lætitiæ, et amictum gloriæ pro spiritu mœroris. Exstiterunt enim quondam apud Judæos sancti viri et in lege docti, ac propheticorum præconiorum scrutatores et gnari. Hi cum viderent sanguine Israelitico oriundos, Mosaica præcepta parvi duxisse, et ad sua placita conversos, docereque doctrinas præcepta hominum, ac vitam legi maxime contrariam et flagitiosam vivere, tristitia quæ sanctos decet affecti sunt, ac redemptionem per Christum exspectabant. Non etenim ignorarunt, cum Spiritu afflati essent, eum, qui fide justificat impium, et qui gratia injuriarum immemori, contaminatos abstergit. Nam Simeon ille justus, Christo infante ulnis excepto, precatus est, dicens : « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium et gloriam populi tui Israel [88]. » Inveniemus etiam divinum Zachariam, Joannis patrem, dicere : « Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, et fecit redemptionem plebi suæ. Et erexit cornu salutis nobis [89]. » Evangelizavit item Philippus Nathanaeli, sic dicens : « Quem scripsit Moses in lege, et prophetæ, invenimus Jesum filium Josephi, a Nazareth [90]. » Scribit etiam sapientissimus Paulus : « Tristitia mihi magna est, et continuus dolor cordi, pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem [91]. » — « Data est igitur **862** lugentibus Sion, consolatio, » per Christum, « et pro cinere gloria. » Desierunt enim illam lugere et deflere, ceperuntque per Christum gaudium, prædicantes et

Θεοῦ. Εἰ δὲ δή τις βούλοιτο καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τὴν ἀνταπόδοσιν τὴν γεγενημένην παρὰ Χριστοῦ κατὰ τὸν τῆς ἐπιδημίας καιρὸν, οὐκ ἂν ἔξω βάλοι σκοποῦ. Πάλαι μὲν γὰρ κατηλαζονεύετο τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ παμβέβηλος Σατανᾶς· πεπλεονέκτηκε γὰρ τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἀποδουκολήσας αὐτὴν τῆς ἀληθοῦς γνώσεως· τῆς ἐπί γέ φημι τῷ κατὰ φύσιν Θεῷ, τέλμασι δὲ ὥσπερ τοῖς τῆς ἁμαρτίας ἐμβαλὼν, ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δυνάμεων πονηρῶν ἀπέφηνε προσκυνητάς. Ἔφασκε γοῦν, ὅτι « Τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψομαι τῇ χειρὶ, ὡς νοσσιὰν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ ἀρῶ, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς διαφεύξεταί με, ἢ ἀντείπῃ μοι· » ἀλλ' ἦλω κενὰς ἔχων ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ καὶ τὰς ἐλπίδας. Ἀντεγήγερται γὰρ, καὶ ἀντείρηκεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, εἰσεπράξατο δὲ καὶ δίκας αὐτὸν τῆς καθ' ἡμῶν ἀσεβείας, καθεῖλε γὰρ αὐτοῦ πᾶσαν ἰσχὺν, ἐκβέβληται τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος, « Καὶ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας, » κατὰ τὸ γεγραμμένον, « παρέδωκεν εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας κολασθησομένους τηρεῖν » αὐτόν τε καὶ τοὺς ἑτέρους, οἳ συναποστάται γεγόνασιν αὐτῷ. Ψάλλει γοῦν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ὡς ἐκ προσώπου τῶν λελυτρωμένων, καὶ φησιν· « Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Εὐφρανθήσομαι, καὶ ἀγαλλιάσομαι ἐν σοί. Ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε, ὅτι ἐποίησας τὴν κρισιν μου, καὶ τὴν δίκην μου. Ἐκάθισας ἐπὶ θρόνου, ὁ κρίνων δικαιοσύνην· ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ὁ ἀσεβὴς· τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐξήλειψας εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. « Ναὶ μὴν καὶ ἑτέρωθί που πάλιν φησὶ περὶ αὐτοῦ ὧδε. « Ζητηθήσεται ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ δι' αὐτήν. » Ἔφη δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου, νῦν ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. » Καιρὸς οὖν ἀνταποδόσεως, καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, καθ' ὃν ἐπέλαμψε τῷ κόσμῳ Χριστός· ἐληλυθέναι δέ φησιν, ὥστε παρακαλέσαι πάντας τοὺς πενθοῦντας Σιὼν, δοῦναι αὐτοῖς δόξαν ἀντὶ σποδοῦ, καὶ ἄλειμμα εὐφροσύνης, καὶ καταστολὴν δόξης ἀντὶ πνεύματος ἀκηδίας. Γεγόνασι μὲν γὰρ κατὰ καιροὺς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἄνδρες ἅγιοι, καὶ νομομαθεῖς, καὶ προφητικῶν κηρυγμάτων ἐρευνηταὶ, καὶ ἐπιστήμονες. Οὗτοι θεωροῦντες τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ τῆς διὰ Μωσέως ἐντολῆς ὀλίγα πεφροντικότας, τραπομένους δὲ μᾶλλον εἰς τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, καὶ διδάσκοντας μὲν διδασκαλίαν ἐντάλματα ἀνθρώπων, ἐκνομωτάτην δὲ καὶ φιλαμαρτήμονα διαβιοῦντας ζωὴν, τὴν ἁγίοις πρέπουσαν ἐπ' αὐτοῖς ἐδέχοντο λύπην. Προσεδόκουν δὲ τὴν διὰ Χριστοῦ λύτρωσιν. Οὐ γὰρ ἠγνόησαν ὄντες πνευματοφόροι τὸν δικαιοῦντα πίστει τὸν ἀσεβῆ, καὶ ἀμνησικάκῳ χάριτι διασμήχοντα τοὺς μεμολυσμένους. Καὶ γοῦν ὁ μὲν δίκαιος Συμεὼν βρέφος ὄντα Χριστὸν ἐν ἀγκάλαις λαβὼν προσηύχετο λέγων· « Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ, ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ

[84] II Petr. II, 4. [85] Psal. IX, 2-6. [86] Psal. X, 15. [87] Joan. XII, 31. [88] Luc. II, 29-32. [89] Luc. I, 68, 69. [90] Joan. I, 45. [91] Rom. IX, 2.

Digitized by Google

πρόσωπον παντων τῶν λαῶν, φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ. » Εὑρήσομεν δὲ καὶ τὸν θεσπέσιον Ζαχαρίαν τὸν Ἰωάννου πατέρα λέγοντα· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ, ὅτι ἐπισκέψατο, καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν. » Εὐηγγελίζετο δὲ καὶ Φίλιππος τῷ Ναθαναὴλ οὕτω λέγων· « Ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ, καὶ οἱ προφῆται, εὑρήκαμεν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ναζάρετ. » Γράφει δέ που καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὅτι « Λύπη μοί ἐστι καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα. » — « Δέδοται τοίνυν τοῖς πενθοῦσι Σιὼν παράκλησις, » ἡ διὰ Χριστοῦ, « καὶ ἀντὶ σποδοῦ δόξα. » Κατέληξαν μὲν γὰρ τοῦ πενθεῖν, καὶ κλαίειν αὐτὴν, ἐδέχοντο δὲ τὴν διὰ Χριστοῦ χάριν, εὐαγγελιζόμενοί τε καὶ ἐπαγγέλλοντες· « Ἐδόθη δὲ αὐτοῖς ἄλειμμα εὐφροσύνης ἀντὶ πένθους, καὶ καταστολὴ δόξης, ἀντὶ πνεύματος ἀκηδίας. » Ἄλειμμα δέ φησιν ἐν τούτοις τὸ ἱλαρὸν, ἤτοι τὴν ἱλαρότητα, καὶ τὴν εὐφροσύνην, ἀντὶ τοῦ πενθεῖν, καὶ κλαίειν, καὶ δόξης καταστολὴν, τουτέστι, περίβλημα, ἤγουν στολὴν, καὶ ἄμφιον ἀντὶ πνεύματος ἀκηδίας, τουτέστιν, ἀντὶ τῆς πάλαι μικροψυχίας. Ἐδοξάσθησαν γὰρ οἱ πάλαι θρηνοῦντες αὐτὴν· καὶ ἀκηδιῶντες ὑπὲρ αὐτῆς· ἐδοξάσθησαν δὲ πῶς; τέθεινται γὰρ αὐτῆς καθηγηταὶ καὶ διδάσκαλοι, καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ πρὸς αὐτὴν εἰρημένον διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος λύρας· « Ἀντὶ τῶν πατέρων σου, ἐγενήθησάν σοι υἱοί. » Τέκνα γὰρ ὄντες τῆς τῶν Ἰουδαίων Συναγωγῆς οἱ πάνσοφοι μαθηταὶ, γεγόνασι πατέρες. Γράφει γοῦν τισιν ὁ πάνσοφος Παῦλος, « Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. Τέθεινται οὖν ἐν τάξει πατέρων οἱ γεγονότες αὐτῆς υἱοὶ, ὅτι δὲ τῆς παρὰ Θεοῦ δόξης ἐσχήκασιν τὴν περιστολὴν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, σαφὲς ἂν γένοιτο, Χριστοῦ λέγοντος αὐτοῖς, ποτὲ μὲν, ὅτι « Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε, νεκροὺς ἐγείρετε· » ποτὲ δὲ πάλιν· « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. »

A annuntiantes Evangelium. « Data est illis pro luctu unctio lætitiæ, et amictus gloriæ pro spiritu mœroris. » Unctionem autem hic vocat, quod hilare est, seu hilaritatem et lætitiam pro luctu et fletu : et καταστολὴν, id est, amictum, sive stolam, et vestimentum pro spiritu ἀκηδίας, id est, pro veteri illa animi dejectione et contractione. Nam glorificati sunt, qui olim deplorabant eam, et qui mœrore pro ea afficiebantur. Glorificati vero sunt, quomodo? Nam constituti sunt ejus præceptores et doctores. Atque hoc est quod ei dictum est lyra Psallentis : « Pro patribus tuis nati sunt tibi filii [65]. » Liberi enim Judaicæ Synagogæ cum essent sapientissimi discipuli, facti sunt patres. Scribit scilicet sapientissimus Paulus : « In Christo enim Jesu per Evan-
B gelium ego vos genui [66]. » Constituti quippe sunt patrum loco, qui fuerunt ejus filii. Habuisse autem divinos discipulos amictum gloriæ a Deo, clarum esse potest, dicente Christo illis alicubi : « Infirmos curate, dæmonia ejicite, mortuos excitate [67]; » rursus alibi : « Vos estis lux mundi [68]. »

Καὶ κληθήσονται γενεαὶ δικαιοσύνης, φύτευμα Κυρίου εἰς δόξαν. Καὶ οἰκοδομήσουσι πόλεις ἐρήμους αἰωνίας, ἐξερημωμένας πρότερον ἐξαναστήσουσι, καὶ καινιοῦσι πόλεις ἐρήμους ἐξερημωμένας εἰς γενεάς.

C Vers. 4. *Et vocabuntur progenies justitiæ, plantatio Domini in gloriam. Et ædificabunt solitudines æternas, vastatas prius excitabunt, et innovabunt civitates desertas, vastatas in generationes.*

Χρηματίζουσι γὰρ οἱ ἐν Χριστῷ « Γένος ἐκλεκτὸν, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, » διά τοι τὸ κάλλος τῆς ἐνούσης αὐτοῖς δικαιοσύνης, καὶ οὔτι πού φημι τῆς κατὰ νόμον, ἐκείνης δὲ μᾶλλον, ἣν διὰ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἐσχήκασι θεσπισμάτων· ἀμείνων δ' ἀσυγκρίτως ἡ διὰ Χριστοῦ τῆς ἐν νόμῳ· καὶ γοῦν ἔφη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » — « Κεκλήσονται τοίνυν, φησὶ, δικαιοσύνης γενεαὶ, καὶ προσέτι φύτευμα Κυρίου. »
D Καὶ γάρ ἐσμεν ἀληθῶς Θεοῦ γεώργιον, καὶ περὶ ἡμῶν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ φησι· « Πεφυτευμένοι ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξανθήσουσι. » Καὶ γοῦν ὁ πάνσοφος Παῦλος Θεοῦ γεώργιον ὀνομάζει τοὺς κεκλημένους διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ. Ἔφη δὲ πάλιν, ὅτι « Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ὁ δὲ Θεὸς ηὔξανε. » Γεωργεῖ γὰρ ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ διὰ τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν· ταύτητοι καὶ μάλα εἰκότως φασὶν ἑαυτοὺς συνεργοὺς γενέσθαι Θεοῦ. Ψάλλει δὲ καὶ ὁ πάνσοφος Δαβὶδ· « Δίκαιος

Nuncupantur enim qui in Christo sunt « genus electum, gens sancta, populus acquisitus [66], » propter justitiæ quæ illis inest pulchritudinem. Justitiam dico non legalem, sed potius eam, quam ex Servatoris oraculis habuerunt. Quæ in Christo est, legali justitia melior est incomparabiliter. Siquidem sanctos apostolos allocutus est : « Amen dico vobis, nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum et Pharisæorum, non ingrediemini in regnum cœlorum [67]. » — « Vocabuntur igitur, inquit, progenies justitiæ, et præterea plantatio Domini. » Etenim sumus vere Dei agricultura, et de nobis divinus David ait : « Plantati in domo Domini, in tabernaculis Dei nostri florebunt [68]. » Siquidem Paulus sapientissimus Dei agriculturam nominat [69], **863** qui per fidem in Christo vocati sunt. Rursus dixit : « Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit [70]. » Colit enim nos quasi agricola Servator, per sanctos mystagogos. Unde et quidem justissime dicunt se Dei esse cooperarios. Psallit quoque David sapientissimus : « Justus ut palma florebit,

[65] Psal. xliv, 17. [66] I Cor. iv, 15. [67] Matth. x, 8. [68] Matth. v, 14. [69] I Petr. ii, 9. [67] Matth. v, 20. [68] Psal. xci, 14. [69] I Cor. iii, 9. [70] Ibid. 6.

Digitized by Google

quasi cedrus in Libano multiplicabitur[71]. » Sumus itaque plantatio Domini, et in gloriam ejus. « Ædificabunt autem, inquit, civitates desertas æternas, et innovabunt civitates desertas. » Videtur inde velle significare, vel multitudinem vocandorum tantam fore, ut et alias civitates, præter eas quæ sunt, quærant, et quæ vastatæ sunt aliquando reficiant; vel illud fortassis: In angustias enim redacti, inquit, propter multitudinem, ecclesias nudas licet et desertas olim, tale quiddam efficient, quale solent facere, qui civitates vastatas ædificant, et qui humi jacentes quodammodo excitare satagunt. Dictum est enim Ecclesiæ: « Dilata locum tentorii tui et aulatorum tuorum, fige, ne parcas[72]. Adhuc in dextris et in sinistris expande. » Veram esse de hac re prædictionem, ipse rerum eventus ostendit facillime.

VERS. 5-7. *Et venient alienigenæ pascentes oves tuas, et alienæ gentis aratores et vinitores. Vos autem sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei. Fortitudinem gentium comedetis, et in divitiis eorum eritis admirabiles. Pro confusione vestra duplici, et pro rubore lætabitur pars eorum, et sic terram secundo possidebunt. Et gaudium sempiternum erit super caput eorum.*

Diserte hic legis et sacerdotii in ea descripti translationem fore dicit. Non enim jam Leviticis sacrificium, non ministerii nomen aut res quadraverit; sed exclusi sunt isti, ac data est hæc gloria illis qui ex gentibus per fidem vocati sunt. Dei enim calculo coronati sunt, et ipsi constituti sunt ministri ac sacerdotes. « Venient enim, inquit, alienigenæ pascentes oves tuas. » Habetur autem hæc oratio velut ad Ecclesiam, cujus oves intelligi possunt, servatorum per fidem sancta multitudo. Hæc ab alienigenis pascitur. Olim enim Scribæ et Pharisæi, qui docendi **864** munus apud Israelitas sortiti sunt, socordes et resides ac imperitissimi pastores exstiterunt. Periit igitur ipsis subjecta multitudo, quandoquidem argentum reprobum habebant, et docebant doctrinas mandata hominum, et a Christi cognitione subditos abducebant, modo dicentes: « Nos scimus Moysi locutum esse Deum, hunc autem nescimus unde sit[73]; » modo iterum: « Dæmonium habet et insanit, quid illum auditis[74]? » Testatus est itaque voce prophetarum universorum Dominus, sic dicens: « Pastores stulti facti sunt, et Dominum non quæsierunt. Propterea non intellexit grex, et dispersi sunt[75]. » Item voce Ezechielis: « O pastores Israel, ecce lac comeditis, et oves meas non pascitis[76]; » et ad hæc: « Pulchra pascua devorastis, et reliquias conculcastis pedibus vestris. Et collectam aquam bibistis, et reliquias turbastis pedibus vestris. Oves autem meæ

ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, ὡσεὶ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται. » Ἐσμὲν δὴ οὖν ἄρα φύτευμα Κυρίου, καὶ εἰς δόξαν αὐτοῦ. « Οἰκοδομήσουσι δὲ, φησὶ, πόλεις ἐρήμους αἰωνίας, καὶ καινιοῦσι πόλεις ἐρήμους. » Ἔοικε βούλεσθαι διὰ τούτου δηλοῦν, ἢ τὸ πλῆθος τῶν κληθησομένων, ὡς ἔσται τοσοῦτον, ὥστε καὶ πόλεις ἑτέρας παρὰ τὰς οὔσας ἐπιζητεῖν, καὶ ἀνανεοῦν αὐτὰς ἐρημωμένας ποτέ· ἦγουν ἐκεῖνό που τάχα· Στενοχωροῦντες γὰρ, φησὶ, τῷ πλήθει τὰς ἐκκλησίας, καίτοι γυμνὰς οὔσας καὶ ἐρήμους ποτὲ, δράσουσί τι τοιοῦτον, ὁποῖον εἰώθασιν δρᾶν οἱ πόλεις ἠρημωμένας οἰκοδομεῖν ἐθέλοντες, καὶ οἷον χαμαὶ κειμένας ἐγείρειν σπουδάζοντες. Εἴρηται γοῦν πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν· « Πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου, καὶ αὐλαιῶν σου πῆξον, μὴ φείσῃ· ἔτι εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον. » Ἀληθῆ δὲ οὖσαν τὴν περὶ τούτου προαγόρευσιν, αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ ἔκβασις ἐκδείξειεν ἂν, καὶ μάλα ῥᾳδίως.

Καὶ ἥξουσιν ἀλλογενεῖς ποιμαίνοντες τὰ πρόβατά σου, καὶ ἀλλόφυλοι ἀροτῆρες, καὶ ἀμπελουργοί· ὑμεῖς δὲ ἱερεῖς Κυρίου κληθήσεσθε, λειτουργοὶ Θεοῦ. Ἰσχὺν ἐθνῶν κατέδεσθε, καὶ ἐν τῷ πλούτῳ αὐτῶν θαυμασθήσεσθε. [(1) *Ἀντὶ τῆς αἰσχύνης ὑμῶν τῆς διπλῆς, καὶ ἀντὶ τῆς ἐντροπῆς ἀγαλλιάσεται ἡ μερὶς αὐτῶν, καὶ οὕτως*] *ἐκ δευτέρας κληρονομήσουσι τὴν γῆν. Καὶ εὐφροσύνη αἰώνιος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν.*

Ἐνταῦθα σαφῶς τοῦ νόμου μετάθεσιν καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἱερωσύνης ἔσεσθαί φησιν. Οὐ γὰρ ἔτι τοῖς αἵματος τοῦ Λευῖ τὸ ἱερουργεῖν ἁρμόσει, καὶ τὸ τῆς λειτουργίας ὄνομά τε καὶ χρῆμα, ἀλλ' ἐξώσθησαν μὲν ἐκεῖνοι, δέδοται δὲ τοῖς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοις διὰ τῆς πίστεως ἡ ἐπὶ τῷδε δόξα. Ψήφῳ γὰρ στεφανοῦνται Θεοῦ, καὶ αὐτοὶ τετάχαται λειτουργοί τε καὶ ἱερεῖς· « Ἥξουσι γὰρ, φησὶν, ἀλλογενεῖς ποιμαίνοντες τὰ πρόβατά σου. » Ἔστι δὲ ὁ λόγος, ὡς πρός γε τὴν Ἐκκλησίαν, ἧς ἂν νοηθεῖεν πρόβατα τῶν διὰ πίστεως σεσωσμένων ἡ ἁγία πληθύς· αὕτη ποιμαίνεται ὑπ' ἀλλογενῶν. Οἱ μὲν γὰρ πάλαι Γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι, οἱ τὸ καθηγεῖσθαι λαχόντες τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ῥᾴθυμοί τε καὶ ἀναπεπτωκότες, καὶ ἀτεχνέστατοι γεγόνασι ποιμένες. Ἀπόλωλε γοῦν ἡ ὑπ' αὐτοῖς τεταγμένη πληθὺς, ἐπειδήπερ ἦν αὐτοῖς ἀδόκιμον τὸ ἀργύριον. Ἐδίδασκον δὲ καὶ διδασκαλίαν ἐντάλματα ἀνθρώπων, καὶ τοῦ εἰδέναι Χριστὸν ἀπεκόμιζον τοὺς ὑπεζευγμένους, ποτὲ μὲν λέγοντες· « Ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μωϋσεῖ λελάληκεν ὁ Θεὸς, τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστί· » ποτὲ δὲ πάλιν· « Δαιμόνιον ἔχει, καὶ μαίνεται, τί αὐτοῦ ἀκούετε; » Διεμαρτύρατο γοῦν διὰ φωνῆς προφητῶν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὧδί λέγων, ὅτι « Οἱ ποιμένες ἠφρονεύσαντο, καὶ τὸν Κύριον οὐκ ἐξεζήτησαν. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ, καὶ διεσκορπίσθησαν· » καὶ μὴν διὰ φωνῆς τοῦ Ἰεζεχιήλ· « Ὦ ποιμένες τοῦ Ἰσραὴλ, μὴ βόσκουσιν οἱ ποιμένες ἑαυτοὺς, οὐχὶ τὰ πρόβατα βόσκουσιν οἱ ποιμένες;

[71] Psal. XCI, 13. [72] Isa. LIV, 2. [73] Joan. IX, 29. [74] Joan. X, 20. [75] Jer. X, 21. [76] Ezech. XXXIV, 2, 3.

(1) Quæ uncis comprehensa sunt, negat S. Hieronymus in LXX haberi. Sed et in Humfredi versione desunt.

Digitized by Google

Ἰδοὺ τὸ γάλα κατεσθίετε, καὶ τὰ πρόβατά μου οὐ βόσκετε· » ἔτι τε πρὸς τούτοις· « Τὴν καλὴν νομὴν ἐνέμεσθε, καὶ τὰ ὑπόλοιπα κατεπατεῖτε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ τὸ καθεστηκὸς ὕδωρ ἐπίνετε, καὶ τὸ ἐπίλοιπον ἐταράσσετε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ τὰ πρόβατά μου τὰ πατήματα τῶν ποδῶν ὑμῶν ἐνέμοντο, καὶ τὸ τεταραγμένον ὕδωρ ὑπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἔπινον. » Ὕδωρ μὲν γὰρ καθεστηκὸς τὴν διὰ νόμου παίδευσιν ὀνομάζει, καὶ ἀρίστην νομήν· οἱ δὲ πάντα φύροντες, καὶ καταθολοῦντες αὐτὴν διὰ τοῦ μὴ διδάσκειν ὀρθῶς τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαούς, παρεσκεύαζον ὕδωρ ὥσπερ ἐκπίνειν οὐ καθαρὸν, οὔτε μὴν ἐνανθῆ νέμεσθαι νομήν. Ἐξώσθησαν τοιγαροῦν, καὶ μάλα εἰκότως, τοῦ ποιμαίνειν ἔτι τὸν τοῦ Κυρίου λαόν. Κέκληνται γὰρ πρὸς τοῦτο ἀλλογενεῖς. Διδάσκαλοι γὰρ Ἐκκλησιῶν χειροτονοῦνται παρὰ Χριστοῦ σοφοὶ, καὶ ἀγχίνοι, καὶ δογματικῆς εὐτεχνίας ἐπίμεστον ἔχοντες νοῦν, ἄνδρες ἐξ ἀγέλης ἑλληνικῆς, καὶ οὐκ ἐξ αἵματος ὄντες Ἰσραὴλ, οὗτοι γεγόνασι καὶ ἀροτῆρες, καὶ ἀμπελουργοί. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκλεκτὴ γῆ κέκληνται πλεισταχοῦ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς οἱ πιστεύσαντες, καὶ ἀμπελὼν, καὶ κῆπος· ταύτητοί φησιν ὁ λόγος, ὡς ἀροτῆρας ἔσεσθαι, καὶ ἀμπελουργοὺς, τοὺς οἵπερ ἂν γένοιντο κατὰ καιροὺς ἱερεῖς Κυρίου καὶ λειτουργοὶ Θεοῦ, τὸν τῆς ἀληθείας ὀρθοτομοῦντες λόγον, καὶ ἱερουργοῦντες τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καθὰ γέγραπται· οὐκοῦν οὐχ ἑαυτοῖς ἁρπάζουσι τὴν τιμὴν, κέκληνται δὲ μᾶλλον παρὰ Θεοῦ, καθὼς καὶ ὁ πάνσοφός φησι Παῦλος. Καίτοι γὰρ φυλῆς ὑπάρχων Βενιαμὶν, ἱερουργὸν αὐτὸν ὀνομάζει πανταχοῦ, καὶ κλητὸν ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ. « Ὑμεῖς δὴ οὖν ἅπαντες οἱ τὸ τῆς ἱερουργίας λαχόντες ἀξίωμα, ἰσχὺν ἐθνῶν κατέδεσθε, καὶ ἐν τῷ πλούτῳ αὐτῶν θαυμασθήσεσθε. » Ἰσχὺν δέ φησιν ἐθνῶν, ἢ τὰς τιμὰς τὰς ἐκ τῶν δυνατωτάτων, οἵπερ ἂν εἶεν ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοι, ἢ καθ' ἕτερον συνήσεις τρόπον. « Οὐδεὶς γὰρ ὑμῶν, φησὶ, διαφεύξεται τὸ στόμα, » τουτέστι τὸν λόγον, ἀντὶ γὰρ τοῦ λόγου τὸ στόμα τίθησι πανταχοῦ τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, οἷον, « Ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει. »—« Κατανεμηθήσεσθε τοιγαροῦν, φησὶ, τὴν ἰσχὺν τῶν ἐθνῶν. » Ἐθνῶν δὲ δύναμιν, ἢ τοὺς παρ' ἐκείνοις λαμπροὺς, ἤγουν ἐλλογιμωτάτους, καὶ σοφίαν ἔχοντας κοσμικὴν ὀνομάζειν ὁ λόγος ἔοικεν ἐν τούτοις. Εὑρήσομεν δὲ καὶ αὐτὸν τὸν τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν κατισχύσαντα λόγον, καὶ τὴν αὐτῶν κλῆσιν πλουτήσαντες ἐδοξάσθησαν. Καύχημα γὰρ διδασκάλων, στέφανός τε καὶ δόξα, οἱ διὰ τῆς αὐτῶν σεσωσμένοι φωταγωγίας. Διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι « Ἐν τῷ πλούτῳ αὐτῶν θαυμασθήσεσθε. » Ὅτι δὲ τὸ θεσπέσιον κήρυγμα καταδράξεται τῶν χωρῶν, καὶ παντὸς ἔθνους, καὶ μονονουχὶ κληρονόμοι τῆς ὑπ' οὐρανὸν ἔσονται κατὰ καιροὺς οἱ τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν ἡγούμενοι, Χριστῷ τὴν δόξαν ἀνάπτοντες, ὑπεμφαίνει, λέγων· « Οὕτως ἐκ δευτέρας κληρονομήσουσι τὴν γῆν. » Πάλαι μὲν γὰρ κατεκληροδότησε τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ τὰς τῶν ἐθνῶν χώρας· ἔλαβον γὰρ τὴν γῆν τῶν Ἀμορῥαίων, καὶ Ἰδουμαίων, καὶ Εὐαίων, καὶ

A conculcationibus pedum vestrorum pascebantur, et aquam turbatam a pedibus vestris bibebant [77]. » Aquam enim collectam vocat doctrinam legis et pascuum optimum. Qui autem corrumpebant et contaminabant eam, eo quod suum populum non recte docerent, aquam non puram ad bibendum propinabant, nec florida pascua pascebant. Dejecti sunt itaque ab officio pascendi deinceps Domini populum, idque jure merito. Vocati sunt enim ad hoc alienigenæ, quippe qui doctores Ecclesiarum a Christo designati sunt, sapientes et cordati, et sana dogmatum intelligentia cumulati et instructi, et viri ex Græco grege, non ex sanguine Israel oriundi, hi exstiterunt etiam aratores et vinitores. Cum enim credentes sæpe in Scripturis divinitus inspiratis, vocati sint

B electa terra, et vinea, et hortus, idcirco dicitur hac oratione, fore eos aratores et vinitores qui olim constituendi sint sacerdotes Domini et ministri Dei, verbum veritatis recte sectantes [78], et Evangelium Christi ministrantes, quemadmodum scriptum est. Itaque non sibi usurpant honorem, sed vocati sunt a Deo potius [79], sicuti Paulus sapientissimus, etsi ex tribu Benjamin exstiterit, se tamen ipse ministrum et vocatum apostolum 865 Jesu Christi nominat. « Vos igitur omnes, qui ministerii dignitatem sortiti estis, fortitudinem gentium comedetis, et in divitiis eorum admirabiles eritis. » Fortitudinem gentium dicit, vel honores potentissimorum hominum, qui ex gentibus vocati sunt, vel alio modo intelliges. « Nemo

C enim vestrum, inquit, effugiet os, » id est, sermonem. Pro sermone enim sæpenumero os ponunt sacræ Litteræ, exempli causa : « Quorum os maledictione et amarulentia plenum est [80]. » — « Devorabitis enim, inquit, fortitudinem gentium, » id est, Oratio vestra vincet gentium potentiam. Potentiam autem gentium vel illustres viros apud eas, vel disertissimos et mundi prudentia valentes nominare videtur hic oratio. Inveniemus autem sanctorum mystagogorum orationem prævaluisse, et qui eorum vocatione ditati sunt, gloria sunt affecti. Laus namque doctorum et corona et gloria sunt qui illorum illuminatione servati sunt. Propterea ait : « In divitiis earum admirabiles eritis. » Quod autem divina prædicatio ad regiones pertinget et ad omnem gentem, et quod

D hæredes orbis terrarum futuri sunt olim sanctarum Ecclesiarum præfecti, qui Christo gloriam tribuunt, subindicat, dicens : « Sic terram secundo possidebunt. » Olim quippe sortito divisit Israelitis Jesus, filius Nave, regiones gentium ; acceperunt enim terram Amorrhæorum, Idumæorum, Evæorum et aliorum. Cum autem mundo illuxisset Christus, cujus figura erat Jesus ille antiquus, non solam Judæam suis ministris distribuit, sed et terram universam. Et hæc secunda fuit post primam divisio hæreditatis. Dispartiti sunt enim calculo et judicio ipsius regiones ac civitates mystagogi et doctores : etiamnum gaudent in Christo, et gaudio quodam spiritali

[77] Ezech. xxxiv, 18, 19. [78] II Tim. ii, 15. [79] Rom. i, 6. [80] Psal. xiii, 3.

Digitized by Google

quasi corona sunt redimiti. Estque gaudium æternum. Nam in temporariis rebus non exspectamus fore remunerationem, sed in spe longa et vita sempiterna, et in bonis cogitationem et orationem excedentibus.

τὰς τῶν ἑτέρων. Ἐπιλάμψας δὲ τῷ κόσμῳ Χριστὸς, οὗ καὶ εἰς τύπον ἦν Ἰησοῦς ὁ πάλαι κατεκληροδότησε τοῖς ἰδίοις ἱερουργοῖς, οὐχὶ δή που μόνον τὴν Ἰουδαίαν, ἀλλὰ γὰρ ἅπασαν τὴν γῆν. Καὶ δευτέρα μετὰ τὴν πρώτην κληροδοσία γέγονε. Διενείμαντο γὰρ τὰς τε χώρας καὶ πόλεις ψήφῳ τῇ παρ' αὐτοῦ μυσταγωγοὶ καὶ διδάσκαλοι, καὶ εἰσὶν εἰς δεῦρο χαίροντες ἐν Χριστῷ, καὶ νοητὴν εὐφροσύνην, ὥσπερ τινὰ στέφανον ἔχοντες ἐπὶ κεφαλῆς. Αἰώνιος δὲ ἡ εὐφροσύνη· οὐ γὰρ ἐν προσκαίροις πράγμασι προσδοκῶμεν ἔσεσθαι τὴν ἀντιμισθίαν, ἀλλ' ἐν ἐλπίδι μακρᾷ, καὶ ἀτελευτήτῳ βίῳ, καὶ ἐν τοῖς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἀγαθοῖς.

VERS. 8, 9. *Ego enim sum Dominus, diligens justitiam et odio habens rapinas ex injustitia. Et dabo laborem eorum aliis, et testamentum æternum disponam eis. Et cognoscetur in gentibus semen eorum,* **866** *et nepotes eorum in medio populorum. Omnis qui viderit eos, agnoscet eos, quia illi sunt semen benedictum a Deo, lætitiam lætabuntur super Dominum.*

Ἐγὼ γὰρ εἰμι Κύριος ὁ ἀγαπῶν δικαιοσύνην, καὶ μισῶν ἁρπάγματα ἐξ ἀδικίας· καὶ δώσω τὸν μόχθον αὐτῶν δικαίοις, καὶ διαθήκην αἰώνιον διαθήσομαι αὐτοῖς. Καὶ γνώσονται ἐν τοῖς ἔθνεσι τὸ σπέρμα αὐτῶν. Καὶ τὰ ἔκγονα αὐτῶν ἐν μέσῳ τῶν λαῶν. Πᾶς ὁ ὁρῶν αὐτοὺς ἐπιγνώσεται αὐτοὺς, ὅτι οὗτοί εἰσι σπέρμα εὐλογημένον ὑπὸ Θεοῦ, εὐφροσύνῃ εὐφρανθήσονται ἐπὶ Κύριον.

Cum dixerit : « Alienigenæ venturi sunt qui pascant oves tuas, et alienæ gentis aratores et vinitores, » ejectis videlicet primis, et deturbatis dominatu quem in populum obtinuerunt, cur hoc passi sint sancto calculo ac judicio ejus qui juste judicat, causas ostendit. Quia enim, inquit, amo justitiam, rapinasque ex injustitia conflatas odi, et quia isti Judaicæ Synagogæ præfecti tales fuerunt, dimisi eos et expuli. Rapientium enim injustas rapinas et laborem dabo aliis. Qui enim injuste ditescunt, et, ut propheta ait, colligunt et accumulant sibi ipsis impietatem ac miseriam, ad alios ea transmittunt. Hinc Solomon : « Divitiæ, inquit, injuste congestæ evomentur, e domo ejus trahet illas angelus. » Et iterum : « Qui congerit divitias suas per usuras et avaritiam, et qui miseretur pauperum, relinquet eas; nec utique bonis viris et misericordibus, sed potius decoctoribus [81]. » Lepide enim dixit eos misereri pauperum. Nam qui profuse vivunt, his complures agglutinantur, et una cum illis consumunt quæ multis sudoribus per nefasque sunt coacervata. De illiusmodi hominibus psallit divinus David, et inquit : « At frustra tumultuatur; thesaurizat, et nescit cui congreget ea [82]. » Præterea alio modo : Labor seu cura Scribarum et Pharisæorum aliis data est, videlicet gentium doctoribus. Christus itaque ait : « Amen dico vobis, tolletur regnum Dei a vobis, et dabitur genti facienti fructus ejus [83]. » Ergo illi, inquit, expulsi sunt. At vobis, qui ex gentibus vocati estis ad sacrum ministerium, testamentum æternum disponam : inde vel prædicationem evangelicam, vel spem sempiternam intelligens : « In gentibus, » inquit, « cognoscetur semen eorum, et progenies eorum. Quos qui viderit agnoscet quia hi sunt semen benedictum a Deo. » Nam qui institutione et doctrina filii sanctorum mystagogorum exstiterunt propter insignem probitatem et vitæ pietatem, omnibus sunt notissimi, quia pro-

Εἰπὼν, ὅτι « Ἥξουσιν ἀλλογενεῖς ποιμαίνοντες τὰ πρόβατά σου, καὶ ἀλλόφυλοι ἀροτῆρες, καὶ ἀμπελουργοὶ, » ὡς ἐξωσθέντων δηλονότι τῶν πρώτων, καὶ τοῦ καθηγεῖσθαι λαῶν ἐκπεσοβημένων, διαδείκνυσι τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷς τοῦτο πεπόνθασιν, ὁσίᾳ ψήφῳ τοῦ τὰ δίκαια κρίνοντος. Ἐπειδὴ γὰρ ἀγαπῶ, φησὶ, τὴν δικαιοσύνην, ἁρπάγματα δὲ τὰ ἐξ ἀδικίας μισῶ, γεγόνασι δὲ τοιοῦτοι τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς οἱ προεστῶτες, παρῆκα, φησὶ, καὶ ἐξεωσάμην αὐτούς. Τῶν γὰρ ἁρπαζόντων ἁρπάγματα ἐξ ἀδικίας τὸν μόχθον ἑτέροις δίδωμι. Οἱ γὰρ ἀδίκως πλουτοῦντες, καὶ, καθά φησιν ὁ προφήτης, θησαυρίζοντες ἑαυτοῖς ἀσέβειαν καὶ θαλαιπωρίαν, εἰς ἑτέρους αὐτὰ παραπέμπουσιν. Ἔφη γοῦν ὁ Σολομὼν, ὅτι « Πλοῦτος ἀδίκως συναγόμενος ἐξεμεθήσεται, ἐξ οἰκίας αὐτοῦ ἑλκύσει αὐτὸν ἄγγελος. » Καὶ πάλιν· « Ὁ συνάγων τὸν πλοῦτον αὐτοῦ μετὰ τόκου, καὶ πλεονασμῶν, τὸ ἐλεοῦντι πτωχοὺς καταλείψει αὐτὸν, καὶ οὐ δή που πάντως ἀγαθοῖς ἀνδράσι, καὶ φιλοικτίρμοσιν, ἀλλὰ ἀσώτοις μᾶλλον. » Εὐφήμως γὰρ τοὺς τοιούτους ἐλεεῖν ἔφη πτωχούς. Τοῖς γὰρ ζῶσιν ἐν ἀσωτίᾳ πλεῖστοι λίαν οἱ κολλώμενοι, καὶ συνδαπανῶντες αὐτοῖς τὰ πολλοῖς ἱδρῶσιν ἀδίκως σεσωρευμένα. Ψάλλει δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ περὶ τῶν τοιούτων, καί φησι· « Πλὴν μάτην ταράσσεται· θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά· » Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ὁ μόχθος, ἤγουν ἡ φροντὶς τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων ἑτέροις ἐδόθη, δῆλον δὲ ὅτι (1) « Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. » Οὐκοῦν ἐκεῖνοι μὲν ἐξώσθησαν, φησὶν, ἡμῖν δὲ τοῖς κεκλημένοις ἐξ ἐθνῶν εἰς ἱερουργίαν διαθήκην αἰώνιον διαθήσομαι, ἤ τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν διὰ τοῦτο δηλῶν, ἤγουν ἐλπίδα τὴν ἀτελεύτητον. « Ἐν δὲ τοῖς ἔθνεσι γνωσθήσεται, » φησὶ, « τὸ σπέρμα αὐτῶν, καὶ τὰ ἔκγονα αὐτῶν πᾶς ὁ ὁρῶν αὐτοὺς ἐπιγνώσεται αὐτοὺς, ὅτι οὗτοί εἰσι σπέρμα εὐλογημένον ὑπὸ Θεοῦ. » Οἱ γὰρ κατὰ μαθητείαν υἱοὶ τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν ἐκ πολ-

[81] Prov. XXVIII, 8. [82] Psal. XXXVIII, 7. [83] Matth. XXI, 43

(1) In exemplari Græco prætermissa sunt duo triave vocabula.

Digitized by Google

λῆς ἅγαν ἀγαθουργίας, καὶ τῆς κατ' εὐσέβειαν ζωῆς, γνωριμώτατοι πᾶσίν εἰσιν, ὅτι καὶ ὁγίων ἔκγονα γεγόνασι κατὰ μαθητείαν, ὡς ἔφην, « Καὶ ὅτι σπέρμα εἰσὶν εὐλογημένον ὑπὸ Θεοῦ, » οἷον τὰ τῶν ἁγίων μοναστῶν συστήματα, περὶ ὧν φησιν ὁ Παῦλος· « Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, » οἱ τὸν ἐπιεικῆ καὶ φιλόπονον διαζῶντες βίον· τῶν ἐν παρθενίᾳ τὰ στίφη, καὶ χοροὶ γέμοντες εὐλογίας Θεοῦ, οὗτοι σπέρμα εἰσὶν εὐλογημένον ὑπὸ Θεοῦ, οὗτοι χαίρουσι, καὶ εὐφραίνονται ἐπὶ Κύριον· οὐ γὰρ ἐφήδονται πράγμασι κοσμικοῖς, ἐμπίμπλασι δὲ μᾶλλον τὰς ἑαυτῶν καρδίας ἀγάπης τῆς εἰς Χριστόν, σωτήριον δὲ τὸ χρῆμά ἐστι, καὶ θυμηδίας ἁπάσης ἐμποιητικόν.

Ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ Κυρίῳ· ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης, ὡς νυμφίῳ περιέθηκέ μοι μίτραν, καὶ ὡς νύμφην κατεκόσμησέ με κόσμῳ, καὶ ὡς γῆν αὔξουσαν τὸ ἄνθος αὐτῆς, καὶ ὡς κῆπον τὰ σπέρματα αὐτοῦ, οὕτως ἀνατελεῖ Κύριος δικαιοσύνην, καὶ ἀγαλλίαμα ἐναντίον πάντων τῶν ἐθνῶν.

Φιλότιμον ἐπ' αὐτοῖς ἁπλώσας τὴν χεῖρα, πλείστοις τε ὅσοις καὶ ἀξιοκτήτοις χαρίσμασι στεφανώσειν εἰπών· « Πᾶς γὰρ ὁ ὁρῶν, φησὶν, αὐτοὺς ἐπιγνώσεται, ὅτι οὗτοί εἰσι σπέρμα εὐλογημένον ὑπὸ Θεοῦ, » εἶτα προσεπενεγκὼν ὅτι « Καὶ εὐφρανθήσονται ἐπὶ Κύριον, » δίδωσιν εὐθὺς τὴν εὐφροσύνην αὐτοῖς. Ταύτῃτοι καὶ μάλα εἰκότως τὸ τῆς Ἐκκλησίας εἰσεκομίσθη πρόσωπον ἐκ περιχαρείας τῆς ἄγαν ἀναφωνοῦν, « Ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης. » Χιτῶνα εὐφροσύνης τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν φησι. Γράφει γοῦν καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύσασιν· « Ἐνδύσασθε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίαν. » Οἵ γε μὴν ἀμφίου δίκην ἐσχηκότες αὐτὸν πρὸς τῇ σωτηρίᾳ κερδαίνουσι τὸ εὐημερεῖν, καὶ τὸ ἐν εὐφροσύναις εἶναι μακραῖς. Ἔφη γοῦν αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ καὶ θύσῃ, καὶ ἀπολέσῃ. Ἐγὼ ἦλθον ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσιν. » Οὐ γὰρ σώζει μόνον, ὡς ἔφην, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀτελευτήτῳ κατευφραίνει χαρᾷ· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ περιττὸν προστεθησόμενον ἡ τοῖς ἁγίοις ζωή. Χριστὸς οὖν ἄρα τὸ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἄνωθεν ἄμφιον ὁ τῆς ἀφθαρσίας χιτὼν, ὃν εἴ τις λάβοι στεφανωθήσεται κόσμῳ παντὶ, νοητῷ δηλονότι, καὶ τοῖς ἐξ ἀγαθουργίας αὐχήμασιν. Ἔσται γὰρ ὡς νυμφίος, ὡς μίτραν διεζωσμένος, καὶ ὡς νύμφη κόσμῳ παντὶ διαπρέπουσα. Εἰσὶ γὰρ, εἰσὶν οἱ ἐν Χριστῷ δεινοὶ μὲν, καὶ ἀλκιμώτατοι, πρός γε τὸ δεῖν ἀνδρίζεσθαι νοητῶς, καταπλουτοῦσι δὲ λίαν καὶ τὸ εὐπρεπὲς εἰς ἅπαν εἶδος ἀρετῆς. Ἐοίκασι δὲ καὶ νύμφαις διὰ τὸ καρπογόνον μετὰ τοῦ ποικίλον ἔχειν ὡς ἐν ἀρετῶν φαιδρότητι κάλλος. Ἔφη γοῦν τις τῶν ἁγίων προφητῶν, ἐγκάρπους ὄντας ἀποδεικνὺς τοὺς τὸν εὐαγῆ κατορθοῦντας βίον· « Διὰ τὸν φόβον

genies sanctorum facti sunt institutione et disciplina, ut dixi, « et quia semen benedictum a Deo: » **867** puta, sanctorum monachorum cœtus, de quibus Paulus : « Qui autem Christi Jesu sunt, carnem crucifixerunt cum affectibus et cupiditatibus [84], » qui probam et laboriosam traducunt vitam: et in virginitate degentium cohortes et chori qui Dei benedictione abundant : hi sunt semen benedictum a Deo, hi gaudent et lætantur in Domino. Non enim mundanis afficiuntur negotiis, sed corda sua potius charitate Christi complent. Hæc res salutaris est, et omnis voluptatis effectrix.

Vers. 10, 11. *Exsultet anima mea in Domino; induit enim me veste salutis et tunica lætitiæ, tanquam sponsum circumdedit me mitra, et quasi sponsam ornavit me mundo muliebri; et sicut terra profert florem suum, et ut hortus semina sua, sic germinare faciet Dominus justitiam et exsultationem coram omnibus gentibus.*

Munificam in illos manum extendit, et plurimis et insignibus donis coronaturum se illos dixit: « Omnis enim, inquit, qui videt eos, cognoscet esse illos semen benedictum a Deo. » Subjunxit deinde: « Et lætabuntur in Domino. » Statim illis dat lætitiam. Hinc non immerito Ecclesiæ persona introducta est, præ insigni gaudio in has voces erumpens : « Exsultet anima mea in Domino ; induit enim me veste salutis et tunica lætitiæ. » Tunicam vocat Dominum nostrum Jesum Christum. Scribit itaque sapientissimus Paulus his qui in ipsum crediderunt : « Induite Dominum nostrum Jesum Christum, et carnis curam ne gerite in cupiditatibus [85]. » Qui autem illum tanquam vestem habuerunt, præter salutem lucrantur felicitatem; itaque diuturno fruuntur gaudio. Ait itaque ipse Servator : « Fur non venit nisi ut furetur, et mactet et perdat; ego veni ut vitam habeant, et abundantem habeant [86]. » Non etenim servat modo, ut dixi, sed etiam perenni gaudio afficit. Et hoc est illud abundans seu eximium quod adjicietur sanctis vita. Christus igitur est illa cœlestis et superna vestis, illa incorruptionis tunica, quam si quis sumpserit, omni ornatu coronabitur, videlicet qui sub intelligentiam cadit et virtutis ornabitur insignibus. Erit enim tanquam sponsus mitra cinctus, et tanquam sponsa omni ornatu excellens. **868** Sunt enim, sunt Christiani potentes et fortissimi, et intelligibili robore præditi, omnique genere decoris ac virtutis sunt locupletati. Similes autem sunt etiam sponsis propter fecunditatem, eo quod vario splendore virtutum decorati sint. E sanctis igitur prophetis quidam dixit, cum illos qui sanctam vitam instituunt fecundos ac fructuosos esse innueret: « Propterea timorem tui, Domine, in utero concepimus, et parturivimus, et peperimus spiritum

[84] Galat. v, 24. [85] Rom. xiii, 14. [86] Joan. x, 10.

Digitized by Google

salutis, quem dedisti super terram [87]. » Itaque sancti comparandi sunt sponsæ et sponsæ, propter fortitudinem, et præterea ob fecunditatem. Verum illud observa semper hoc illis inesse, ut venustate et decore quodam eniteseant. Servaturque hoc ab illis, tum in edendis præclaris facinoribus, tum etiam in fortiter debellandis affectibus. Quod autem gentibus Christo justitiam et exsultationem elucente, velut florida quædam herba coronat orbem, ostendit, inquiens : « Et ut terra profert florem suum, et ut hortus semina sua, sic germinare faciet Dominus justitiam et exsultationem in conspectu omnium gentium. » Videtur autem hic germinans vel exoriens semen ac florem coram gentibus dicere ipsum Dominum nostrum Jesum Christum. Dixit nimirum in Cantico canticorum : « Ego flos campi, lilium convallium [88]; » vel evangelicam et salutarem prædicationem, ejusque justificationem legali præstantiorem, quam semper comitatur gaudium, id est, exsultatio. Qui enim recte eam administrant, his a Deo tribuetur ut diuturna voluptate perfundantur. Audient enim omnium nostrum Servatorem Christum dicentem : « Euge, serve bone et fidelis, in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui [89]. » Exsultatio autem, salutaris prædicatio alio modo potest intelligi. Lex enim vindex erat et valde severa. Si quis enim legem Mosaicam violasset, sine misericordia sub duobus aut tribus testibus moritur [89*]. At evangelicum oraculum nobis affert vitam, et præmiorum pollicitationem, et veram spem bonorum quæ superant mentis captum et intelligentiam [90].

A σου, Κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας, ὃ ἐποιήσαμεν ἐπὶ τῆς γῆς. » Οὐκοῦν νυμφίῳ καὶ νύμφῃ τοὺς ἁγίους παρεικαστέον, διάτοι τὸ εὐσθενὲς, καὶ πρός γε τούτῳ τὸ καρποφόρον· πλὴν ἐκεῖνο ἄθρει, πανταχοῦ γὰρ αὐτοῖς ἔνεστι τὰ ὡς ἐν κάλλει διαπρέπειν. Σώζεται δὲ τοῦτο παρ' αὐτοῖς, καὶ ἐν τῷ καρποφορεῖν τὰ ἐξαίρετα τῶν ἀνδραγαθημάτων, καὶ ἐν τῷ κατανδρίζεσθαι παθῶν. Ὅτι δὲ τοῖς ἔθνεσιν ἐπιλάμψαντος τοῦ Χριστοῦ δικαιοσύνην, καὶ ἀγαλλίαμα, καθάπερ τις εὐανθὴς πόα στεφανοῖ τὴν ὑπ' οὐρανὸν, διέδειξεν εἰπών· « Ὡς γῆν αὐξάνουσαν τὸ ἄνθος αὐτῆς, καὶ ὡς κῆπον τὰ σπέρματα αὐτοῦ, οὕτως ἀνατελεῖ Κύριος δικαιοσύνην, καὶ ἀγαλλίαμα ἐναντίον πάντων τῶν ἐθνῶν. » Ἔοικε δὲ διὰ τούτων τὸ ἀνίσχον, ἤγουν ἀνατέλλον, B σπέρμα τε καὶ ἄνθος ἐναντίον τῶν ἐθνῶν, αὐτὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν ὀνομάζειν. Ἔφη γὰρ ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ἀσμάτων· « Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων· » ἤγουν τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, καὶ τὴν αὐτοῦ δικαίωσιν προφερεστέραν οὖσαν τῆς κατὰ τὸν νόμον, ἣ πάντη τε καὶ πάντως τὸ χαίρειν ἀκολουθεῖ, ὃ ἐστιν ἀγαλλίαμα. Τοῖς γὰρ ὅλως κατωρθωκόσιν αὐτὴν τὸ ἐν θυμηδίαις εἶναι μακραῖς νεμηθήσεται παρὰ Θεοῦ. Ἀκούσονται γὰρ λέγοντος τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· « Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπ' ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω. Εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου· » ἀγαλλίαμα δὲ τὸ σωτήριον κήρυγμα, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον νοηθείη ἄν. C Ὁ μὲν γὰρ νόμος ἦν κολαστὴς, καὶ πολὺ τὸ κατηφὲς ἔχων· ἀθετήσας γάρ τις νόμον Μωσέως χωρὶς οἰκτιρμῶν, ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει, ζωὴν δὲ καὶ γερῶν ὑπόσχεσιν, καὶ ἀληθινὴν ἐλπίδα τῶν ὑπὲρ νοῦν ἀγαθῶν τὸ εὐαγγελικὸν ἡμῖν εἰσκομίζει θέσπισμα.

Sion vocat Ecclesiam, cujus primitiæ exstiterunt et filii primogeniti divini discipuli, et qui per ipsos ad agnitionem Christi vocati sunt, et ante alios qui oriundi sunt ex sanguine Israel. Servatæ sunt enim reliquiæ, et complures ex illis qui crediderunt. Itaque non relinquam, inquit, id est, non desistam, donec ad finem perduxero quæ Sioni pollicitus sum. Promisit autem Deus et Pater salutem per Christum Judæis et Græcis. Siquidem « unus Deus est, » sicuti Paulus sapientissimus dicit, « qui justificabit circumcisionem ex fide, et præputium per fidem. » Etenim non modo Judæorum Deus est, sed et gentium [91]. Itaque non relinquam, inquit, donec egrediatur sicut lux justitia mea, et salutare meum sicut lampas ardebit. Justitia et salus apparuit et fuit

Σιὼν ἐν τούτοις τὴν Ἐκκλησίαν ἀποκαλεῖ ἤ· D γεγόνασιν ἀπ' ἀρχῆς καὶ τέκνα πρωτόγονα οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ οἱ δι' αὐτῶν κεκλημένοι πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραήλ. Σέσωσται γὰρ τὸ κατάλειμμα, καὶ πλεῖστοι λίαν οἱ ἀπ' αὐτῶν πιστεύσαντες. Οὐκοῦν οὐκ ἀνήσω, φησὶ, τουτέστιν, οὐκ ἂν καταπαύσαιμι τοῦ χρῆναι πρὸς πέρας ἐξενεγκεῖν ἅπερ ἐπήγγελμαι τῇ Σιών. Ὑπέσχετο δὲ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησιν, εἴπερ « Εἷς ὁ Θεὸς, » καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος, « ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως. Οὐ γὰρ Ἰουδαίων μόνον ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν. » Οὐκοῦν οὐκ ἀνήσω, φησὶν, ἕως ἂν ἐξέλθῃ ὡς φῶς ἡ δικαιοσύνη μου. Τὸ δὲ σωτήριόν

Διὰ Σιὼν οὐ σιωπήσομαι, καὶ διὰ Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἀνήσω, ἕως ἂν ἐξέλθῃ ὡς φῶς ἡ δικαιοσύνη μου, τὸ δὲ σωτήριόν μου ὡς λαμπὰς καυθήσεται, καὶ ὄψονται ἔθνη τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ βασιλεῖς τὴν δόξαν σου, καὶ καλέσει σε τὸ ὄνομά σου τὸ καινὸν, ὃ ὁ Κύριος ὀνομάσει αὐτὸ, καὶ ἔσῃ στέφανος κάλλους ἐν χειρὶ Κυρίου, καὶ διάδημα βασιλείας ἐν χειρὶ Θεοῦ σου.

Cap. LXII. Vers. 3. *Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non relinquam, donec egrediatur sicut lux justitia mea, et salutare meum sicut lampas ardebit. Et videbunt gentes justitiam tuam, et reges gloriam* 869 *tuam : et vocabit te nomen novum quod Dominus nominabit illud ; erisque corona pulchritudinis in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui.*

[87] Isa. xxvi, 18. [88] Cant. ii, 1. [89] Matth. xxv, 21. [89*] Hebr. x, 28. [90] Philipp. iv, 7. [91] Rom. iii, 29, 30.

Digitized by Google

μου ὡς λαμπὰς καυθήσεται. Δικαιοσύνη τε καὶ σωτήριον τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη τε καὶ γέγονε Χριστὸς, δικαιοῖ γὰρ, καὶ σώζει, φῶς ὑπάρχων αὐτὸς τὸ ἀληθινὸν, καὶ οἷά τις ἐν σκότῳ λαμπάς. Ἔφη γοῦν αὐτὸς, ὅτι « Ὅταν ὦ ἐν τῷ κόσμῳ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου. » Ἀχλύϊ μὲν γὰρ καὶ σκότῳ τὰ πάντα κατεῖληπτο, τὰς ἁπάντων καρδίας τοῦ διαβόλου καταμελαίνοντος, καὶ οὐδεὶς ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, καὶ δικαιοσύνην εἰδὼς, ἦγουν τὴν ἀπάγουσαν [*al.* ἐπάγουσαν] ἐπὶ τὸ σώζεσθαι τρίβον. Ἀλλ' οὐδὲ ἦν ὁ φῶς ἔχων τὸ θεῖον εἰς νοῦν, καὶ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι καταθρῆσαι δυνάμενος, τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστι Θεὸς, καὶ τῶν ὅλων γενεσιουργὸς, καὶ Κύριος· ἐπεὶ δὲ ὡς φῶς ἀνέσχε, καὶ ὡς λαμπὰς ἀνέλαμψεν ὁ Σωτὴρ, κατεφωτίσθη λοιπὸν ἡ ὑπ' οὐρανὸν, καὶ τὴν τῆς δι' αὐτοῦ σωτηρίας τεθεάμεθα τρίβον. Εἶτα πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν φησὶ τὴν ἀπό γε τῆς Ἰουδαίων ἀγέλης, καὶ ὡς οὕπω τῆς τῶν ἐθνῶν πληθύος σεσαγηνευμένης, ὅτι « Ὄψονται ἔθνη τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ βασιλεῖς τὴν δόξαν σου. » Δικαιοσύνην δὲ πάλιν ἐν τούτοις, καὶ μέν τοι καὶ δόξαν, οὐδὲν ἕτερον εἶναί φησι πλὴν ὅτι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ πεπλουτήκαμεν δόξαν. Αὐτοῦ γὰρ γεγόναμεν, καὶ κλῆρος αὐτοῦ χρηματίζομεν. Τετάγμεθα δὲ καὶ ὑπὸ ζυγὰ καὶ σκῆπτρα, τὴν τοῦ καθ' ἡμῶν τυραννήσαντος πλεονεξίαν ἀπονιψάμενοι· ὅτι δὲ τῆς κατὰ νόμον λατρείας ἀποφοιτήσασα, καὶ οἷον μεταβαλοῦσα πρὸς καινότητα ζωῆς εὐαγγελικῆς, καὶ τὴν ἀρχαίαν κλῆσιν συναποβαλεῖ, μετονομασθήσεται δὲ λοιπὸν ὀνόματι καινῷ, κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ ἐπὶ πάντας Θεῷ, διαδείκνυσι λέγων· « Καλέσει τὸ ὄνομά σου τὸ καινὸν, ὃ ὁ Κύριος ὀνομάσει αὐτό· » κέκληται γὰρ οὐκέτι συναγωγὴ μᾶλλον, ἀλλ' Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, πόλις τε καὶ οἶκος αὐτοῦ. Διαμέμνηται γὰρ αὐτῆς καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, οὕτω λέγων· « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. » Ἔσται δὲ ὅτι καὶ εὐπρεπὴς ἄγαν, καὶ ἀπαραβλήτῳ κάλλει κατεστεμμένη, διδάσκει λέγων· « Ἔσῃ στέφανος κάλλους ἐν χειρὶ Κυρίου, καὶ διάδημα βασιλείας ἐν χειρὶ Θεοῦ σου. » Ἑκάστην γὰρ ἁγίαν ψυχὴν, καὶ συλλήβδην τὴν Ἐκκλησίαν, τουτέστι, τὰ τῶν ἁγίων συστήματα, στεφάνῳ παρεικαστέον ἐκ πολλῶν ἀνθέων συντεθειμένῳ, ἤγουν διαδήματι βασιλικῷ, λίθοις Ἰνδικοῖς ἐκλάμποντι, καὶ πολυειδῶς ἔχοντι τὸ διαπρεπές· πλεῖστα δὲ ὅσα καὶ τὰ τῶν ἁγίων ἀνδραγαθήματα, καὶ οὐχ εἷς μᾶλλον τῶν αὐχημάτων ὁ τρόπος, πολὺς δὲ καὶ διάφορος. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιεβλημένην πεποικιλμένην εἰσφέρει, τὸ δὲ « Ἐν χειρὶ Κυρίου, » φησὶ, τουτέστιν, ὑπὸ σκέπην τῆς χειρός μου σκεπάσω σε· καὶ αὐτὸς δέ που Χριστὸς περὶ τῶν ἰδίων θρεμμάτων, καὶ ἥτοι τῆς τῶν πιστευσάντων εἰς αὐτὸν ἀγέλης φησὶν, ὅτι « Οὐδεὶς ἁρπάσει αὐτὰ ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Πατρός μου. »

A mortalibus Christus. Justificat enim et servat, quippe lux vera cum sit ipse, et ceu lampas quæpiam in tenebris. Siquidem ipse dixit : « Quando in mundo sum, lux sum mundi [95]. » Caligine namque et tenebris omnia comprehensa erant, diabolo corda omnium offuscante. Nemo erat qui faceret bonum, et justitiam nosset, aut viam quæ ducit ad salutem; sed nec quisquam erat qui divinam lucem in mente haberet, et qui posset animi oculis videre, quisnam sit ille natura et vere Deus, et universorum Conditor et Dominus. Postquam vero Servator ceu lux exortus est, et ceu lampas illuxit, deinceps illustratus est orbis terrarum, et salutis viam per ipsum intuiti sumus. Deinde alloquitur Ecclesiam ex Judæorum grege, perinde quasi nondum irretita esset multitudo gentium. « Videbunt gentes justitiam tuam, et reges gloriam tuam, » Justitiam rursus et gloriam hic aliud nihil esse dicit, præterquam Dominum nostrum Jesum Christum. In ipso enim justificati sumus, et gloria ab ipso ditati sumus. Ipsius namque sumus, et sors ejus nuncupamur. Ipsius jugo et sceptro parumus, abdicato violento ejus imperio qui in nos tyrannidem exercuit. Quod autem a legis cultu recedens, et velut ad novitatem **870** vitæ evangelicæ transmutata, veterem simul abjiciet vocationem, et novo deinceps denominabitur nomine, arbitratu et voluntate Dei omnium supremi, ostendit, dicens : « Vocabitur tibi nomen novum, quod Dominus nominabit. » Non enim ultra dicta est Synagoga, sed Ecclesia Dei viventis, civitas ac domus ejus. Cujus meminit etiam divinus David in hanc sententiam : « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei [96]. » Fore quoque illam valde speciosam et incomparabili gloria coronatam docet, inquiens : « Eris corona pulchritudinis in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui. » Unamquamque enim animam sanctam, et universam omnino Ecclesiam, id est, sanctorum cœtum, coronæ comparare licet, ex multis flosculis compositæ, vel regio diademati lapidibus Indicis fulgenti, et quod multiplicem habet et variam elegantiam. Plurimæ sunt etiam sanctorum egregiæ virtutes, et non unum est ornamentorum genus, sed multiplex et diversum. Siquidem et divinus David Ecclesiam Christi in vestitu deaurato circumdatam ac variegatam inducit [97]. « In manu Domini, » inquit, id est, protectione manus meæ protegam te. Et ipse quoque Christus de suis ovibus vel de grege credentium in ipsum dicit : « Nemo eripiet eas de manu Patris mei [98]. »

B

C

D

Καὶ οὐκέτι κληθήσῃ καταλελειμμένη, καὶ ἡ γῆ σου οὐ κληθήσεται ἔρημος· σοὶ γὰρ κληθήσεται θέλημα ἐμὸν, καὶ τῇ γῇ σου οἰκουμένῃ (1).

VERS. 4. *Et nequaquam ultra vocaberis derelicta, nec terra tua vocabitur deserta. Tibi enim vocabitur voluntas mea, et terræ tuæ habitata.*

[95] Joan. IX, 5. [96] Psal. LXXXVI, 3. [97] Psal. XLIV, 10. [98] Joan. X, 29.

(1) Sequitur in edit. LXX, ὅτι εὐδόκησε Κύριος ἐν σοὶ, καὶ ἡ γῆ σου συνοικισθήσεται, quæ tamen S. Hieronymus negat apud LXX haberi.

Digitized by Google

Rursus docet depositurum se vetus odium, quo sæpe prosecutus est Judaicam Synagogam, ab ira destiturum, facturum eam voluntariam et fructuosam, ac multitudine credentium ornaturum. Sion enim, repudiato Domino nostro Jesu Christo, redacta est in vastitatem, et multitudo infidelium periit. Posteaquam vero reliquiæ fidem receperunt, et porro vocata est multitudo gentium, ac in unum populum hi duo conditi sunt, et una demum ex ambobus dicta est Ecclesia, largitur ei Deus, ut nullo modo pristinis malis implicetur, nec derelicta vocetur vel deserta, sed ut potius el morigera et voluntaria fiat : **871** et non amplius deserta, sed habitata vocabitur. Hoc autem ex rebus ipsis videmus usuvenisse, et Ecclesias ubique in tranquillitate et serenitate collocatas, et fideles ad immensam multitudinem propagatos, et Deum propter illos celebrari. Persecutiones enim motæ sunt olim, sed non diu : et breves erant, et exercebant magis sanctos quam opprimebant. Probati namque sunt propter patientiam, et propter tolerantiam germanæ in Christum fidei coronam reportant, et martyrii gloriam uberrimam possident.

Διαδιδάσκει πάλιν, ὅτι τῆς ἀρχαίας ἀποστροφῆς, ἧς πεποίηται πολλάκις ἐπὶ τῇ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγῇ, καταλήξει λοιπὸν, καὶ πεπαύσεται τῆς ὀργῆς, θελητὴν δὲ ποιήσεται, καὶ προσέτι τούτῳ καὶ ἔγκαρπον, καὶ τῷ πλήθει τῶν πεπιστευκότων στεφανουμένην ἀποφανεῖ. Ἀθετήσασα μὲν γὰρ ἡ Σιὼν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, δέδοται πρὸς ἐρήμωσιν, καὶ ἡ τῶν ἀπιστησάντων διόλωλε πληθύς. Ἐπειδὴ δὲ παρεδέξατο τὴν πίστιν τὸ κατάλειμμα, εἶτα κέκληται πρὸς αὐτῷ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, καὶ εἰς ἕνα λαὸν ἐκτίσθησαν οἱ δύο, μία τε λοιπὸν ἐξ ἀμφοῖν κεχρημάτικεν Ἐκκλησία, χαρίζεται Θεὸς αὐτῇ τὸ κατὰ μηδένα τρόπον τοῖς ἀρχαίοις ἁλῶναι κακοῖς, μήτε μὴν κληθήσεσθε [*l.* αι] καταλελειμμένην, ἢ ἔρημον, ἀλλ' ὅτι μᾶλλον θελητὴ γενήσεται αὐτῷ, καὶ ἔρημος μὲν οὐκέτι, κατοικουμένη δὲ μᾶλλον κληθήσεται. Ὁρῶμεν δὲ τοῦτο διὰ πραγμάτων αὐτῶν εἰς πέρας ἐκβεβηκός. Ἐν εὐδίᾳ γὰρ καὶ γαλήνῃ τὰς ἁπανταχοῦ κειμένας Ἐκκλησίας ὁρῶμεν, καὶ εἰς πληθὺν ἀεὶ τὴν ἐπέκεινα μέτρου τοὺς πιστεύοντας ἐκτεινομένους, καὶ εὐδοκοῦντα Θεὸν ἐπ' αὐτοῖς. Διωγμοὶ μὲν γὰρ κεκίνηνται κατὰ καιροὺς, ἀλλ' οὐκ ἐν χρόνῳ μακρῷ, συνεσταλμένοι δὲ, καὶ γυμνάσαντες μᾶλλον ἁγίους, ἢ ἀδικήσαντες· εὐδόκιμοι γὰρ γεγόνασι διὰ καρτερίας, καὶ ὑπομονῆς, τὸν τῆς εἰς Χριστὸν γνησιότητος ἁράμενοι στέφανον, καὶ τὴν τοῦ μαρτυρίου δόξαν καταπλουτήσαντες.

A

B

Vers. 5. *Et ut habitat juvenis cum virgine, sic habitabunt filii tui tecum : et erit quomodo lætabitur sponsus super sponsa, sic lætabitur super te Dominus.*

Καὶ ὡς συνοικῶν νεανίσκος παρθένῳ, οὕτως κατοικήσουσιν οἱ υἱοί σου μετὰ σοῦ, καὶ ἔσται ὃν τρόπον εὐφραν θήσεται νυμφίος ἐπὶ νύμφῃ, οὕτως εὐφραν θήσεται ἐπὶ σοὶ Κύριος.

Deinceps ad Ecclesiam orationem habet, utpote ex Judaicis tribubus primum constitutam, cujus filii quidem fuerunt carnis ratione divini discipuli : sed tamen in illa præstiterunt et præfuerunt reliquis, utpote apostolica auctoritate præditi. Verum summum amorem erga illam et affectum retinebant, adeo ut ea videretur esse talis in eam pietas, qualis juvenem decet habitantem cum virgine, id est, quæ cum eo a virginitate copulata est. Dicunt autem eos ad summum pietatis gradum pervenire, qui eo vinculo tantum non constricti sunt. Nimirum et sapientissimus Paulus : « Tristitia mihi est, » inquit, « et dolor irremissus, in corde, pro fratribus meis cognatis ratione carnis, qui sunt Israelitæ [98].» Optavitque anathema fieri pro ipsis. Verum magna rerum novatio, et mira mutatio, hac prophetia nobis proposita significatur. Antiqua enim Synagoga et tantum non inveterata tempore juvenculæ comparatur. « Habitabunt veluti cum virgine, » inquit, « filii tui. » Hoc est, opinor, quod in Psalmis decantatum est : « Renovabitur ut aquilæ juventus tua [96]. » Habitarunt cum ipsa, manuducentes eam, tanquam nutricem consolantes, et ut matrem rerum umbraticarum et typicarum sapienter adducentes, ut pro inutili umbra veritatem eligerent. Cujusmodi est quod ei dixit etiam divinus David : « Pro patribus tuis nati sunt tibi filii [97].» Nam hi cum ejus exsisterent filii, quod ad carnem

Εἶτα πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ποιεῖται τοὺς λόγους ὡς ἀπό γε τῶν Ἰουδαϊκῶν ταγμάτων συστᾶσαν ἐν ἀρχαῖς. Ταύτης γεγόνασιν υἱοὶ κατὰ σάρκα οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, ἀλλ' ἦσαν ἐν αὐτῇ προὔχοντες μὲν τῶν ἄλλων, καὶ ἡγεμονεύοντες, ὡς ἐν ἀξιώμασιν ὄντες ἀποστολικοῖς, πλὴν τὴν εἰς ἄκρον αὐτῇ σώζοντες ἀγάπην καὶ διάθεσιν, ὥστε καὶ δοκεῖν τοιαύτην εἶναι τὴν ἐπ' αὐτῇ γενομένην φιλοστοργίαν, οἷά περ ἂν πρέποι νεανίσκῳ συνῳκηκότι παρθένῳ, τουτέστι τῇ ἐκ παρθενίας αὐτῷ συνημμένῃ· φασὶ δὲ εἰς λῆξιν ἁπάσης ἐλάσαι φιλοστοργίας τοὺς ἐπὶ τῷ τοιῷδε δεσμῷ μονονουχὶ κατεσφιγμένους. Καὶ γοῦν ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Λύπη μοι, » φησὶν, « ἔστι καὶ ὀδύνη ἀδιάλειπτος ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν κατὰ σάρκα, οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται. » Ηὔχετο δὲ καὶ ἀνάθεμα γενέσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, πλὴν ὅτι πολὺς τῶν πραγμάτων ὁ καινισμὸς διὰ τῆς προκειμένης ἡμῖν προφητείας σημαίνεται, καὶ ἀξιοθαύμαστος ἡ μεταβολή· ἡ γὰρ ἀρχαία Συναγωγὴ, καὶ τρόπον τινὰ πεπολιωμένη [al. πεπαλαιωμένη], διὰ τὸν χρόνον νεάνιδι παρεικάζεται· « Κατοικήσουσι γὰρ ὡς μετὰ παρθένου, » φησὶν, « οἱ υἱοί σου· » Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἔστι τὸ ἐν Ψαλμοῖς ὑμνούμενον· « Ἀνακαινισθήσεται, ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου, » κατῳκήκασί γε μὴν ἐν αὐτῇ χειραγωγοῦντες ὡς τροφὸν, παρακαλοῦντες ὡς μητέρα, τῶν ἐν σκιαῖς καὶ τύποις ἀποκομίζοντες, ἀναβιβάζοντές τε σοφῶς πρός γε τὸ δεῖν τῆς ἀνονήτου σκιᾶς ἀνθελέσθαι τὴν ἀλή-

C

D

[98] Rom. IX, 3, 4. [96] Psal. CII, 5. [97] Psal. XLIV, 17.

Digitized by Google

θειαν· ἔφη τι τοιοῦτον καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ πρὸς αὐτήν· « Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγενήθησάν σοι υἱοί. » Οἱ γὰρ αὐτῆς ὄντες υἱοὶ κατὰ σάρκα γεγόνασιν αὐτῆς πατέρες, ἀρχὴ τῶν νέων αὐτῆς ὄντες τέκνων, τῶν διὰ πίστεως δηλονότι κεκλημένων εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, φησίν· « Οὕτως εὐφρανθήσεται Κύριος ἐπὶ σοὶ, καθάπερ ἀμέλει καὶ νυμφίος ἐπὶ νύμφῃ. » Καθίκετο γὰρ ἐξ οὐρανῶν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἵνα ἔγκαρπον ἀποφήνῃ τὴν Ἐκκλησίαν, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ παρέστησε παρθένον ἁγνὴν, μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα, ἁγίαν δὲ μᾶλλον καὶ ἄμωμον. Δεξαμένη τοίνυν παρ' αὐτοῦ εὐαγγελικῆς πολιτείας τὰ σπέρματα, κεκυοφόρηκέ τε καὶ τέτοκεν, οὐκ ἔτι τὴν δι' αἱμάτων καὶ καπνῶν λατρείαν, ἐκείνην δὲ μᾶλλον, ᾗ δὴ μάλιστα τὸ τῆς ἀληθείας ἐντετόρνευται κάλλος. Ταύτῃτοι καὶ μάλα εἰκότως εὐφραίνεται μετατιθεμένους ὁρῶν τοὺς τοῦ νόμου τύπους εἰς ἀλήθειαν εὐαγγελικὴν, καὶ πνευματικαῖς θυσίαις, καὶ ἁγιοπρεπέσιν ἀληθῶς κατορθώμασιν τὴν νύμφην ἐκλάμπουσαν.

A attinet, facti sunt ei patres, initiumque novorum **872** ejus liberorum, qui per fidem scilicet ad agnitionem omnium nostrum Servatoris Christi vocati sunt. His ita se habentibus, inquit : « Sic lætabitur Dominus propter te, quemadmodum videlicet sponsus propter sponsam. » Descendit enim unigenitum Dei Verbum, ut fecundam redderet Ecclesiam, quam ipse sibi exhibuit virginem puram, non habentem maculam aut rugam, sed quæ sancta potius foret et immaculata [97]. Acceptis igitur ab ipso evangelicæ conversationis seminibus, gravida facta est, et non jam cultum peperit per sanguines et fumos, sed illum magis quo maxime veritatis pulchritudo exornatur. Hinc lætatur, et quidem merito, cum videat legis typos in veritatem B evangelicam mutatos, et sponsam spiritualibus sacrificiis et vere sanctis virtutibus enitescentem.

Καὶ ἐπὶ τῶν τειχέων σου, Ἱερουσαλὴμ, κατέστησα φύλακας ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ ὅλην τὴν νύκτα, οἳ διὰ τέλους οὐ σιωπήσονται μιμνησκόμενοι Κυρίου. Οὐκ ἔστι γὰρ ὑμῖν ὅμοιος.

VERS. 6. *Et super muros tuos, Jerusalem, constitui custodes, tota die et tota nocte, qui nunquam tacebunt recordantes Domini. Non enim est vestri similis.*

Ὡς πρὸς πόλιν διαλέγεται λαμπρὰν, καὶ συνῳκισμένην· ἀεὶ δέ πως τὰς τῶν πόλεων διαφανεστέρας πλεῖστοί τε ὅσοι καὶ νηφάλιοι περιέπουσι φύλακες, μὴ ἄρα τις ἀδοκήτως τῶν πολεμίων ἐμβάλῃ· οὕτω καὶ ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος ἀφράστῳ δυνάμει καὶ ταῖς τῶν ἀγγέλων ἐπικουρίαις πυργώσας C τὴν Ἐκκλησίαν κεχειροτόνηκεν αὐτῇ φύλακας σοφοὺς καὶ ἐγρηγορότας, καὶ ἀκατεύναστον ἔχοντας ἐπ' αὐτῇ τὴν φροντίδα, τοὺς ἁγίους δηλονότι μυσταγωγοὺς, οἳ κατ' οὐδένα τρόπον καταλήγουσι τοῦ διαμεμνῆσθαι τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ τῶν θαυμασίων αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται. Κατειθίσμεθα γὰρ ἐν ἐκκλησίαις τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς διακηρύττειν ἀεὶ τὰς τοῦ Σωτῆρος μεγαλουργίας, καὶ τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς τὴν ἔνδειξιν, ἵνα κἀντεῦθεν ἀσφαλῆ καὶ ἀκράδαντον ἔχωσι περὶ αὐτοῦ τὴν πίστιν. Ἡ τάχα που μνησθήσεσθαί φησι τοῦ Κυρίου τοὺς φύλακας ἐπιφωνοῦντάς τε καὶ λέγοντας, ὅτι « Οὐκ ἔστιν ὑμῖν ὅμοιος. » Οὐ γάρ ἐστι καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὅσον ὑπερνήχεται τὰ ἀνθρώπινα τῇ τῆς εὐκλείας ὑπεροχῇ, καὶ D τῇ τῆς θεότητος δόξῃ, τοσοῦτο νικᾷ καὶ κατά γε τὸ εἶναι χρηστὸς καὶ φιλάνθρωπος. Ὡς γὰρ ὁ Ψάλλων φησίν· « Οὐ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν, οὐδὲ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν. » Σέσωκε γὰρ ὄντας ἁμαρτωλοὺς, καὶ προσηγάγετο φιλανθρώπως οὐκ ὄντας ἀξίους τοῦ σώζεσθαι. Ἔφη τι τοιοῦτον καὶ δι' ἑτέρου προφήτου· « Τί σοι ποιήσω, Ἐφραΐμ; Τί σοι ποιήσω, Ἰούδα; ὡς ἀδάμαντα (1) θήσομαί σε, καὶ ὡς Σεβωΐμ μετεστράφη ἡ καρδία μου ἐν τῷ αὐτῷ (2), οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θυμοῦ μου· οὐ μὴ ἐγκαταλείπω τοῦ ἐξαλειφθῆ-

Alloquitur velut civitatem illustrem et habitatam. Semper enim civitates insigniores plurimi et vigiles custodes curant, ne quis hostis de improviso adoriatur : sic et universorum Servator et Dominus, ineffabili potentia et angelorum præsidiis munita Ecclesia, delegit ei custodes sapientes et pervigiles, et ejus curam insomnem habentes, sanctos videlicet mystagogos, qui nullo modo desinunt gloriam ejus et mirabilia ejus commemorare, sicuti scriptum est. Consuevimus enim in ecclesia populis subditis semper magnificentiam Servatoris et divinæ præstantiæ documenta prædicare, ut inde immotam et inconcussam de eo fidem concipiant. Vel recordaturos dicit custodes Domini clamantes ac dicentes : « Non est vestri similis. » Non est enim nobis similis, sed quantum humanam sortem et nobilitatis præstantia et divinitatis gloria superat, tantum bonitate vincit et humanitate. Ut enim Psaltes ait : « Non secundum iniquitates nostras fecit nobis, neque secundum peccata nostra retribuit nobis [98]. » Servavit enim cum essemus peccatores, **873** et humaniter ac clementer indignos salute admisit. Simile est quod dixit per alium prophetam : « Quid tibi faciam, Ephraim? Quid tibi faciam, Juda? Sicut adama ponam te, et sicut Seboim conversum est cor meum in ipso, non faciam pro ira furoris mei. Non relinquam ut deleatur Ephraim. Quoniam Deus ego sum, et non homo, in te sanctus [99]. » Quia enim, inquit, non sum homo, sed potius sanctus in te Deus, propterea non relinquam ut deleatur Ephraim.

[97] Ephes. v, 27. [98] Psal. cii, 10. [99] Ose. xi, 8, 9.

(1) LXX, τί σε διαθῶμαι, Ἐφραΐμ; ὑπερασπιῶ σου, Ἰσραήλ; τί σε διαθῶ; ὡς ἀδάμα.

(2) LXX addunt, συνεταράχθη ἡ μεταμέλειά μου.

Digitized by Google

ναι τὸν Ἐφραΐμ, διότι Θεός] εἰμι ἐγὼ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ἐν σοὶ ἅγιος. » Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἄνθρωπός εἰμι, φησὶν, ἅγιος δὲ μᾶλλον ἐν σοὶ Θεὸς, διὰ τοῦτο οὐ μὴ ἐγκαταλείπω τοῦ ἐξαλειφθῆναι τὸν Ἐφραΐμ.

Vers. 7-9. *Si correxeris, et feceris, Jerusalem,* A *laudem super terram. Juravit Dominus per gloriam, suam, et per fortitudinem brachii sui, Si ultra dedero triticum tuum, et cibos tuos inimicis tuis, et si ultra biberint filii alieni vinum tuum, in quo laborasti, sed qui colligunt, edent illa, et laudabunt Dominum, et colligentes bibent illa in atriis sanctis meis.*

Velut ex similitudine rerum sive calamitatum quæ sæpe inflictæ sunt Israelitis, utilis simarum nobis considerationum contexit narrationem. Peccavimus enim multifariam, relinquentes natura et vere Deum, adhærentesque idolorum cultibus. Opera namque manuum suarum adorarunt, et regalcitrantes quasi contra legalem vitam, ad id quod B sibi visum est rapiebantur. Hac de causa percussi sunt a Deo sterilitate, nonnunquam interitu corporum, hostium impressionibus, qui, omnem eorum regionem devastantes, in agris etiam prædas egerunt. Dictum enim est illis : « Tu seres, at non metes ; tu premes olivas, et non ungeris oleo, et vinum non bibes [1]. » — « Si itaque, inquit, e Jerusalem, correxeris, » id est, si transtuleris te ad cultum spiritualem, si effugeris figuras, et agnoveris de me scripsisse Moysen, si acceperis gratiam per fidem; « et feceris laudem tibi super terram, » id est, illustrem gloriam, in Christo videlicet ; « juravit Dominus per gloriam suam, » nec enim potest per alium quemquam majorem jurare, « et per brachium suum, » quod nihil eorum quæ tibi olim C propter multam inobedientiam contigerunt, ultra obveniet. Non enim tolerabis hunc agricolationis sudorem sine præmio **874** (intelliges autem spiritualiter), sed ut divinus David ait : « Fructus laborum tuorum comedes [2], » et ut Paulus inquit : « Quæ seminaverit homo, hæc et metet. Et qui serit in spiritu, de spiritu metet vitam æternam [3]. » Quod igitur sibi cumulate spiritualem fertilitatem coacervabit, hisce verbis subindicat. « Qui vero hoc consecuti sunt gloriose, inquit, celebrabunt Dominum, et qui colligunt, bibent ea in atriis sanctis. » Deliciabuntur enim in supremo habitaculo, qui præstantis vitæ decerpserunt ornamenta, rectæ et inculpatæ fidei fructus congregantes.

Vers. 10. *Ite per portas meas, et viam facite populo meo, et lapides de via projicite, tollite signum ad gentes. Ecce enim Dominus fecit ut audiatur usque ad extremum terræ.*

Ipsos jam custodes seu doctores compellat. Jubet enim patefieri sanctæ civitatis aditus, et accessum planum et expeditum facere, remoris et offensioni-

[1] Mich. VI, 15. [2] Psa.. CXXVII, 2. [3] Galat. VI, 8.

Ἐὰν διορθώσῃ, καὶ ποιήσῃ, Ἱερουσαλὴμ, γαυρίαμα ἐπὶ τῆς γῆς, ὤμοσε Κύριος κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ κατὰ τῆς ἰσχύος τοῦ βραχίονος αὐτοῦ, Εἰ ἔτι δώσω τὸν σῖτόν σου, καὶ τὰ βρώματά σου τοῖς ἐχθροῖς σου, καὶ εἰ ἔτι πίωνται ἀλλότριοι τὸν οἶνόν σου, ἐφ' ᾧ ἐμόχθησας, ἀλλ' ἢ οἱ συνάγοντες φάγονται αὐτὰ, καὶ αἰνέσουσι Κύριον, καὶ οἱ συνάγοντες πίωνται αὐτὰ ἐν ταῖς ἐπαύλεσι ταῖς ἁγίαις μου.

Ὡς ἐξ ὁμοιότητος πραγμάτων, ἤτοι συμφορῶν ἐπενηνεγμένων πλειστάκις τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἐπωφελεστάτων ἡμῖν θεωρημάτων ἐξυφαίνει διήγησιν. Ἡμάρτανον μὲν γὰρ πολυτρόπως, Θεὸν ἀφέντες τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς, καὶ ταῖς τῶν εἰδώλων λατρείαις προσκείμενοι· προσεκύνησαν γὰρ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἀπολακτίσαντες δὲ ὥσπερ καὶ τῆς ἐνόμου ζωῆς πρὸς τὸ αὐτοῖς δοκοῦν ἀπεφέροντο. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἐπλήττοντο παρὰ Θεοῦ ἀφορίαις ἔσθ' ὅτε, σωμάτων καταφοραῖς, πολέμων ἐμβολαῖς, οἳ πᾶσαν αὐτῶν καταδηοῦντες τὴν χώραν ἐληΐζοντο καὶ τὰ ἐν ἀγροῖς. Εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτούς· « Σὺ σπερεῖς, καὶ οὐ μὴ ἀμήσῃς, σὺ πιέσεις ἐλαίας, καὶ οὐ μὴ ἀλείψῃ ἔλαιον, καὶ οἶνον οὐ μὴ πίητε. » — « Ἂν τοίνυν διορθώσῃ, φησὶν, ὦ Ἱερουσαλὴμ, » τουτέστιν, ἐὰν μεταβάλῃς εἰς λατρείαν τὴν πνευματικὴν, ἂν ἀποδράμῃς τῶν τύπων, καὶ ἐπιγνῷς ὅτι περὶ ἐμοῦ γέγραφεν ὁ Μωσῆς, ἐὰν παραδέξῃ τὴν διὰ πίστεως χάριν, « καὶ ποιήσῃς γαυρίαμα σαυτῇ ἐπὶ γῆς, » τουτέστι, καύχημα λαμπρὸν, τὸ ἐν Χριστῷ δηλονότι, « ὤμοσε Κύριος κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ, » κατ' οὐδενὸς γὰρ ἔχει μείζονος ὀμόσαι, « καὶ κατὰ τοῦ βραχίονος αὐτοῦ, » ὅτι τῶν πάλαι σοι, διὰ πολλὴν ἀπείθειαν ἐπενηνεγμένων, οὐδὲν ἔτι συμβήσεται. Οὐ γὰρ ἀμισθον ἕξεις τὸν τῆς γηπονίας ἱδρῶτα· συνήσεις δὲ τοῦτο πνευματικῶς· ἀλλ' ὡς φησιν ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Τοὺς καρποὺς τῶν πόνων σου φάγεσαι. » Καὶ ὡς ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι « Ὃ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει, καὶ ὁ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον· » ὅτι τοίνυν ἑαυτῇ κατασωρεύσει πλουσίως τὰ ἐκ τῆς πνευματικῆς εὐκαρπίας, διὰ τῶν προκειμένων ὑποδηλοῖ· « Οἱ δὲ τούτων τυχόντες δοξολογήσουσι, φησὶ, τὸν Κύριον, καὶ οἱ συνάγοντες πίονται αὐτὰ ἐν ταῖς ἐπαύλεσι ταῖς ἁγίαις. » Ἐντρυφήσουσι γὰρ ταῖς ἄνω μοναῖς οἱ τῆς ἐξαιρέτου ζωῆς ἀποτρυγήσαντες τὰ αὐχήματα, καὶ τοὺς τῆς ὀρθῆς τε καὶ ἀμωμήτου πίστεως καρποὺς συναγείροντες. D

Πορεύεσθε διὰ τῶν πυλῶν μου, καὶ ὁδοποιήσατε τῷ λαῷ μου, καὶ τοὺς λίθους τοὺς ἐκ τῆς ὁδοῦ διαρρίψατε, ἐξάρατε σύσσημον εἰς τὰ ἔθνη. Ἰδοὺ γὰρ Κύριος ἐποίησεν ἀκουστὸν, ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

Αὐτοῖς ἤδη τοῖς φύλαξιν, ἤγουν διδασκάλοις ἐπιφωνεῖ· προστέταχε γὰρ ἀνοιγῆναι μὲν τῆς ἁγίας πόλεως τὰς εἰσβολὰς, ψιλὴν δὲ καὶ εὐήλατον, καὶ δὴ

Digitized by Google

πταισμάτων ἐλευθέραν τοῖς εἰσβάλλειν ἐθέλουσιν ἀποφῆναι τὴν εἰσδρομήν· διὰ γάρ τοι τῶν λίθων ὑποδηλοῖ τὰ σκάνδαλα. Εἰ μὲν γάρ τις εἴη τυχὸν ἐκ τῆς Ἰουδαίων ἀγέλης κεκλημένος, προσπταίει πολλάκις τοῖς νομικοῖς ἐντάλμασιν, ἐμφιλοχωρεῖ γὰρ τοῖς τύποις, καὶ οἷον ἐνιζήσας ταῖς σκιαῖς ἀπαράδεκτον ποιεῖται τὴν ἀλήθειαν. Εἰ δὲ δή τις ἦ τῶν ἐκ πληθύος ἑλληνικῆς, προσπταίει καὶ οὗτος τῷ ξένῳ τῆς διδασκαλίας, θορυβεῖ τε λίαν αὐτὸν τὸ σύνηθες τῆς λατρείας, ἡ τάχα που καὶ μέμνηται λόγων, οὓς ἐπί γε τοῖς σφῶν αὐτῶν ποιοῦνται θεοῖς οἱ παρ' αὐτοῖς λογάδες. Παλαιοὺς γὰρ καὶ γεγηρακότας συγγεγράφασι μύθους πλανῶντες, καὶ πλανώμενοι, καὶ διαβολικῆς ἀχλύος ἀναπιμπλάντες τὴν γῆν. Ἀλλ' οἱ νηφάλιοι φύλακες, καὶ μυσταγωγοὶ τὰς τῶν σκανδάλων περικόπτουσιν ἀφορμὰς, ἕκαστα λύοντες εὐτέχνως τὰ ἀνθεστᾶναι δοκοῦντα τῇ παραδόσει τῆς πίστεως, τῆς εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν· τοῦτο δρῶσιν ὀρθῶς, λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν αὐτοῦ. Εὑρήσομεν δὲ τὸν ἱερώτατον Παῦλον, Ἰουδαίους μὲν σκανδαλισθέντας ἐπανορθούμενον, ἐπιπλήττοντα δὲ τοῖς ἐξ ἐθνῶν τοιοῦτόν τι πεπονθόσιν. Ἔφη μὲν γὰρ τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· « Ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ. » Καὶ πάλιν· « Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. Ἀπηλλοτριώθητε ἀπὸ Χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε. » Ἡμεῖς γὰρ διὰ τῆς πίστεως ἐλπίδα δικαιοσύνης ἐκδεχόμεθα· τῆς [Ισ. τοῖς] γε μὴν ἐκ τῆς Ἑλλήνων πληθύος· « Ἡμέρας παρατηρεῖσθε, καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς, καὶ ἐνιαυτοὺς, φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήποτε εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς. » Ὁρᾷς πανταχοῦ διαῤῥιπτοῦντας τοὺς λίθους, καὶ ἐκ μέσου τιθέντας τὰ ἀμφοῖν σκάνδαλα. Λίθους δὲ εἶναί φαμεν καὶ ἑτέρως, οἷς ἂν ἔσθ' ὅτε προσπταίσειάν τινες, τὰ τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν βέβηλά τε καὶ μυσαρὰ τερετίσματα. Κενοφωνοῦσι γὰρ οἱ δεῖλαιοι τοῖς ὀρθοποδοῦσιν ἐπιβουλεύοντες, καὶ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων ἀποκομίζοντες, τῶν εὐσυναρπάστων τινάς· ἀλλὰ καὶ ταῦτα διαῤῥίπτουσιν ἐκ μέσου τῶν τῆς Ἐκκλησίας τειχῶν οἱ φύλακες. Τείχη δὲ αὐτῆς εἶναί φαμεν καὶ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων τὴν ἑδραιότητα, ὧν οὐκ ἂν κατισχύσαιεν αἱ ᾅδου πύλαι. « Ἄρατε γὰρ σύσσημον, φησὶν, εἰς τὰ ἔθνη. Ἰδοὺ γὰρ Κύριος ἀκουστὸν ἐποίησεν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. » Καὶ ποῖον ἄρα τοῦτ' ἔστι τὸ ἀκουστὸν σύσσημον, ὃ καὶ τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς ἀρθῆναι δεῖν ἔφη, τουτέστιν, ἐπαρθῆναί τε καὶ γενέσθαι γνωριμώτατον τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν, ἡ τάχα που καὶ τοῦ σωτηρίου πάθους τὸ σύμβολον. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τῆς πίστεως ὁμολογία. Δεῖ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς, πιστεῦσαί τε, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. Σώζει δὲ τοῦτο καὶ ἐκ θανάτου, καὶ ἁμαρτίας. Οὐκοῦν οὐ Ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν. Αἴρεται γὰρ τὸ σύσ-

bus vacuum, his qui volunt ingredi; per lapides enim subinnuit scandala. Si quis enim exempli causa, ex congregatione Judæorum vocatus sit, offendit subinde ad legis præcepta, et immoratur figuris, ac velut umbris assidens, non admittit veritatem. Sin fuerit quispiam ex multitudine Græcorum, impingit etiam hic ad doctrinæ peregrinitatem et cultus inconsuetus illum valde turbat, memorque est verborum quæ ipsorum proceres de suis diis faciunt. Nam olim fallentes et falsi, ac caligine diabolica replentes terram, fabulas seniles et aniles conscripserunt. Cæterum vigiles et sobrii custodes mystagogi, offensionum et scandalorum occasiones amputant, singula artificiose dissolventes, quæ traditioni fidei in Dominum nostrum Jesum Christum videntur adversari. Hoc faciunt, recte tollendo ratiocinia, et omnem celsitudinem extollentem se contra cognitionem Dei evertendo, et omnem intellectum ad obedientiam ejus captivando. Inveniemus autem sanctissimum Paulum Judæos offensos corrigentem, et gentes quibus simile quiddam accidit reprehendentem. Dixit enim Israelitico sanguine oriundis: « Circumcisio nihil est, et præputium nihil est, **875** sed observatio præceptorum Dei [a]. » Et rursus: « Dico enim vobis, si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Alienati estis a Christo; quicunque in lege justificati estis, a gratia excidistis [b]. » Nos enim per fidem spem justitiæ accipimus. Græcorum autem multitudini, « Dies, » inquit, « observatis et menses, tempora et annos. Metuo vobis, ne frustra laboraverim in vobis [c]. » Vides semper illos amovere lapides, et amborum scandala de medio tollere. Lapides aliter quoque dicimus, aliquos interdum possent quidam offendere, impiorum hæreticorum nugæ et profanæ et exsecrabiles. Inaniter enim garriunt miseri, recto pede incedentibus comparantes insidias, et quosdam qui facile averti possunt a veritatis dogmatibus abducunt. Sed et hæc tollunt de medio murorum Ecclesiæ custodes. Muros autem ejus dicimus, veritatis dogmatum stabilitatem, contra quæ nec inferorum portæ valere possunt. « Tollite enim, inquit, signum ad gentes. Ecce enim Dominus fecit ut audiatur usque ad extremos fines terræ. » Et quidnam hoc est? Ut audiatur hoc signum, quod ad gentes et ad extrema terræ tollendum ait, id est extollendum, et passim divulgandum hoc verbum fidei, quod prædicamus, seu forte passionis salutaris symbolum, atque id est fidei confessio. Oportet enim dicere Dominum esse Jesum, ac credere Deum excitasse ipsum e mortuis. Servat autem hoc a morte et peccato. Igitur non Judæorum modo, sed et gentium. Tollitur enim signum, non ad solum credentes ex sanguine Israel, sed ad omnes ubique gentium. Orbis namque totus sub cœli complexu evangelica prædicatione, tanquam reti, captus est.

[a] Galat. v, 11. [b] ibid., 2 4. [c] Galat. iv, 10, 11.

Digitized by Google

σημον οὐχὶ μόνοις τοῖς πιστεύσασιν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς ἁπανταχόσε γῆς· σεσαγήνευται γὰρ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ἡ ὑπ' οὐρανόν.

VERS. 11, 12. *Dicite filiæ Sion : Ecce tibi Servator venit, habens suam mercedem, et opus ante faciem suam. Et vocabit eum populum sanctum, redemptum a Domino. Tu autem vocaberis requisita civitas, et non derelicta.*

Εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών· Ἰδοὺ σοι ὁ Σωτὴρ παραγέγονεν ἔχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν, καὶ τὸ ἔργον πρὸ προσώπου αὐτοῦ· καὶ καλέσει αὐτὸν λαὸν ἅγιον, λελυτρωμένον ὑπὸ Κυρίου· σὺ δὲ κληθήσῃ ἐπιζητουμένη πόλις, καὶ οὐκ ἐγκαταλελειμμένη.

Prænuntiat adventum Servatoris, et quæcunque inde lucrati sumus, ac divitias dandas in ipsum credentibus. Filiam nominat Sion. Sive autem velit quia antiquam illam utpote jam adeptam misericordiam, et fide justificatam, sive novam, id est Ecclesiam, intelligere : non absurde dixerit, quod hæc sit illius Sionis filia. **876** Primi enim ex sanguine Israelis oriundi crediderunt : et gentium Ecclesia velut filia quædam dicta est ejus quæ ab initio ab illis constituta est. At quibus mandat, ut Evangelium annuntient Sioni ? Annon omnino sanctis mystagogis qui præfuerunt Ecclesiis, quos etiam jussit aperire portas, et lapides diligenter e medio tollere ? Quid est igitur quod prædicatur ? « Ecce tibi Servator advenit habens mercedem suam, et opus ante faciem suam. » Duo simul ponit, divina et eximia, unde manifesta fiat Servatoris gloria. Divini enim prophetæ exhortabantur eam ad vitæ probitatem, et ad conversationem legi congruentem et honestam. Deinde meminerant præmiorum quæ accepturi erant olim a Deo, quibus curæ erat recte factorum gloria ; sed non erant ipsi datores spiritualium charismatum, sed prædicebant, ut dixi, promissiones Dei. Universorum autem Servator, utpote Deus, habet potestatem dandi mercedem, et præterea dispiciendi, qui modus cuique et quod opus tribuendum sit. Est enim hoc divinum. Scriptum namque est : « Coram oculis Dei sunt viæ viri, omnesque semitas ejus considerat [7]. » — « Veniet igitur, » inquit, « habens suam mercedem, » id est, præmia dans his quos par est accipere. Siquidem divino Petro recte fidem confitenti, « Dabo, » inquit, « tibi claves regni cœlorum. Et quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata in cœlis. Et quæcunque solveris super terram, erunt soluta in cœlis [8]. » Dedit autem in universum omnibus sanctis apostolis potestatem contra immundos spiritus, et ut possent curare omnem morbum et omnem infirmitatem in populo [9]. Certe et latroni pendenti una cum ipso dixit fidem non carituram suo præmio : « Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso [10]. » Cum ergo venerit, » inquit, « eos qui credunt in ipsum, « vocabit populum sanctum et redemptum a Domino. » Non enim legatus, non angelus, sed ipse Dominus servavit nos, sicuti scriptum est[10a]. « Tu autem, o Sion, » sive Ecclesia, « vocaberis requisita civitas et non derelicta. » Requisitam dicit, et memoria dignam. Tenetur enim memoria quod quæritur. Et non derelicta, ut pri-

